BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA.

MARTIANVS CAPELLA

FRANCISCVS EYSSENHARDT

RECENSVIT

ACCEDVNT SCHOLIA IN CAESARIS GERMANICI ARATEA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXVI

BIBLIOTHECA

SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA.

	ℳ. ₰.
Aelianus ed. *Hercher.* 2 voll.	9.—
—— —— varia historia	—.90
Aeneae comment. ed. *Hug*	1.35
Aeschines ed. *Franke*	—.90
Aeschylus ed. *Dindorf*	1.20
—— —— einzelne Stücke . . . à	—.30
—— tragoediae ed. *Weil*	1.50
—— —— Einzelne Stücke . . . à	—.30
Alberti Troilus ed. *Merzdorf*	3.—
Ammianus M. ed. *Gardthausen.* 2 voll.	7.20
Anacreon ed. *Rose.* Ed. II	1.—
Andocides ed. *Blaſs.* Ed. II	1.20
Annae comnenae porphyrogenitae Alexias ed. *Reifferscheid.* 2 voll.	7.50
Anthimus ed. *Rose*	1.—
Anthologia latina ed. *Riese.* I. 1. 2.	7.50
—— lyrica ed. *Bergk.* Ed. III.	3.—
Antiphon ed. *Blaſs.* Ed. II.	2.10
Antoninus ed. *Stich*	1.80
Apollodorus ed. *Bekker*	1.—
Appollon. Rhodius ed. *Merkel*	1.—
Appian ed. *Mendelssohn.* 2 voll.	9.—
Archimedis opera omnia. Ed. *Heiberg.* 3 voll.	18.—
Aristophanes ed. *Bergk.* 2 voll.	3.—
—— —— einzelne Stücke . . . à	—.45
Aristoteles de partibus animal. ed. *Langkavel*	1.80
—— de arte poetica ed. *Christ*	—.60
—— physica ed. *Prantl*	1.50
—— Ethica Nicomachea ed. *Susemihl*	1.80
—— Ethica Eudemia ed. *Susemihl*	1.80
—— de coelo etc. ed. *Prantl*	1.20
—— de coloribus, audibilibus, physiognomonica ed. *Prantl*	—.60
—— politica ed. *Susemihl*	2.40
—— magna moralia ed. *Susemihl.*	1.20
—— de anima libri III ed. *Biehl.*	1.20
—— ars rhetorica ed. *Römer*	
Arriani expeditio ed. *Abicht*	1.20
—— scripta min. ed. *Eberhard*	
Athenaeus ed. *Meineke.* 4 voll.	12.—
Augustinus iter. ed. *Dombart.* 2 voll.	6.—
Aulularia ed. *Peiper*	1.50
Autolycus ed. *Hultsch*	
Avienus ed. *Breysig*	1.—
Babrius ed. *Schneidewin*	—.60
Boetius de inst. math. ed. *Friedlein*	5.10
—— de consolatione ed. *Peiper*	2.70
—— comm. in libr. Aristotelis περὶ ἑρμηνείας rec. *Meiser.* 2 voll.	8.70
Bucolici Graeci ed. *Ahrens*	—.60
Caesar ed. *Dinter*, kplt.	1.50
—— ed. *Dinter.* 3 voll. . . . à	1.—
—— de bello Gallico. Ed. min.	—.75
—— —— civili. Ed. min.	—.60
Cassius Felix ed. *Rose*	3.—
Catullus ed. *Müller*	—.45
Catullus, Tibullus, Propertius	2.70
Cebetis tabula ed. *Drosihn*	—.60
Celsus ed. *Daremberg*	3.—
Censorinus ed. *Hultsch*	1.20
Cicero ed. *Müller.* Pars I. Opera rhetorica ed. *Friedrich.* Vol. I	1.35
—— —— Pars II. Vol. I. II., Pars IV. Vol. I. II. III, jeder . . . à	2.10
—— ed. *Klotz.* 5 part. 11 voll., kplt.	22.35
—— orat. selectae ed. *Klotz.* 2 part.	1.50
—— orationes sel. edd. *Eberhard* et *Hirschfelder*	2.—
—— epistolae selectae ed. *Dietsch.* 2 partes	2.50
—— epistolae ed. *Wesenberg.* 2 voll.	6.—
Commodianus ed. *Ludwig.* I & II	2.70
Cornelius Nepos ed. *Fleckeisen*	—.30
Cornutus ed. *Lang*	1.50
Curtius Rufus ed. *Vogel*	1.20
Dares Phrygius ed. *Meister*	1.20
Demosthenes ed. *Dindorf.* 3 voll.	4.50
—— —— Auch in 6 Partes, à pars	—.75
—— —— Editio maior. Vol. I.	2.40
Dictys Cretensis ed. *Meister*	1.50
Dinarchus ed. *Blaſs*	1.—
Dio Cassius ed. *Dindorf.* 5 voll.	13.50
Dio Chrysost. ed. *Dindorf.* 2 voll.	5.40
Diod. Siculus ed. *Dindorf.* 5 voll.	15.75
Dionysius ed. *Kieſsling.* 4 voll.	10.80
Dracontius ed. *de Duhn*	1.20
Eclogae poet. latin. ed. *Brandt*	1.—
—— poet. graec. ed. *Stadtmüller.*	2.70
Epicorum Graecorum fragm. ed. *Kinkel.* Vol. I	3.—
Erotici script. ed. *Hercher.* 2 voll.	7.50
Euclidis elem. ed. *Heiberg.* I, II u. IV	
Eudociae violarium ed. *Flach*	7.50
Euripides ed. *Nauck.* Ed. III. Vol. I & II à	1.50
—— —— —— Vol. III. Fragmenta	2.70
—— —— —— Einzelne Stücke à	—.30
Eusebius ed. *Dindorf.* 4 voll.	15.—
Eutropius ed. *Dietsch*	—.30
Fabulae Aesopicae ed. *Halm*	—.90
Fabulae Roman. ed. *Eberhard.* Vol. I	3.75
Florus ed. *Halm*	1.—
Frontinus ed. *Dederich*	1.50
Gaius ed. *Huschke*	2.70
Galeni scripta minora. Vol. I. ed. *Marquardt*	2.10
Gellius ed. *Hertz.* 2 voll.	3.30
Heliodor ed. *Bekker*	2.40
Herodian ed. *Bekker*	1.20
Herodotus ed. *Dietsch.* 2 voll. . à	1.35
—— —— Auch in 5 einz. Fasc.:	
Vol. I. fasc. I. lib. I. II.	—.75
„ I. „ II. lib. III. IV.	—.75
„ II. „ I. lib. V. VI.	—.60
„ II. „ II. lib. VII.	—.45
„ II. „ III. lib. VIII. IX.	—.60
Hesiodus ed. *Flach*	—.45
Hesychius Milesius ed. *Flach.*	—.75
Hieronymus ed. *Herding*	2.40
Historia Apollonii ed. *Riese*	1.—
Historici Graeci minores ed. *Dindorf.* 2 voll.	8.25
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter.*	4.50

MARTIANVS CAPELLA

FRANCISCVS EYSSENHARDT

RECENSVIT

ACCEDVNT SCHOLIA IN CAESARIS GERMANICI ARATEA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVI

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIONIS

IN MARTIANVM CAPELLAM

CAPVT PRIMVM

Martianus Minneius (uel Minneus: nam solum genetiuum casum Minnei codices exhibent, uid. p. 27 adnot.) Felix Capella de nuptiis Philologiae et Mercurii qua aetate scripserit Remigius Antisiodorensis aeque inepte quaesiuit atque Martianum ab eo enarratum esse glossae multis codicibus seruatae testantur. ab hoc enim homine profectam esse uitam Martiani, quae nomine auctoris omisso editioni Basileensi anni MDXXXII praefixa est, summa docet similitudo, quae inter hanc uitam et *excerpta de commento Remigii in Martianum* codicis Gudiani n. 335 intercedit. sed de hoc interprete postea dicetur.

Recentiore uero aetate de Martiani aeuo exposuit Meibomius in praef. uol. II mus. script. *hunc autem* inquit *circa Apuleii tempora vixisse autumo, qui similiter Gaudentii Harmonicam et Nicomachi Geraseni Arithmeticam uertit.* sed haec opinatio ea solum re nititur, quod pariter atque Apuleius Graecorum illorum scripta Latine interpretatus est, Martianus Aristidem Quintilianum in suum sermonem conuertit, quae nulla plane causa est.

Multi alii ueluti Vossius de poetis Latinis p. 66, Gaddius de scriptoribus non-ecclesiasticis (Florentiae 1648) p. 145, Vossius de historicis Latinis l. III p. II p. 225, Saxius onomastici litterarii uol. I p. 517 p. 518 sq., Fabricius bibl. Lat. ed. Ern. uol. III p. 215, Funccius commentarii de inerti ac decrepita ling. Lat. senect. p. 204, Schroeckhius historiae ecclesiasticae uol. XVI p. 155, Martianum circa annum 470 p. C. n. uixisse tradunt nullis causis additis. nam ne Saxius quidem unde suam opinionem hauserit indicat ita disputans *circa Leonis Thracis orientis AVG. tempora iam senex (argumento 'respersi capillis albicantibus uerticis.' L. IX p.*336*) scripsisse uideri potest cum quod Carthago reflorescere Roma contra senescere coeperat, arg. L. VI p.* 204 *&* 216, *tum quod 'Securus Melior Felix, Rhetor circa Consulatum Paulini h. e. ut reor A. C.* 498 *adeoque Anastasio orientis AVG. eum ex mendosissimis exemplaribus emendarat. de cuius tamen aetate non una est hominum eruditorum opinio.* duorum enim quibus utitur Saxius argumentorum alterum falsum est: nam Leonis temporibus Roma non tam senescere coeperat quam potius prope emortua erat sustentatis tot cladibus et cum barbarorum imperio subiecta tum ab Alarico et Giserico direpta. Carthaginem autem eo tempore reflorescere coepisse uelim scire quis Saxium edocuerit. ego hac de re Iustiniano potius credendum censeo, qui quam misera Africae condicio a Vandalis expugnatae fuerit exposuit codicis I tit. 27. alterum argumentum Saxius ex subscriptione codicis Grotiani (cf. meae ed. p. 27, 6) petiit de qua copiose exposuit Otto Iahnius commentationum academiae Lipsiensis uol. V p. 351 sq. illud igitur cum anno 498 Martiani alicui exemplo subscriptum sit, anne credibile est non uiginti

annis post librum scriptum iam librum emendatum fuisse?

Sed qui praeter hos in eadem fuere opinione, Iacobsius encyclop. Halens. uol. XV p. 118 sq., Bernhardyus litt. Latin. enarr. p. 769, Baehrius litt. Lat. uol. II p. 606, alii, fortasse generis dicendi barbariem saeculum quintum exiens decere arbitrabantur. nos autem et hominem Afrum pusilla opera Apuleium imitatum sua prauitate saeculi alicuius genio documento habere et unum saeculum hac solum ratione ductos ex eis eligere quibus omnibus iam barbaries Latinos scriptores inuaserat, lubricum rati, scriptorem ipsum de se praedicantem audire quam nostris tantum ratiunculis nimium confidere malumus.

Primum igitur propter p. 375, 4 rectissime in codicum inscriptionibus Martianus appellatur *Carthaginiensis*. aeque certum esse iudico Martianum non Romae uixisse et scripsisse sed Carthagine. namque apertis uerbis Satura dicit p. 375, 5 *quem Carthago alumnum suum iugariorum uiciniam uidet obsidentem*. bene autem de Remigii opinatione, quae in uita ed. Bas. inuenitur, Martianum partim Romae partim Carthagine scripsisse, in qua etiam Funccius l. l. alii, iudicauit Tiraboschius (storia della lett. Ital. IIII 18) *Rafaello Volterano citando l'autorità di non so quale Remigio dice* (l. 17 Comment. urb.) *ch' ei viveva in Roma, ma non parmi che sia questa autorità bastevole ad accertarlo.'*

Praeterea autem et ex hoc loco et ex p. 195, 31 *ex quo desudatio curaque districtior tibi forensis rabulationis partibus inligata aciem industriae melioris obtudit..* Koppius recte conclusit forensibus causis agendis Martianum occupatum fuisse. et in loco quidem modo laudato

inesse etiam illud potest Martianum antequam ad forensia negotia accederet studiis litterariis occupatum fuisse; necessario autem non inest: potest enim Satura Martianum uellicans dicere statim ab initio liberaliorem animi habitum causidici munus dempsisse uel quo minus indueret obfuisse. — sed hoc manifestum est nulla plane ratione Martianum Africae pro consule praefuisse, id quod cum alii concludebant ex p. 375, 1 tum F. Iacobsius isque conlato Ioannis Saresberiensis loco (Polycrat. II 9); quem cur in auxilium uocauerit nescio: nam Ioannes ne uerbum quidem loco illo hac de re dixit. sed eandem fuisse Grotii opinionem ex inscriptione Grotianae editionis patet. idem censuit Huetus in libro elegantissimo *sur l'origine des romans* (p. 120), alii haud pauci. at uero hoc profecto nimis ineptum est hominem qui p. 375, 6 sq. rei familiaris tenuitatem deplorans seque ad uilia negotia ut uictum sibi quaereret inuitum descendere questum Africae proconsulem fuisse arbitrari, quem diuitem aut fuisse aut inter administrationem factum esse nemo ignorat qui Romani imperii qualis tum erat condicionis gnarus est. praeterea autem codicis I tit. 27 notitia post § 8 posita (laudauit locum Bethmannus Hollwegius, processus ciuilis I p. 97, 5) edocemur Iustinianum praefecto praetorio Africae 'pro annonis et capito . . . *auri libras centum*' per annum solui iussisse. inde autem nostro iure colligimus proconsulem Africae dum proconsules Africae sunt uel plus accepisse, quoniam is *per omnem Africae dioecesin . . uice sacra id est ex principis delegatione iuris dictionem, solam autem proconsularem siue Tingitanam prouinciam sub dispositione sua habebat* (uerba sunt Boeckingii ad notitiam dignitatum cap. 2 p. 148 cf. Bethm. Hollw. p. 63, 18) et tantae dignitatis erat homo, ut ne sub praefecto quidem

praetorio Italiae esset sed prouocatio ab eo statim ad ipsum imperatorem fieret (not. dign. II XVII et Böckingius p. 418). talem igitur uirum quis credat ea dixisse quae p. 375, 5—6 leguntur? sed quod grauissimum est p. 375, 1 plane non dicitur Martianum proconsulem fuisse: aliqua enim ratione hoc in loco deprauato inest Martianum apud Africae proconsulem causas egisse.

Attamen refutanda etiam eorum opinio, quos p. V dixi Martianum florentem ad annum 470 uel circiter referre, in qua opinione etiam Koppius est (nota ad p. 74). hoc enim patet p. 375, 1 utut lectio restituenda est Africae proconsulem conmemorari. itaque nullo modo de exeunte saeculo quinto cogitari licet cum notissimum sit Gisericum a. 439 Carthaginem expugnasse prouinciamque Africam nonaginta quinque annos (ait Iustinianus l. l. § 1) Vandalos tenuisse, ut hoc certe tempore nullus fuerit Africae proconsul. praeterea uero Martianus p. 231, 3 haec habet *Carthago inclita pridem armis, nunc felicitate reuerenda.* haec verba, quae eis quae ex Plinio III 38 ibi exscripsit, de suo addidit, profecto non addidisset, si eo tempore uixisset quo Vandali Africam tenuerunt, quos aduersus antiquos incolas crudelissime egisse et aliunde notum est et diserte exponit Iustinianus l. l. sed in uniuersum patet Carthaginem eo tempore quo haec noster scripsit illustrem illam litterarum sedem fuisse quam Apuleius celebrauit et de qua cf. Koppius l. l. et Bernhardyus litt. Lat. p. 88.

Restat ut negem Martianum post Vandalos a Belisario ex Africa depulsos uiuere potuisse. quod cum iam propter subscriptionem, de qua p. IIII dixi (cf. Rossi inscript. Christ. I p. 476 laudatus a Mommseno proleg. Solin. p. XXX) statui nequeat, tum postquam a. 534 Africa

Iustiniani imperio subiecta est, nulli fuerunt Africae proconsules, quod colligitur ex Cod. I tit. 28 § 2 hisce uerbis concepta *et ab eo* (nimirum praefecto praetorio Africae) *auxiliante deo septem prouinciae cum suis iudicibus disponantur, quarum Tingi et quae proconsularis uocabatur Carthago et Byzacium ac Tripolis rectores habeant consulares, reliquae uero id est Numidia et Mauritania et Sardinia a praesidibus cum dei auxilio gubernentur.* (cf. Morcelli Africa christiana u. I p. 28.) quamquam Bethmannus Hollwegius *Africa* inquit *nebst Sardinien erhielt einen eigenen Praefectus Praetorio, welcher ohne Vicarius über sieben Statthalter worunter ein Proconsul gebieten sollte* (p. 97). ego quidem de hoc proconsule diu scrutatus nihil inueni.

Ea igitur de re cum vix dubitari posse uideatur, quin Martianus ante annum 439 uixerit, tamen accuratius aetas definiri nequit. et Christianae quidem fidei quod non nulli, ueluti Barthius, uestigia deprehendisse sibi uisi sunt, nihil egerunt: nec uola nec uestigium apparet unde eum uel nouisse doctrinam illam concludas. unum sane superest aetatis in sano homine satis certum indicium. et enim p. 224, 19 haec leguntur *illic promunturium Ceras Chryseon Byzantio oppido celebratum.* haec igitur hominem ex auctore suo exscribere quam de suo urbis quam Constantinus caput imperii factam splendidissime exornauerat, nouum nomen addere maluisse, si modo post annum 330, circa quem consecrata erat, uixit, quamquam uix humanum puto, tamen praestare uidetur homini huic uel hunc incredibilem stuporem exprobrare quam talem sermonis barbariem saeculo post Christum natum alteri obtrudere. uerum illud quod dixi in tali re uel in Martiano dubitari licere num suo se auctori mancipare uoluerit dixi alius

cuiusdam loci recordatus, quo in urbe Romana commemoranda Plinii (IIII 38) haec verba *Italia dehinc primique eius Ligures Vmbria Latium ubi Tiberina ostia et Roma terrarum caput* ita immutauit (p. 213, 25) *Vmbri mox Latiumque atque ostia Tiberina dehincque ipsa caput gentium Roma armis uiris sacrisque quam diu uiguit caeliferis laudibus conferenda.* itaque eo tempore quo Martianus scripsit Romae de antiquo splendore aliquid detractum esse apparet, quod quid fuerit frustra quaeres, cum parum probabile uideatur Romae illam cladem commemorari, quam passa est sede imperii Nicomediam et deinde Constantinopolim translata.

Sed enim imbrem in cribrum ingessissemus hac de re nostris uiribus disputantes, si de uita aliqua in Barthii aduersariis latente de sua opinione nobis persuaderet quisquis in diariis litterariis Ienensibus anni 1794 p. 350 de Saxii onomastico iudicium tulit. is enim de Fabricii uerbis quibus bibl. Lat. ed. Ern. uol. III p. 215 dixit in Casparis Barthii aduersariorum inediti libri CXX cap. 13 exstare uitam Martiani e *MS. uetustissimo* petitam ita disseruit *Wir wissen . . aus einer andern zuverlässigen Quelle, dass Caspar Barth in dem . . angeführten Theil der Adversarien dargethan, dass Capella den Datis dieser Vita zufolge unter den Gordianis und also in der Mitte des dritten . . Jahrhunderts gelebt.* at quemnam codicem hunc fuisse putas, cum firmissimis argumentis demonstrari possit Barthium quotquot Martiani codices enumerauerit totidem foedissimo mendacio ementitum esse? qua de re postea dicam. itaque uehementissima suspitio oritur spurcissimum istum nebulonem, ut Martiani codices multos miros plane ementitus est, ementitum esse hanc quoque uitam. ego olim in bibliotheca Lipsiensi, ubi ineditum istum

thesaurum seruari amici narrauerant, de eo quaesiui sed nihil inueniebatur. alii Halis eos esse affirmant, neque uero quidquam interest cum neminem fore suspicer, qui eos ualde desideret.

CAPVT SECVNDVM

Codicum quibus ad recensendos Martiani Capellae libros usus sum haec est descriptio.

Codex Bambergensis (M. L V 16. 8 Iaeckii n. 391) scriptus est ineunte saeculo decimo in membranis formae quadratae minoris. folia sunt ducenta uiginti sex siue quaterniones duodetriginta et ternio dimidius. primi quaternionis primum folium, quod aut scriptura uacabat aut inscriptionem continebat, resectum est: ita cum folium primi quaternionis extremum reglutinandum esset post sextum folium codicis, cuius haec sunt extrema uerba *in participatum operis consessumque suscep* (p. 9, 20), errore eius ut puto, qui codices Bambergenses a. MDCXI tractabat, religatum est post secundum quaternionem in haec uerba desinentem *corpus autem* (p. 22, 24). paginae uersiculorum sunt uicenorum singulorum. hunc librum qui religiosissime et nitidissime exarauerat nactus est emendatorem, qui eum cum alio eoque peregregio conferret, quaeque discrepare animaduertisset, in eis primam scripturam aut cultello eraderet aut sive lineolis siue punctis adiectis induceret nouaque adderet scriptura minutiore quaeque ideo fortasse tantum paullo sequioris aetatis uidetur. praeterea uero duo nisi fallor homines codicem tractauerunt, alter non multo post primum emendatorem, alter saeculo fere quarto decimo. et recentior ille statim semouendus est, cum facillime aetas co-

gnoscatur: pauca quae mutauit et addidit singillatim enotaui. uerum antiquior ille nec facile nec semper omnino distingui potest a primo librario primoque emendatore. itaque ne falsam accurationis speciem iactarem, quidquid emendatum est a duobus primis emendatoribus littera *b* insignire quam distinguere quae distingui nequeunt malui. emendauit autem hic ex ingenio quaedam sed leuicula omnia idemque aut egregie fallor aut addidit glossas paucas ad primum nonumque libros ineuntes. ceterum saepe difficile est intellectu quid primitus scriptum fuerit, aliquotiens dispicere omnino non potui. rasuras significaui stellulis. — unum restat de quo confidenter quidquam statuere uix audeo. cum enim antiquum illum emendatorem ex uno libro codicem emendasse omnia indicia suadeant, mira illa adnotatio quae facta est ad p. 24, 13 meae ed. *hoc in quibusdam codicibus non habetur* non uideo quo modo explicari possit, nisi librum ex quo Bambergensis emendatus est ipsum recensione aliqua ortum esse putes. qua in re uide ne nimis audacter hunc codicem ipsum illum credamus, quem a. 498 Romae docta aliqua recensione ortum esse antea significaui, quod si uerum est, parum probabile uidetur inuentum iri librum quo minus corrupta huius scriptoris uerborum conformatio contineatur.

Codex Reichenauensis nunc Caroliruhensis n. LXXIII scriptus est saeculo aut decimo exeunte aut undecimo ineunte in membranis formae maximae oblongae ad exemplum aut eius ipsius aut persimilis libri, ex quo Bambergensis descriptus est. quae in exarando errauerat librarius, ea ipse ut uidetur postea ex archetypo suo correxit, sed ita ut ex coniectura nihil emendaret. itaque ex hoc libro coniuncto cum Bambergensis testimonio

Martiani uerba restitui potuissent nisi in Reichenauensi propter situm et umorem putrefieri coepto carie unius cuiusque folii particula deleta esset. quae igitur in Reichenauensi legi amplius non potuerunt, suppleui ex codice Darmstattensi n. CLXXXXIII saeculi aut decimi exeuntis aut undecimi ineuntis. qui cum Reichenauensi simillimus sit neque noui quidquam afferat praeter aliquot leuissimi momenti emendationes, quamquam totum contuli, tamen non laudaui nisi ubi ille deficiebat. superest ut moneam eius modi emendationes, quibus veluti *enem* primitus scriptum postea in *enim* mutatum est, me non adnotasse nisi ubi eandem in utroque codice emendationem deprehendissem. praeterea non notaui, certe notare nolui, *afrodite armonia archanus foebus sydus armonia*, elementa *ae* et *e* commutata. assimilationem ubi alter codex seruauerat in talibus quale est *inpendere*, non notaui in altero esse *impendere*.

Hos tres libros domi contuli cum exemplo Koppiano summam cum bibliothecarum praefectorum tum regii ministri liberalitatem expertus. et Bambergensi quidem ad quintum Martiani librum recensendum Carolus Halmius ante me ita usus erat, ut paucis mutatis liber ille ex praestantissima rhetorum editione repetendus esset. idem rectissime de Vlrici Koppii opera iudicauit, qui postquam uir Hassorum Electori negotia publica priuataque ineunte hoc saeculo curasset, Electore fugato senex ad haec studia accedens Darmstattensem et Reichenauensem in sua editione ita adhibuit, ut uulgata lectione plerumque seruata raro eos inspiceret, rarius lectiones accurate exscriberet. huius rei exemplorum satis Halmius in adnotatione posuit, pauca ego in commentario notaui, unum addam non ut senem obiurgem neque disciplina seuera eruditum neque ingenio

quamuis acuto tamen parum subacto ita fretum, ut ipse sapere quam superstitionem de vulgata firmiter retinenda abicere mallet, sed nequis meam fidem calidius impugnet, ubi me secus quam Koppium de codicibus referre aut uerba ab eo in textu seruata a me tacite codicum meorum auctoritate reiecta inueniet. p. 252, 8 uulgabatur *sextum* ἐκ δύο μέσων δυναμένη ἄλογος quod retinuit Koppius, nam ‘nos’ inquit ‘codices sequimur’, Carolus Boettgerus in egregia commentatione, quae inserta est Iahnii archiui suppl. uol. XIII p. 590—622, ex Euclide restituere uolebat *sextum* ῥητὸν καὶ μέσον δυναμένη ἄλογον: illud ipsum in meis codicibus inueni. ita compluries uerba codicum omisit ueluti p. 237, 17 meae ed. tamen progrediente labore inuitus quasi coniecturas excogitare coeperat interdum optimas et omnino de intepretando obscurissimo scriptore aduectis aliorum locis optime meruit. praeterea utilissimam operam posuit in laudandis hominibus doctis qui Martianum in transcursu tetigerunt. his igitur in rebus me illo saepissime usum esse Koppii nomine non addito scito siquis haec lecturus est.

Iam Bambergensis liber quantum omnibus qui huc usque innotuerunt praestet abunde ex commentario meo apparebit, ut nihil opus uideatur hic singillatim enarrare quotiens eo usus emendauerim, quae in omnibus aliis uitiose circumferuntur, aut suppleuerim quae in aliis desiderantur omnibus. dicendum autem est de aliquot codicibus uetustis quorum ab optimis amicis notitiam accepi. nam Lucianus Muellerus mea causa codicem Bernensem inspexit, Augustus Wilmanns Reginenses, Andreas Laubmann Puteaneum et Regium Parisinos, Carolus Zangemeister Palatinum Vaticanum. et

Bernensis quidem n. 56b membranaceus scriptus est saeculo decimo, integrum Martianum continet, scholia adscripta sunt. Puteaneus eiusdem saeculi est numero 7900A insignitus, Regius saeculi noni num. 8669, Reginensem olim Francisci Nansii num. 1987 amicus ait saeculo aut nono aut decimo scriptum esse omnesque Martiani libros continere, Reginensem n. 1535 saeculi decimi esse: extrema uerba esse *sonus vero diuisit.* Palatinus n. 1577 saeculo XI scriptus est, continet libros sextum septimum octauum. itaque graviores corruptelae in nullo horum codicum sanantur (tum codicem aliquem non nominatim affero ubi nullam de illo loco ex eo notitiam accepi) ueluti p. 11, 26 in Puteaneo et Regio est *instanti concedere tibi sectus solitus aperire;* in Reginensi 1987 *instante con∗ce∗dere* (corr. ex *contendere*) *tibi* ſe$^{\tau}$cuſ (τ et puncta supposita a m. rec.) *solitus aperire;* in Reginensi 1535 *instante concedere tibi sectus solitus apperire* (corr. in *a∗perire*). — p. 62, 29 in Puteaneo *quis* (corr. a m. sec. in *quos*) *numae multos* (corr. a m. recentissima in *multus*) *successor indicat qui;* in Regio *quis nu∗e* (*nume* man. sec.) *multus successor indicatur qui;* in Reginensi 1987 *quis numece* (cor. al. m. in *nume*) *multus successor indicat qui;* in Reginensi 1535 *quis numae* (*numae* a m. rec. scriptum est ut quid primitus fuerit dispici non potuerit) *multus successor indicat qui.* — p. 20, 30 in Puteaneo *cottidianis motibus agitarent pede ire formantis speculo relucebat;* in Regio *cotidianis motibus agitarent pede ire formantis speculo relucebat;* in Reginensi 1987 *cotidianis motibus agitarent pidei* (corr. rec. m. in *pedei*) *reformantis speculo relucebat;* in Reginensi 1535 *quotidianis motibus agitarent pidei reformantis speculo relucebat.* — p. 47, 22 in Puteaneo

crebroque capillitio uulsa ambifariumquę nital (supra *ę nital* add. *t mitale* sec. m.) *secum congressa mitificat;* in Reginensi 1987 *crebroque capillitio uulsa ambifariumque mital* (m. rec. corr. in *amital*) *congressa* (m. rec. supra add. *secum*) *mitificat;* in Reginensi 1535 *crebroque capillitio uulsa ambifariumque nital secum congressa mitificat*, deinde ras. nouem uel decem litterarum. — p. 140, 21 in Puteanei folio nunc deperdito legebatur; in Regio est *tum in togatis agminibus sosantios gracos;* in Reginensi 1987 *tum in togatis agminibus sosantios grecos* (corr. m. rec. in *gracchos*); in Reginensi 1535 *tum in togatis agminibus sosantios grechos* (corr. al. m. in *grachus*); in Bernensi *tum in togatis agminibus sosantios gracchos.* — p. 209, 19 in Puteaneo *idem cornelius post captas indos per germaniam nauigauit;* in Regio et Palatino 1577 et Bernensi *idem cornelius post captos indos per germaniam nauigauit*; in Reginensi 1987 *item* (corr. al. m. in *idem*) *cornelius post captos indos per germiniam* (*i* corr. al. m. in *a*) *nauigauit;* in Reginensi 1535 *idem cornelius post captus indos per germanicm nauigauit.*

Praeterea luculenta exempla demonstrant quae in meis libris uitiose circumferuntur, emendata in codicibus ceteroquin multo peioribus, ne ea quidem emendata inueniri in ceteris codicibus uetustis. ueluti p. 6, 20 *octauis* est in Bambergensi Darmstattensi Reichenauensi, *sesquioctauis* quod requiritur ex Vossiano interpolato scribendum erat, *octauis* exhibent Puteaneus Regius uterque Reginensis Bernensis. apparet igitur talia in codicibus interpolatis non ex uetusta traditione sed nouicia coniectura exarata esse.

Omnium autem grauissimi duo loci sunt, quorum alter est p. 174, 11. ibi cum Halmius inter verba *curas regere animorum* et εἰρωνεία *est* rectissime haut pauca inter-

cidisse statuisset, plane eadem leguntur in eis quorum notitiam accepi libris. nam in Puteaneo est *fit elegans clausula ut est curas regere animorum ironia est simulatio;* in Reginensi 1987 *fit elegans clusula* (add. *ut est curas regere animorum* ab al. m.) *Hironia est;* in Reginensi 1535 *fit elegans clausula ut est. Ironia est;* in Bernensi *fit eligans clausula ut est curas regere animorum. yronia est;* ex Regio amicus hunc locum non enotavit. deinde uero p. 204, 20 hanc sententiam *illis aestate grandes noctes prolixosque hyeme dies*, qua carere non possumus, omittunt Reichenauensis et Darmstattensis et in textu Bambergensis, addidit in margine Bamberg. antiquus ille librarius ex suo exemplo, quam quisquis codex omittit eum apparet prae Bambergensi neglegendum esse: omittunt autem eam omnes ab amicis inspecti. adscribam quae illo loco in codicibus leguntur. Puteaneus praebet *licet estate grandes dies ꝓlixasq. noctes nob̄q. septētrio ɔspicabil illis lateat sine fine;* Regius *lic& estate grades* (corr. a sec. m. in *grandes*) *dies ꝓlixasque noctes* (*hime* add. sec. m.) *nob̄q., septentrio c̄spicabilis* (*illis* add. sec. m.) *lateat sine fine;* Reginensis 1987 *licet* (*in* add. rec. m.) *aestate grandes dies prolixasque noctes nobisque septentrio conspicabilis* (*illos* a rec. m. inter lin. add.) *lateat sine fine;* Reginensis 1535 *licet aestate grandes dies prolixasque* (·ſ· *hieme* add. inter lin. m. rec.) *noctes nobisque septemptrio conspicabilis* (·ſ· *illis* add. inter lin. rec. m.) *lateat sine fine.* e Bernensi nullam notitiam accepi.

Hos igitur omnes codices ex uno archetypo deriuatos esse docet cum corruptelarum grauiorum similitudo et glossematum apertissimorum numerus tum lacuna illa, quam Halmius deprehendit p. 174, 12. et de illis quidem satis est ad commentarium meum prouocare, de hac dixit

Halmius ad rhetores Lat. p. 477, 32. huic textus deprauationi qui succurrere studuerint fuisse iam media aetate satis multos ex codicum interpolatorum numero apparet, quorum opera aliquot locos leuiter corruptos emendaui, quos tamen integros conferre quam inutilis tam ingentis fuisset laboris: desumpsi eorum lectiones ex Koppii adnotatione. itaque aliquot bonas emendationes praebuerunt Hugianus codex Friburgi seruatus, Vossianus quo Arntzenius usus est (miscellanea. Traiecti ad Rh. CIϽIϽCCLXV) Dresdensis, Ettenheimmuensterensis nunc Caroliruhae seruatus. Monacenses Koppius habuit septem, quorum antiquissimum — saeculi X est — adhibuit Halmius eumque iam uehementer interpolatum. ad interpolatos etiam Bodleiani pertinere uidentur, quorum tamen perexiguam notitiam Koppius praebet. interpolati etiam Leidenses sunt, quorum Oudendorpius in commentario Apuleiano frequentem mentionem iniecit. paucorum locorum emendationem debeo codici Bambergensi n. 393 qui solum nonum librum continet (uid. p. 350, 25. 354, 9. 372, 13 sq.). multa deinde uitia et plerumque quidem ut uidetur ex sua coniectura sustulit qui primus Martianum edidit ex codice satis corrupto Franciscus Vitalis Bodianus Vincentiae a. MCCCCXCIX; aliquot Bonauentura Vulcanius qui Martianum ita euulgauit Basileae una cum Isidoro Hispalensi a. MDLXXVII, ut quas in marginem reiecerat boni alicuius libri lectiones eas ad uerba scriptoris emendanda rarissime adhiberet; nulla qui curauerunt editionem Basileensem anni MDXXXII, Lugdunensem a. 1592, quam mutata inscriptione ex Lugdunensi anni 1538 repetitam esse dixit Ebertus: ego enim solum posteriorem uidi. praeclaram deinde operam Martiano impendit Hugeianus Grotius puer

quattuordecim annos natus, quamquam non dubito quin plus praestiturus fuisset, si codicem suum meis similem accurate excutere dignatus esset. nihil egit Walthardus, ne Graecas quidem litteras depingere ualuit Goezius, quorum uterque priores duos libros edidit alter Bernae a. 1763 alter Norimbergae a. 1794. ego quantum potui suas omnibus editoribus coniecturas adscripsi, qua in re illud male me habet, quod quae inter Bodianum et Vulcanium prodiere editiones praeter Basileensem non uidi, ut aliquotiens Vulcanium aliquid emendasse adnotauerim, de quo ille contra consuetudinem nihil dicit, ut suspitio oriatur eis in rebus ab illo anteriorem editionem, fortasse Mutinensem, expressam esse, qua tamen Ebertus principem modo repetitam esse contendit.

De meis in emendando rationibus unum addam indigestum in particulis ab ipso excogitatis sermonis tumorem tam intactum relictum esse quam foedam neglegentiam in locis aliorum scriptorum a Martiano excerptis. ita factum est ut aliquotiens Luedeckio (de Marciani Capellae libro sexto Gottingae 1862) Boettgero (uid. p. XIII) Meibomio non obtemperauerim in eis emendandis, quae quamquam aperte uitiosa sunt, si rem spectas, tamen potius scriptoris immani oscitantiae et neglegentiae quam librariorum socordiae et libidini tribuenda uidentur. in uocabulis scribendis ita codicibus me mancipaui ut saepe quae aperte falsa sunt retinuerim, saepius constantiam et aequabilitatem sciens neglegerem.

Superest ut codices enumerem quorum notitiam non plenam et perfectam sed eam tamen habeo ex qua apparet Martianum Capellam a medii aeui hominibus dignum iudicatum fuisse ex quo adulescentes in scholis instituerentur. cuius rei diserta testimonia iam C. Barthius (ad

Claudianum p. 32) et I. A. Fabricius (bibl. Lat. III 214 ed. Ern. et bibl. med. aet. I p. 330) adtulerunt ut satis uideatur quoad fieri possit, indagare ex quo tempore in scholis Martiani libri adhiberi coepti sint.

Igitur iam Fabricius hunc Gregorii Turonensis locum laudauit (libr. X extr.), quo auctor successorem quisquis futurus erat, adhortatus ut librum suum diligenter conseruet cum alia tum haec dicit 'quod si te sacerdos dei quicunque es M a r t i a n u s noster septem disciplinis erudiit id est si te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum propositiones aduertere, in rhetoricis genera metrorum agnoscere, in geometricis terrarum linearumque mensuras colligere, in harmonicis sonorum modulationes suauium accentuum carminibus concrepare: si in his omnibus ita fueris exercitatus ut tibi stilus noster sit rusticus, nec sic quoque deprecor ut auellas quod scripsi.' et in códice Colbertino haec quae adscripsi cum tota extrema libri decimi parte omitti adnotauerunt Guadetus et Tarannus in edit. Paris. anni 1836 simul Cointium 'ea quae secuntur a quopiam neoterico addita fuisse' censere obseruantes. et facile profecto esset iudicare hac de re, si editores Gallici paullo maiore cura et de codicum suorum auctoritate retulissent et uarietatem scripturae adnotassent. nam hoc haud scio an ex editorum silentio concludi possit legi epilogum illum in codice Camaracensi ('saec. VIII et IX exarato') et Regio B. similiter enim in codice Cluniacensi alia pro hoc epilogo substituuntur, multo minus ea quidem ut uidetur apta. sed cum inter praefandum (p. XIII) 'Regium B fere in omnibus cum Cluniacensi conuenire' dixissent, iure de eorum fide dubites, qui hoc loco de Regio B nihil adnotarunt. tamen ueri simile duco in aliis codi-

cibus uelut in omnibus editionibus anterioribus epilogum illum legi neque qui falso acumine uti noluerit aut in rebus aut in uerbis quidquam inesse censebit quo Gregorium Turonensem epilogum illum operi suo addere noluisse appareat. itaque cum Gregorius anno 539 natus sit, iam exeunte saeculo p. C. n. sexto Martianus scholas occupauit, cum qua re optime conuenit quod iam a. 498 Martianum emendatum esse apparet ex subscriptione de qua dictum est p. IIII.

Duos locos adscribam a Philippo Iaffé mihi indicatos quanto in honore illis temporibus Martianus habitus sit declaraturus, alterum excerptum ex epistula Wibaldis Corbeiensis ecclesiae procuratoris ad Manegoldum anni 1149 (Iaffé mon. Corb. I p. 279) 'sed uide ne errauerit iudicium tuum quod in me scientiam et facundiam predicasti quae illo Marciani Capellae multiplici et enigmatico epithalamio figurantur. Artes quae dicuntur liberales et cetera quae de medicina uel agricultura scribuntur *ab optimis praeceptoribus* accepi..' alterum ib. p. 275 'quociens Mercurii et Philologiae coniugium .... considero' cett.

Et totum quidem opus complecti uidentur

Autricensis 1, membr. 4 (Haenel cat. p. 130.)

Autricensis 2, 'M. C. de nuptiis philosophiae; tractatus de artibus et scientiis uariis.'

Aurelianensis 'M. C. d. n. ph. et M.' saec. XV. membr. 12. (Haenel p. 130.)

Bruxellensis membr. 4. (Haenel p. 763.)

Cantabrigiensis 1 (codices Parisiis et in Brittania seruatos quia qui huc pertinent libri non ad manum sunt ex Montefalconio laudo) 'M. M. F. C. de septem artibus liberalibus tractatus'. Cantabrigiae in bibl. publica.

(Cat. MSS. Angl. I, 3, 2434, 254). hoc uidetur Koppius usus esse

Cantabr. 4 'M. C. d. n. Ph.' 'liber antiquissimus et Saxonicis scriptus characteribus. (Cat. MSS. Angliae I, 3, 1458, collegii S. Benedicti 181.)

Cantabr. 5 'M. Min. Cap. cùm commentario uel glossa Alexandri Neckam. Cat. MSS. Angl. I, 3, 1462. 185.

Vossianus 1 'M. C. cum scholiis. Cat. MSS. Angl. II, 1, 2389. 64. bibl. Isaaci Vossii.

Vossianus 2 'M. C.' Cat. MSS. Ang. II, 1, 2652. 327.

Vossianus 3 'M. C. Grotii uiri doctissimi manu cum manuscriptis collatus.' Cat. MSS. Angl. II, 1, 2822. 80.

Ottobonianus (bibl. Cardinalis Ottoboni Romae. Montf. I p. 187 d) 'M. Cap. XIV saeculo.'

Cassinensis (Montf. I, p. 218 a) 'M. C. d. n. Ph. et M. cum scholiis.'

Cassinensis 2 (Montf. ib. p. 226 a. — bibl. Cassinensis n. 332) 'M. C. d. n. Ph. et M.'

Caesenas ('Selecta ex bibl. fratrum minorum Cesenae quae olim fuit Malatestarum' Montf. I, p. 434 d) 'M. C. d. N. Ph. et M. Item de gramm. Rhetor. Geometria et Arithmetica.'

Taruisianus ('Ex biblioth. Grimana. bibl. Taruisiana.' Montf. I, p. 482 b) 'M. C.'

Venetus (in bibl. Sti. Ioannis in Viridario p. 27. Montf. I p. 486 c.) 'M. C. opera.'

Ambrosianus 1 F 119 Sup. membr. fol. min. saec. XV continet lib. I — VIIII § 902. de eo et de altero Ambrosiano (uid. p. XXVI) olim a me inspectis neque ullius pretii habitis confirmauit me Guilelmus Stude-

mund qui particulam utriusque cum exemplo Koppiano collatam liberalissime mecum communicauit.

Parisinus 1 (Montf. II p. 755 a. n. 5073) 'M. C. cum commentariis.'

Parisini 2—6 (ib. n. 5302—4. n. 5302 [2] n. 5312) M. C. libri 9.'

Parisinus 7 (ib. n. 6111) 'M. C. de 7 artibus liberalibus.'

Parisinus 8 (ib. p. 309 b. Bibl. Caroli de Montchal archiepiscopi Tolosani, cod. CXXXIV.) 'M. C. de nuptiis Ph. in uetustissimis membranis.'

Colbertini 1—3 (Montf. II p. 928 b. in bibl. regia Parisina bibl. Colbertina cod. 637, 1496, 1918) 'M. C. d. n. Ph.'

Sangermanensis 1 (bibl. S. Germani a Pratis, Montf. II p. 1131 d, n. 529) 'Mart. Minei Felicis Capellae libri IX de nuptiis Philologiae. De Grammatica. De arte Dialectica. De Rhetorica. De Arithmetica. De Astrologia et de Musica.'

Sangermanensis 2 (ib. n. 638). inter multa alia 'Mart. C. opuscula.'

Monasterii S. Martini Sagiensis (n. 29 Montf. II p. 1249) 'M. M. F. C. libri 9 de n. Ph. cum commentariis Remigii' in fol.

Monasterii B. M. de Becco (Montf. II p. 1256 d. Catal. Manuscr. mon. B. M. d. Becco n. 221) 'Marci Minei F. C. de n. Ph.' ctt. deest initium et finis. fol. 'Fasciculus uariarum chartarum, quaternionum ctt. hinc inde auulsorum. Ita in unum collegimus quia suis locis restitui non potuerunt.' adcuratius de hoc codice egit Rauaissonus, *Rapport sur les bibliothèques des départements de l'ouest Paris* 1841 p. 515.

Parisinus 9 (in bibl. S. Victoris Parisiensis Montf. II p. 1373) 'M. C. d. n. Ph.'

Abrincatuanus (*Rauaisson*, *Rapport* ctt. p. 126 *Bibliothèque d'Avranches* n. 2958. 4. saec. X. hic codex primo loco continet:) 'Incipit liber de nuptiis M. et Philologia Marciani Minei. *Le texte de Marcien C. est accompagné sur les marges et entre les lignes de quelques gloses, remarquables seulement par les traductions exactes qu'elles donnent des mots Grecs. A ce signe je croirais reconnaître la main de Jean Scot Erigène, qui passe effectivement pour avoir commenté Marcien C.*'

Guelferbytanus 1. (Ebert catal. p. 39. n. 149 fol. saec. XIII. membr. Gud. 62.) 'Marc. Cap. De n. Ph. et M. libri IX. Luculenter exaratus.'

Vindobonensis 2 (Endlicheri CCCXLVI) membr. 4. saec. XV. 'Martiani Minei Felicis Capelle aphri Karthaginensis de septem liberalibus artibus incipit liber primus de nupciis philologiae.' (sed si Endlicherum recte intellego continet tantum libros I et II.)

Vrbinatem n. 329 exeunte saec. XV in membranis scriptum esse affirmat C. Zangemeister. omnes VIIII libros continet. scholia nulla adscripta sunt. capitulis tituli additi sunt.

De Vaticanis qui totum opus continent iam dictum est p. XIIII.

De Monacensi nunc inter Latinos n. 14729, olim Rat. S. Emeranus 729, Koppii Mon. C., dixi p. XVII, de ceteris Monacensibus nec Koppius accurate quidquam dixit neque C. F. Hermannus (praef. ed. Koppianae p. IX). usus est autem Koppius praeterea

Monacensibus sex. secundus est inter cod. Mon. Cat. n. 4559. praecedit Sallustius sed scriptura

differt. Koppius haec inscripsit 'Benedictoburanus 59. 4to. A me littera D signatus, codex ille ipse est quem Pezius (in thesauro anecdot. T. III. P. III p. 619) laudat eique septem seculorum aetatem adscribit...' continet l. I et II cum scholiis. tertius inter Mon. lat. est n. 14271, antea Rat. S. Emmer. 271. continet librum I et II cum glossis, (Koppii B) et S. Gregorii homil. refertur ad saec. XI. — itidem antea Ratisbonae in coenobio S. Emm. (401) fuit qui est inter Mon. cod. lat. n. 14401. praeter Martiani librum quartum Boethii scripta quaedam philosophica continet. saeculi est XI aut X, Koppii F. — Koppi cod. A uidetur esse Rat. S. Emm. 70. Mon. Cod. lat. 14070 uaria et Martiani l. VI et VII continens. — Mon. cod. lat. p. 14792 (saec. XI) Koppii G puto est. insunt libri I et II cum commentario. — de E qui solus restat adcuratiorem notitiam nullam habeo.

Lugduni Batauorum hice codices Martiani asseruantur secundum 'Cat. libr. Man. qui inde ab anno 1741 bibl. Lugd. Bat. access. descr. Iac. Geel 1852' p. 89 'Martiani Minei Felicis Capellae de nuptiis Philologiae l. I et II (f. 233 u. — 269 r.) Inscriptio recenti manu: Marcianus de nuptiis philologie. E bibliotheca Coenobii S. Iacob Leodiensis. Vid. eius Catal. n. 262.' praeterea in uetustiore 'Catalogo libr. tam impress. quam manuscr. Lugd. 1716 hi Martiani libri commemorantur '1) p. 326 Martiani M. F. C. Afri Carthaginiensis de VII liberalibus artibus in membranis. Codex antiquissimus. Bibliothecae donatus a Petro Scriuerio. 1606 ipsis Idibus Octobribus. Adduntur effigies Schematum Geometriae. In membranis siue columnis 36. Cf. Van Wyn. Huisz Atende leuen. Vol. I p. III p. 270' (hunc ego librum inspicere non potui). 'XVIII F. 36. — 2) p. 328 Martiani M. F. C.

libri VII (ibi enim finit) de nuptiis Philologiae cum adscriptis hic illic glossis. Dominus Egbertus Archiepiscopus Tradercensis obtulit..... hunc librum quem Venerabilis Dominus Gherardus De Poelgheest abbas eiusdem loci religari fecit anno Dom. 1465 in membr. XVIII. F. 87. — 3) Idem integer plane ut habeat libros VIIII quos ita finit 'Martiani M. F. C. Afri Carthaginiensis de Armonia liber VIIII explicit. In membranis XVIII F. 88. — 4) p. 372 Martianus M. F. C. A. K. libri de nupt. Phil. et Merc. siue de arte Grammatica. In charta. Ex bibl. Meldus Therenot. XIX O. 36. — 6) p. 331 Marcianus Capella cum glossis densis. In membrana manu antiqua. — 7) p. 370. In membran. .... Nomina prouinciarum gentium urbium insularum et Paradisi fluminum etc. *ubi est nomen Marciani F. C....* — 8) p. 371. Descriptio orbis terrae uel sphera geometrica Marc. M. F. C. A. Carth.' — his accedunt editiones Martiani cum codicibus m. s. conlatae hae quas item in bibl. Lugd. asseruari scribit Bahlmannus '1) Capella. 1599. Cum notis MSS. A. Gronouii O. 33. — 2) Capella. Vicentiae 1499 cum adnot. MSS. a Perizonio XVIII. O. 32. — 3) Mart. Cap. per Bonauenturam Vulcanium Basileae 1577. Cui a uiro docto nonnulla sunt adscripta. — 4) Capella, Satyricon cum notis Hug. Grotii. Lugd. Bat. 1599. Cum annot. G. I. Vossii. in 8. — 5) Capella. Septendecim paginae sunt collatae cum MSS. in oct.' haec mecum olim per litteras benignissime communicauit Franciscus Bahlmannus.

Duos priores libros complectuntur

(de Monacensibus dictum est p. XXIIII)

Ambrosianus M. 37 sup. membranaceus saeculi XIIII formae oblongae minimae.

Berolinensis (Lat. fol. 25) cum glossa amplissima.

membr. scriptus est a. 1483. fuit D. Weimanni cancellarii Cliuensis. praeterea continet Boethium de consol. phil. corruptissimus et interpolatus.

Gissensis n. 82. 4. min. membran. saec. XIIII. ex collatione quam Otto (comm. critt. in codd. bibl. acad. Giss.) publici iuris fecit nullius eum pretii esse apparet. glossis Otto solus opinor delectatus est (p. 14 sq. et p. 269 sq.).

Dresdensis (Falkenstein p. 262) saec. XV. interpolatum eum esse ex Koppii commentario apparet.

Guelferbytanus 2 (Ebert cat. p. 40. n. 150 membr. 4. saec. XIV).

Lipsiensis (Cat. MSS. ed. Naumann. Grimmae 1838. 4: Cod. Gr. et Lat. n. XL. cum alia tum) 'Marciani C. duo priores libri cum scholiis copiosissimis quae recte Weberus 'expositionem doctam et amplissimam vocat.' Incip. *Tu quem psallentem thalamis et matre Camena.* Expl. *Faueantque muse et chelis latoia.* Scholiasta eadem pag. qua Lucanus explicit sic incipit: *Titulus iste quatuor nomina dat auctori suo.* Explic. *si faueat latoia chelis, id est apollinis.*

Iacobaeus ('in aedibus Iacobaeis' Cat. MSS. Angliae II, 1, 8599. 877).

Basileensis F 1 22 cum commentario et uita (Haenel p. 130), cum interpolatis facere uidetur. de Hugiano dixi p. XVII.

Gothanus membr. saec. XI cum glossa (cf. Iacobs et Vkert.) meum in usum olim C. Zangemeister contulit.

Vindobonensis 1 (CCCXCIV Endl.) 'Martiani Capellae de N. Ph. et M. l. II.' inscriptio: 'Marciani Minii capelle liber primus incipit.' subscriptionem saec. XVI additam esse Endlicherus ait hanc 'explicit aurea lingua uel angelicus doctoris Bragurdini.'

Primum librum

Reginensis 1377 membranaceus, saeculi XII.

Reginensis 244 (olim 202) membr. saec. XII.

Secundum et tertium libros

Guelferbytanus 4 (Ebert catal. n. 152 membr. 8. saec. XIII): 'tertius liber primo loco positus est.'

Tertium librum

breuiatum ut uidetur

Baliolensis (Cat. MSS. Angliae I, 2 n. 391. L. 6. Oxoniae) 'M. C. de origine uniuscuiusque litterae et eius sono breuiter.'

Quartum librum

Sangermanensis 4 (Montf. II. bibl. mon. S. Germ. n. 771) 'M. C. Dialectica'.

Bernensis Sinneri 265 alia etiam conplexus in fol. scriptus nescio quando.

Monasterii S. Albini Andegauensis (n. 138 fol. apud Montf. II p. 1226 a).

Quartum et sextum libros

Vindobonensis 3 (CCCXLV Endl.) mbr. 4. p. 175 Grot. — p. 213 G.

Sextum librum

Bambergensis 2 (Iaeck cat. I p. 51. n. 392. Saec. X. 2 f. 27 l. 1 c.) 'liber de mensura lunae et de magnitudine terrae' ctt.

Sextum septimum octauum nonum libros

Vindobonensis 4 (CCCXXXXIV Endl.) membr. saec. XI. 4. fol. 150.

Octauum librum

Berolinensis (fol. 307) saec. XII interpolatus. unam emendationem suppeditauit: quod enim p. 305, 2

dixi legendum esse *aequalibus*, illud (scil. *equalibus*) in hoc codice legitur.

Reginensis 1452 membran. saec. XV ('Astrologia martiani') fuit Alexandri Petauii senioris.

Cantabrigiensis 2 (in Collegio S. Trinitatis Catal. MSS. Angliae, I, 3. 395. 6) 'M. C. de Astrologia.'

Burscoughianus (libri mss. reuerendi domini Burscough. Cat. MSS. Angl. II, 1, 9169. 8) 'M. C. Astronomia.'

Colbertinus 4 (Montfauc. II, inter Colbertinos n. 6596) 'M. C. Astrologia.'

Sangermanensis 3 (Montf. II, inter Sgerm. n. 644) 'M. C. de Astronomia.'

Puteaneus (C. Boetsch disput. circul. de Solino Altdorf. 1693 p. 23) 'M. C. lib. de sphaera.'

Vindobonensis (CCCXXXXIIII Endlicheri) usque ad p. 297 Grot. 'flexio aequi natialem paene directum secat.'

Nonum librum

Bambergensis n. 393, uid. p. XVII.

Verbo tangam impudentissimam Casparis Barthii fraudem, qua uel C. F. Hermanno (praef. ed. Koppianae p. VI sq.) imposuit. quos enim thesauro sibi 'chariores' codices uel 'cascae antiquitatis' laudare solet, eis tam mirabilis similitudo cum ipsius Barthii contortam uerborum stribliginem adamantis emendationibus intercedit, ut hodie uix inueniri putem qui illi credat in diruto aliquo monasterio — si modo recte memini — istos inuentos esse thesauros.

Primus Capellam enarrauit Ioannes Scotus Erigena, cuius expositionem memorat Labbeus bibl. nou-

m. s. p. 45 laudatus a Fabricio III p. 216. inuenisse sibi uisus est Abrincatuis hunc commentarium Rauaissonus cuius uerba transscripsi p. XXIIII, eiusque particulam nuper B. Hauréau edidit (*notices et extraits* ctt. uol. XX p. II) ex M. S. Germanensi de Pratis, qui quamquam ad cognoscendam philosophiam scholasticam utilis uidetur, ad Martianum nihil commodi afferet, quippe in quo plane eaedem corruptelae inueniantur atque in nostris codicibus.

Deinde Remigius Antisiodorensis Ioannis Scoti aequalis commentarium scripsit, cuius permulta exempla supersunt ueluti Lugduni Batauorum 'R. A. commentarii in M. C. MSS. in 4' adseruantur. eidem uidentur quos Iac. Perizonius bibliothecae Leidensi legasse dicitur a Fabricio III p. 217.

Vindobonae Endlicheri CCCXXX, Mart. saec. XVI, cum alia continens tum n. IV f. 76—206 'R. A. Glossae in Marc. Cap. de N. Ph. et M.' initium: 'tu quem psallentem.. Introducitur hoc loco quaedam Marciani amica hos uersus in honore himenei cecinisse qui fertur deus esse nupciarum uel naturalium concepcionum.'.. finis: 'decet igitur sermonem racionem uxorem habere.

sic felix falsus innuit falsa Capella,

corpore qui meruit miseram nunc ducere uitam.

Marciani Minei Felicis Capelle Glossole in Musicam composite a Domino Remigio expliciunt.'

Romae Reginensis n. 1970. fol. membr. saec. XI 'incipit commentum in geometriam Martiani.'

Abrincatuis: Rauaissonus (l. l. p. 115) in eodem codice in quo primo loco Martianus legitur septimo legi haec refert: 'incipit commentum Remigii in libro Marciani Minei Felicis Capellae.' 'Titulus iste quatuor nomina dat

suo auctori etc.' *C'est la glose de Remi d'Auxerre écrivain du neuvième siècle sur le Satiricon de M. C. Cette glose est inédite et même les manuscrits en sont rares. Celui d'Avranches est incomplet'..* (usque ad finem libri sexti).

Becci in uetere catalogo Abrincatuano apud Ranaissonum p. 589 et 515. sed num hodie exstet nescio.

Turici aut esse aut fuisse uidetur hic commentarius cf. 'histoire littéraire de la France' tome VI p. 120 '*Arnoul Wiou témoigne que de son temps on les voioit aussi à Zurich.*'

Guelferbyti Gudianus 335 excerptum paucarum paginarum de quo postea dicam.

Lipsiae qui adseruatur liber n. LX Naumanni saeculi XII foll. 55 Remigii esse admodum ueri simile est. Naumannus de illo codice haec habet (cat. MS. Grimmae 4. 1838) 'Glossae in M. C. Desunt titulus initium finis.' Incip. '*Sapientia et ineloquentia prodest semper nunquam obest*' (quae ad uerbum congruunt cum eis quae in Gudiano 335 leguntur qui Remigii est) 'Explic. Grauat fata succidentis Osiris.' In primo libri folio a manu recentiore leguntur: 'Monast. S. Vdalrici Augustae. Gottfr. Chr. Goetzius in programm. quo *bibliothec. senat. Lips. bonae menti dedicandam atque aperiendam fore indicit* (Lips. 1711.) p. 28 haec de illo codice scripsit: 'Anecdotorum cateruam augent glossae latinae in Marc. Capellam membranaceae, in principio tamen uno folio truncatae quae num eaedem censeri debeant cum eis quas Labbeus .. citat uel sub nomine expositionis Scoti Erigenae laudat tuto hariolari non licet. Id liquido satis constat, Scholiasten ibi nobis sisti et Mythologia antiqua et Philosophorum ueterum placitis haud proletarie imbutum.' risum mouent

hae laudes in Remigium collatae. nam cum ex ineptissimis illis glossis, quas interdum Koppius (ueluti p. 150 et 211) attulit apparet nihil plane ex his commentariis disci potuisse, tum ipse cod. Gud. 335 saeculi XI olim tractaui, ut in orbe terrarum numquam quidquam insanius scriptum esse satis confidenter spondere possim.

Restat Alexander Necham, cuius codicem unum commemoraui p. XXI. memorat hunc commentarium Lelandus de scriptoribus Britannicis p. 214 laudatus a Fabricio III 216. de eo accuratiorem notitiam nullam accepi.

Interpretationem Germanicam a Graffio editam Berolini 1837 glossatoribus de quibus dixi nihil praestare ridiculae explicationes permultae docent. noui uix quidquam ad Martianum emendandum ex ea discetur.

CAPVT TERTIVM

Martianus qua ratione auctores suos exscripserit apertissimo documento sunt libri quintus sextus nonus. quinti enim posteriorem partem Aquilae Romano debuit, noni maiorem partem Aristidi Quintiliano, sextum conflauit paucis exceptis ex Plinio et Solino, ut antea putabatur. nunc enim postquam Solinum Mommsenus (praef. p. XXI sq.) demonstrauit chorographiam aliquam Plinianam in epitomen redegisse, uix crediderís Martianum ita modo Solinum modo Plinium exscripsisse, ut mea annotatio exhibet, sed potius illam Plinii epitomen ubique adhibuisse. neque omnino, nisi ubi uni alicui totum se mancipauit uelut Aquilae et Aristidi, ueri simile duco ex uariis auctoribus sua hausisse sed potius ex simili aliquo opere encyclopaedico. sed de his ariolari tantum licet cum nihil quantum sciam de tali opere traditum sit, ego satis habebo

demonstrasse probae et antiquae doctrinae illud opus quod exscribebat uestigia retinuisse. hoc enim ante omnia cauendum est, nequis credat Martianum ubi Varronem laudat eum ipsum ante oculos habuisse: laudauit ut hoc exemplo defungar in sexto libro ne semel quidem Solinum et Plinium quos exscripsit, compluries autem Varronem Plinio scilicet ipsi laudatum. itaque M. Terentio Varrone iam Ritschelius (quaest. Varron. Bonnae 1845, p. 10) et Krahnerus (de Varronis philosophia. Noui Brandenburgii 1846, p. 24) suspicati sunt post C. F. Hermannum (praef. ed. Kopp. p. XX) Martianum Capellam aliqua tenus usum esse. quorum argumentis unum placet addere, quo in uniuersum quantum Varroni se addixerit patebit. Varro enim Stoicorum hylozoismum, quo totum mundum deo animari deumque esse sibi persuaserant (cf. in primis Laert. Diog. VII 70 137) pinguius paullo ita exornauit, ut Stoicorum placitum θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν τόν τ᾽ ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι arbitrantium (Plut. de plac. phil. I 17) his fere uerbis seruatis ab Augustino (de ciu. dei VII 6, cf. Lipsius physiol. Stoic. II diss. XI et Franckenus, fragm. Varronis apud August. de ciu. dei seruata Lugd. Bat. 1836 p. 62 sq.) expresserit 'ab summo autem circuitu caeli ad circulum lunae aetherias animas esse astra ac stellas, eos caelestes deos non modo intellegi esse sed etiam uideri.' haec Martianus ita imitatus est ut deos, quos non modo sermocinari sed etiam nuptias facere ad sui aeui exemplum iussit, tamen simul astra esse uoluerit. nam Astronomia 'haec enim' inquit (p. 301, 13 sq.) 'uerecundae arbitror probitatis motus cursusque proprios ipsis edisserere qui mouentur docereque deos uelle quod faciunt.' cf. in primis quae leguntur p. 27, 5 cum Koppii nota.

Omitto priorem primi libri partem fabulae ipsius eiusque non tam facete fictae ut quem Martianus imitatus sit quaerendum uideatur exordium continentem. deinde uero quidquid de reconditiore deorum natura Martianus obscure plerumque innuit Varronianae doctrinae uestigia prae se ferunt ueluti p. 15, 27 sq. de his Martiani uerbis *haec cum Iuno adfixa, ut adhaerebat elatiori plurimum Ioui, adclinatis eius auribus intimaret de quodam purgatioris uibratiorisque luminis loco, adlapsa sensim Pallas corusca descendit atque ita ut uidebatur uertici Iouiali inhaerere superuolans tandem constitit sublimiore quodam adnixa suggestu* Koppius (p 83) adnotat *e Diodoro haec hausisse uidetur,* mihi potius tota res a Varrone petita uidetur, id quod patet ex loco Varronis apud Augustinum libri de ciu. dei VII, 16. totum enim hoc capitulum Varronianae doctrinae plenum esse rectissime iudicauit Franckenus (fragm. Varronis apud Augustinum de ciu. dei Lugd. B. 1836 p. 87): sequitur autem cum ex toto rerum habitu tum ex capitulo 17 in.; ibi cum Varronem laudet apertis uerbis facile colligitur quae paullo antea generatim de paganorum opinionibus exposuerat ad eundem spectare Varronem ipsum. ubi cum legatur *Mineruam etiam quia eam humanis artibus praeposuerunt nec inuenerunt uel stellam ubi eam ponerent eandem uel summum aethera uel etiam lunam esse dixerunt,* patet Martianum Mineruam *summum aetherem* significare uoluisse quippe quam *sublimiore quodam adnixam suggestu* depingeret. Iuppiter deinde secundum ueterem explicationem apud Martianum inferior aetheris pars est, Iuno aer. praeterea huc facit August. de ciu. dei IIII, 10 *cur illi etiam Iuno uxor adiungitur, quae dicitur soror et coniunx. quia Iouem, inquiunt, in aethere accipimus*

in aëre Iunonem et haec duo elementa coniuncta sunt, alterum superius alterum inferius. quis igitur non uidet illud *inquiunt* quamquam generatim de paganis dictum in Varronis solius auctoritate adquiescere? neque dubito quin hoc etiam quod paullo post legitur ex Varrone petitum sit 'aut si *aetheris* partem superiorem Mineruam tenere dicunt...'

Sequitur ut dicam de eo loco ubi (p. 17, 2 sq.) de regionibus caeli et de deis in eis habitantibus exponitur. quam uniuersam disciplinam Etruscorum esse, nihil est quod post O. Muellerum (vol. II p. 129 sq.) demonstrem. hoc enim non solum apparet ex Plinio Etruscos caelum in sedecim regiones diuisisse narrante (cf. quos praeterea laudat Koppius p. 91 ad fin.) sed Martianus ipse quos *bissenos collegas* Iouis appellauerat deos (p. 17, 8) eos alio loco (p. 342, 18) Etruscorum esse dicit

'bis sena quamuis uos Etrusci numina
ritus frequentent atque opiment uictimis.'

cf. Muellerus II p. 81. itaque Krahnerus de hoc loco sic iudicat (de Varronis philosophia p. 24) 'nec repugnabo siquis admodum probabili coniectura quae Marcianus ex Etruscorum disciplina augurali tradit I 45 sqq. lecta fuisse contendat in Varronis antiquitt. rer. diu. lib. III.' sed quae ex Varronis libro illo III seruata sunt (Merkelius p. CXV sq.) in eis nihil inuenies, quo adducaris ut Varronem reconditam hanc et abstrusam Etruscorum disciplinam exponere quam intra populi Romani instituta et opiniones de rebus sacris et de deis se continere maluisse censeas. deinde quamquam Varronem minime negauerim Etruscorum religionem tetigisse, nusquam quantum comperi dictum est eum data opera de Etrusca disciplina exposuisse. quid quod ne Plinius quidem in indice auctorum

libri II Varronis meminit ubi haec habet: 'Caecina *qui de Etrusca disciplina,* Tarquitio qui item, Iulio Aquila qui item'. (cf. de his Muellerus II p. 34 sq.) Plinium autem quem aliis in rebus Varrone usum esse saepissime (uid. indices auctorum ad ll. II—VIII. X—XIIII. XVI—XXIII. XXVI. XXVIII—XXXI. XXXIII—XXXVII) constat cur hac in re 'uirum doctissimum Romanorum' sequi noluerit, si modo disciplinam Etruscam in antiquitatum rerum diuinarum libris exposuisset, nulla caussa excogitari potest. ceterum ne id quidem quod Censorinus (de die natali cap. 14. p. 34, 14—16 ed. Iahn.) ex Varrone affert 'Etruscis quoque libris fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro conmemorat' aliud probat quam Varronem Etruscorum disciplinas non plane praetermisisse.

Verum quo minus Varronem eo de quo agimus loco Martiani auctorem fuisse credamus obstat etiam quod de mirabili illa doctrina, qua Iuppiter ipse p. 17, 2 *Penates* habere dicitur, Varro quantum quidem ex doctrinae eius reliquiis conici licet nihil plane praecepisse uidetur. contra haec doctrina, cuius ni fallor praeter nostrum Arnobius unus meminit, refertur potius ad Nigidium Figulum (p. 123. lib. III, 40) *Nigidius Penates deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit qui quondam muris Ilium mortalium condicione adiuncta cinxerunt. idem rursus in libro sexto exposuit et decimo disciplinas Etruscas sequens genera esse Penatium quattuor et esse Iouis ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos, inexplicabile nescio quid dicens.* et exposuisse quidem Nigidium de aliis Penatibus XVIIII de deis libro docet Macrobius Sat. III 4 *Nigidius enim de dis libro nono decimo requirit num di penates sint Troia-*

norum Apollo et Neptunus qui muros eis fecisse dicuntur et num eos in Italiam aduexerit. praeterea eum de Etruscorum disciplina scripsisse ex Arnobii l. l. aliisque quos attulit Hertzius (de N. F. Berolini 1845 p. 32. cll. Muellerus II p. 34) constat, ut admodum ueri simile uideatur Martianum uel potius Martiani ignotum aliquem auctorem totam hanc doctrinam de sedecim caeli regionibus a Nigidio mutuatum esse. quamquam minime infitias eo Martianum cum eis quae a Nigidio desumpserat alia etiam miscuisse ut iam Muellerus uidetur iudicasse cum diceret, *wahrscheinlich ist das Ganze ein Fragment aus den Etruskischen Fulguralbüchern, es ist voll von ächt-etruskischer Lehre, obgleich auch dem Bestreben der Haruspices gemäss allerlei fremde Götterlehre aufgenommen und in die sechzehn Regionen vertheilt ist.* (vol. II p. 131.) quae autem Muellerus ad haruspices tanquam confusionis auctores transtulit ea uerius puto ad Martianum ipsum referemus. unum addam ex quo totam hanc caeli partitionem non a Martiano excogitatam sed ab alio quodam auctore desumptam esse pateat certissimum argumentum. nimirum in uniuersa fabula contexenda primarias partes inter deos agunt Apollo Mercurius Venus: his igitur in caeli istis regionibus si sua somnia exornasset nemo dubitabit quin aliquem locum assignasset: sed ne uerbo quidem tanguntur.

Sed iam singula examinanda sunt. et p. quidem 17, 2 quod dicit: '..praecipueque senatores deorum qui *Penates* ferebantur *Tonantis ipsius*, quorumque nomina quoniam publicari secretum caeleste non pertulit, *ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen eis consensione perfecit'* quae de *Penatibus* dixit ea Nigidii uideri iam demonstrauimus; sed si ad hunc Arnobii locum ad-

tenderis (III 40 p. 123) 'Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet quos loquimur nec eorum numerum nec nomina sciri (cf. Muell. Etrusci II 82b) hos Consentes et Complices Etrusci aiunt et nominant quod una oriantur et occidant una, sex mares et totidem feminas, nominibus ignotis miserationis parcissimae sed eos summi Iouis consiliarios principes' (debebat enim Oehlerus *ac* quod ante *principes* nullo sensu legitur delere) 'existimari. nec defuerunt qui scriberent Iouem Iunonem ac Mineruam deos Penates existere sine quibus uiuere ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos regant ratione calore ac spiritu,' — hoc inquam loco comparato et Varronianae a Nigidiana doctrina discrimen et Martiani quam nostro loco conmisit neclegentia adparet. Varro enim cuius omnia sunt, quae modo ex Arnobio transscripsi — neminem enim quod Arnobius hoc loco *nec defuerunt* scripsit, eo adducet ut haec ipsa quoque ex Varrone bonum patrem rescripsisse neget — accurate distinxit inter Consentes et Penates (nam parum accurate hac de re statuisse uidetur Klausenus, 'Aeneas und die Penaten' u. II p. 659 ad fin., ceteroquin egregie disputans) et a Nigidio eo dissentit, quod ille quos Penates Romanos publicos esse uidit eos aliqua ratione explicare uoluit cum diceret Neptunum et Apollinem Penates Romanorum esse scilicet quia muros urbis μητροπόλεως Romae exstruxissent, contra Varro in interiorem rerum conexum altius quodam modo descendens duobus Penatibus non contentus — duos autem primitus Romae fuisse persuadet Klausenus p. 658 in. — quos primarios deos esse putabat eos urbis suae Penates esse uolebat. deinde quae de Etruscis Penatibus ex Nigidio Arnobius refert plane ex alio genere sunt neque ullo modo cum

Romanis istis Penatibus cohaerent: fortasse etiam ex alio Nigidii libro desumebantur. — at bonus Martianus Penates a Nigidio mutuatus cum his Varronis Consentes commiscuit.

Qui deinde apud Martianum sequitur *Vulcanus Iouialis* (p. 17, 5) eum quo modo explicem nescio: *Velchanum* in nummis Paestanis occurrentem laudauit Gerhardus de deis Etruscorum p. 6 et p. 29, n. 542.

Secuntur (p. 17, 7) haec 'tunc etiam ut inter alios potissimi rogarentur ipsius collegae Iouis, qui bisseni cum eodem numerantur quosque distichon complectitur Ennianum' ctt. ubi alium Martianus commisit errorem, cum deos illos duodecim ab Ennio enumeratos a Consentibus de quibus p. 17, 2 sq. dixerat, distingueret: confusio inde orta est quod antea Consentes cum Penatibus Iouis commiscuerat.

Deinde quos p. 17, 13 *residuos* deos dixit, eis Koppius recte uidetur planetas significari putare. tum p. 17, 22 in enumerandis primae regionis deis quos antea confuderat *Penates* et *Consentes* recte distinxit. *Salutem* nos ex Sabinorum tantum religionibus (cf. Prellerus myth. Rom. p. 601) nouimus. secuntur Lares, puto *coilopotentes* illi qui in inscriptione apud Tertull. de Spect. 5. commemorantur: nam sic interpretandum esse O. Muellerus (Etr. II 91, 31) rectissime statuit quamquam Prellerus (Myth. Rom. p. 421[6] sq.) *compito* legendum esse censet. sequitur *Ianus*, qui O. Muellero (II 58 sq.) Etruscorum deus quamquam Latino nomine appellatus uidebatur secus atque Gerhardo (de deis Etruscorum p. 25, 29) qui si Ioannis Lydi testimonium parui aestimandum putat, oppono Varronis auctoritatem ad quem idem prouocat (mens. p. 56) ὁ δὲ Βάρρων ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ

τῶν θείων πραγμάτων φησὶν αὐτὸν παρὰ Θούσκοις οὐρανὸν λέγεσθαι καὶ ἔφορον πάσης πράξεως.' hanc doctrinam autem uere Varronianam fuisse docet Macrobii locus (Sat. I, 9) a Muellero commode adhibitus. neque uideo cur Faleriis praeter alienorum populorum deos non etiam Etrusci dei culti fuerint, ut quadrifrontis Iani simulacrum Faleriis Romam aduectum (cf. Muellerus II 58[68]) huic Muelleri sententiae certe non aduersetur. sed hic Etruscorum caeli deus postea cum Latinorum Iano portarum deo commistus est. ceterum ingeniosissima est Merkelii (proleg. ad Ou. fastos p. CCXXVII) opinio Etruscum Iani nomen fuisse *Falacer* cf. *Corssen Beiträge zur Latein. Formenlehre* p. 344 et 473. restant *Opertanei* — nam *nocturnumque* glossema esse demonstrari potest — quibus recte uidetur statuere Muellerus (II p. 131) *inuolutos* deos significari quorum mentio fit apud Sen. quaest. natur. II 41 ex Caecina (u. Muell. Etr. II 34). eosdem significauit Varro Arnobii III 40 'Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet quos loquimur nec eorum numerum nec nomina sciri', sed quod hos *Penates* putat Muellerus, errat (p. 82[6] cf. Gerhardus p. 22[17] et 148[145]): nam Arnobius solum quae Varro de *opertaneis* uel *inuolutis* illis praeceperat falso inter *Penates* retulit ut ex toto conexu apparet: Varronem enim quae Penatium fuerint nomina optime scire sibi uisum esse antea diximus.

In regione caelesti secunda (p. 17, 24 sq.) praeter Quirinum Sabinorum deum bellatorem Mars domicilium habet, de quo ab Etruscis culto cf. Muellerus Etr. II 58 et Gerhardus de deis Etr. 21[12]. 29[56]. alii qui huc usque in hoc domicilio tuto habitabant nullo iure eiciendi sunt. Iunonem ab Etruscis in honore habitam esse Muellerus (II 45)

demonstrauit; de *Fonte* et *Lymphis* nihil habeo quod eis addam quae Koppius contulit. deinde *Nouensides* scribendum est ut docuit Mommsenus (*Unteritalische Dialecte* p. 342); hi cum Etruscorum non sint sed Sabinorum (Varro de l. L. V p. 79 Sp.) uehementer dubito num Martianus apud Nigidium inuenerit.

In *tertia* regione (p. 17, 27 sq.) habitantes *Iuppiter Secundanus* et *Iouis Opulentia* qui sint nescio. de *Minerua* Etrusca dea omnia nota sunt (Muellerus II 48 Gerhardus p. 41); de ceteris non minus desperata res est quam de quartae regionis *Lynsa syluestri* et *Fauore*.

In *quinta* regione (p. 18, 5) cur transcursae dicantur domus coniugum regum nemo facile expediet: nam plane non intellegitur cur Iuppiter et Iuno hic etiam domicilium habeant. ego putem eum quem Martianus hic exscripsit Iunonis et Iouis domum totum caelum complecti docuisse, Martianum autem haec non satis recte intellexisse. huius rei uestigium censeo in p. 17, 24 inesse. *Cererem* Etruscis iam O. Muellerus (II p. 61) uindicauit propter Caesium apud Arnobium (III 40) Fortunam Cererem Genium Iouialem Palem Etruscorum Penates *arbitratum.* itaque haec res non certa erat sed solum aliqua Caesii opinatio (quem secutus esse putandus est Seru. ad Aen. II 325 ubi *Genius Iouialis* nescio quo casu excidit): Nigidium aliter praecepisse ex nostro apparet. quamquam enim Ceres Pales Genius p. 18, 6 in proxima uicinitate commemorantur, tamen neque Fortuna additur neque Genius dicitur *Iouialis:* de *Penatibus* autem ne uerbum quidem inicitur. *Tellurus* comparari potest cum Varronis (Aug. de ciu. dei VII 23) *Tellumone.* sed qui sequitur *Terrae pater Vulcanus* scrupulos haud exiguos mouet. quem enim Koppius excitauit Varro in

libris de l. L. ubinam *terrae patrem ignem, matrem aquam nuncupet,* diu frustra quaesiui. puto hunc locum (p. 67 Sp.) Koppium in suum usum miro modo conuertisse 'igitur duplex caussa nascendi ignis et aqua; ideo ea nuptiis in limine adhibentur quod coniungit. *hinc et mas ignis quod ibi semen, aqua femina quod fetus alitur humore'* collata fortasse p. 76 Sp. 'ignis a nascendo quod hinc nascitur et omne quod nascitur ignis gignit.' patet hinc longe distare *Vulcanum dici terrae patrem* et nego tale quidquam a Martiano sine auctore dictum fuisse, qui licet multos sequi potuisset nunc deperditos, tamen suspitio subnascitur *Terraeque pater* nihil esse quam glossema temere in textum illatum, ut explicaretur Tellurus ille et librariis et nobis ignotus. Mulciberum et Vulcanum uero a Martiano bis commemoratos esse non multum miror. de *Genio* Koppius recte dixit.

Sexta septima octaua nona regio deos continet plane ignotos: nam de eo qui Pales dicitur ne post Muelleri (II 88) et Merkelii quidem (prol. ad fast. p. CCVIII sq.) disputationes certi quidquam affirmari licet nisi quod Etruscorum eum fuisse (Arnob. III 40) et a dea Latina eiusdem nominis diuersum: alia sibi persuasit Gerhardus (l. l. p. 30 [63]).

De *decimae* regionis Neptuno cf. Gerhardus p. 19 [5]. sed quod Muellerus II p. 55 [50] dicit *zugleich kömmt er in der Genienlehre der Tuskischen Disciplin . . vor* de hoc Gerhardus aliter dubitauit p. 19 [5] *seine Geltung als etruskischer Penat . . problematisch* atque mihi dubitandum uidetur. nam ad quem Arnobii locum (III 40) uterque prouocat *Nigidius Penates deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit . . .* in eo de Etruscis Penatibus nihil plane praecipitur, sed Nigidium ut iam antea exposui

Romanorum Penates quos Varro tres censebat aliqua ratiocinatione usum Neptunum et Apollinem habuisse apparet. de Etruscis autem apud Arnobium postea demum dicitur. neque tamen ex his uerbis *idem .. exponit .. disciplinas Etruscas sequens genera esse Penatium quattuor et esse Iouis ex his alios, alios Neptuni* . . . ullo modo conici licet Neptunum inter Penates fuisse sed solum eum Penates habuisse. de *Neuerita* adquiescendum erit in Prelleri (Rom. myth. p. 503) suspitione; *Consum* Sabinum deum (Prellerus p. 420) ab Etruscis ut uidetur alienum aliunde Martianus admiscuisse uidetur.

Quae in *undecima* regione est *Valitudo* ei Forcellinius consuluit allato nummo ex Morell. numism. fam. R. (tab. I 3) quamquam sic quoque multae dubitationi res obnoxia est. cetera Grotius emendauit. de Pauore et Pallore cf. Prellerus p. 612 et Hartungius II p. 614. locis ab his hominibus laudatis adde Minucium in Octauio (25, 8) = Cyprian. de idol. uan. 2, 4 et Lactantium I, 20, 11, quorum utrumque Varronem exscripsisse coarguit Augustinus de ciu. d. IIII, 23.

De reliquarum regionum deis nihil habeo quod addam: nam *Saturni caelestem Iunonem* non adsequor; *Sancum* et *deos publicos* ad Etruscos non pertinentes alterum a Sabinis (uid. Prellerus p. 634 sq.) alteros ni fallor a Varrone eosque nimis inscite mutuatus est. nam *dei publici* nulli erant in cultu sed solum denominati ita a Varrone: Varronis enim uerba leguntur apud Augustinum de ciu. dei VII 17 'de *dis* inquit *populi Romani publicis* quibus aedes dedicauerunt eosque pluribus signis ornatos notauerunt in hoc' (scil. tertio) 'libro scribam.' cf. quae Franckenus adnotauit p. 94[3], neque sententiae meae obstat Tertull. ad Nat. II 9 laudatus a Prellero myth. Rom.

p. 137[1]. *Ianitores terrestres* (Muell. II p. 132 in.) ex Etrusca disciplina desumpsisse Martianum quamquam ueri simillimum est adcuratius nihil adferre possum.

De uniuerso huius diuisionis consilio et ratione cf. Muellerus II p. 131. transeo nunc ad ea quae secuntur, minus certa et quae a Martiano aut ficta uideantur aut quae minus recognita et cuiuis nota esse potuere praetermissurus. itaque p. 19, 13 depingitur Iuppiter ita ut iam Vulcanius rectissime mundi uniuersi in eo imaginem agnouisse uideatur. tota exornatio puto Martiano ipsi debetur sed rem unde desumpserit nemo dubitauit hoc Augustini de ciu. dei (VII 6) loco inspecto 'dicit ergo idem *Varro* adhuc de naturali theologia praeloquens, deum se arbitrari esse animam mundi quem Graeci uocant κόσμον, et *hunc ipsum mundum esse deum*'. similiter Varro in Curione (Aug. de ciu. dei VII 9. Krahnerus Varronis Curio p. 1) *Iouem* . . *esse mundum* contenderat. — deinde p. 19, 27 sq. Iunonem depingit ita tamen ut in ea se Iouem pro mundo accepisse oblitus esse uideatur: cum enim dicit 'ipsius uero diuae uultus adsiduae perlucens gratiae, fratri consimilis nisi quod ille inmutabili laetitia renidebat, haec conmutationum adsiduarum nubilo crebrius turbidabatur' patet hoc loco rursum Iouem aetherem, Iunonem aëra significare.

Deinde admodum memorabilis est locus p. 20, 20 — 21, 3. haec enim patent a Koppio parum recte ad idearum Platonicarum exemplum conformata dici, quo uel minus probandum quod *colorem* Martianum *dixisse* censet ex clypeo Vulcani Homerico: ego cuiuis opinor in mentem ueniet oui Orphici quod Martianus in describenda illa sphaera imitatus est; nam quem Orphici in ouo illo inesse uoluerunt totum mundum κατὰ δύναμιν ut ita dicam

eum more suo noster pinguius depinxit ne compita quidem ab hac *idea* mundi aliena ratus. de ouo Orphico autem satis est ad Lobeckium (Aglaophami I p. 474 sq.) prouocare. uerum ut haec certa uidentur ita incertum erit iudicium de auctore, ex quo Martianus ouo illo abusus sua hauserit; Orphica enim ipsa ab eo lectitata fuisse parum probabile est. neque tamen desunt iudicia quibus adducaris ut eum Orphicas doctrinas attigisse credas, quem satis ni fallor luculentis exemplis principalem Martiani auctorem fuisse demonstrauimus, M. Terentium Varronem. quod enim Lobeckius (p. 476) ouum cosmogonicum appellat mundi uulgatissimam similitudinem, omnino tam uulgata mihi illa similitudo non uidetur neque Orphici intra huius similitudinis fines se continuere quippe qui ouum illud ideam etiam mundi esse uoluerint. omnino non puto totam rem a caeli terraeque adspectu deductam fuisse quoniam eis temporibus quibus theogonia Orphica fingebatur terra hominibus disco quam uitello similior uidebatur, sed mundum nondum perfectum comparabant cum ouo in quo praeformatam uidebant uniuersam animalis uitam. ceterum sciens praetermitto quae Bachofenus (*Graebersymbolik*) de illo ouo p. 20 sq. et alibi disputauit. is ipse autem Varronis locus quo ad sententiam suam confirmandam Lobeckius utitur ex logistoricis (ed. Bipont. p. 318) ‘caelum est testa, item uitellum terra, inter illa duo humor quasi in sinum clusus aëri in quo calor’ (emendauit locum Krahnerus de phil. Varronis p. 18) Varronem Orphica adtigisse mihi probat comparatus scilicet cum Senecae de Varrone testimonio (fragm. Bip. ib.) ‘quo modo potest mundus esse ut ait Varro sine capite sine praeputio’; haec enim aliter explicari plane nequeunt quam ut Varronem putes Orphicam de macrocosmo quem

uocant doctrinam uellicasse, de quo rursus ad Lobeckium (II p. 911 sq.) prouoco. praeterea de microcosmo et macrocosmo cf. copiosissima Lipsii disputatio physiologiae Stoicorum, l. III diss. II. in hac igitur Orphicorum sententia Varro quem Stoicorum praecepta multis in rebus uehementer probasse aliquot exemplis antea declaraui offendisse uidetur hylozoismum inficete peruerti ratus tali singularum mundi partium cum singulis Dei membris comparatione instituta, insulseque quae Orphici excogitauerant irridebat. Varronem igitur cum Orphica etiam tradidisse ueri uideatur simillimum quidni coniciamus Martianum ex eo desumpsisse quae apertissime Orphicorum praecepta sapiant?

Tum quod p. 21, 10 Saturnus cum Vesta consociatur recte Vestam saepe idem significare quod Terra Koppius adnotauit; poterat Varronis afferre auctoritatem ex Aug. de ciu. dei VII 24 'Tellurem inquit putant esse .... Vestam quod uestiatur herbis.' cf. quae Franckenus adnotauit p. 107.

Deinde p. 22, 20 Sol in deorum senatum ingressus quibus uerbis describitur ea cum Macrobii Sat. I 18 de eadem notatione comparata 'hae autem aetatum diuersitates ad solem referuntur ut paruulus uideatur hiemali solstitio qualem Aegyptii proferunt ex adyto die certa quod tunc breuissimo die ueluti paruus et infans uideatur: exinde autem procedentibus augmentis aequinoctio uernali similiter atque adulescentis adipiscitur uires figuraque iuuenis ornatur: postea statuitur eius aetas plenissima effigie barbae solstitio aestiuo; quo tempore summum sui consequitur augmentum. exinde per diminutiones dierum ueluti senescenti quarta forma deus figuratur' comparata cum hoc loco inquam unum fuisse fontem docebunt ex

quo Macrobius et Martianus hauserunt, hoc est Varronem, quippe quem alio etiam capituli huius loco Macrobius diserte laudauerit tum omnem dubitationem ni fallor tollet Varronis — ei enim rectissime Franckenus p. 86 uindicauit — fragmentum (Aug. de ciu. dei VII 16) hoc 'Apollinem quamuis diuinatorem et medicum uelint' tamen ut in aliqua parte mundi statuerent ipsum etiam solem esse dixerunt; Dianamque germanam eius similiter lunam et uiarum praesidem. unde et uirginem uolunt, quod uia nihil pariat et ideo ambos sagittas habere quod ipsa duo sidera de caelo radios terras usque pertendant.' quae enim Macrobius cap. 18 disputauit tam arte cum hac a Varrone ut uidetur fusius explicata Solis uel Apollinis natura cohaerent ut quin Macrobius alia etiam omnia haec a Varrone mutuatus sit nullus dubitem. — itaque ne *Nortiam* quidem (p. 24, 12) ex Etrusca disciplina huc accitam (cf. Muell. Etr. II 54 sq.) alii puto noster debuit quam ipsi Varroni.

Deinde memorabile est Martianum de Harpocrate ea posuisse (p. 24, 28) quae ad uerbum fere cum Varronis ab Augustino seruatis uerbis congruunt 'uerum quidam redimitus puer ad os conpresso digito salutari silentium conmonebat'. Aug. de ciu. dei XVIII 5: 'in omnibus templis . . erat etiam simulacrum quod digito labiis inpresso admonere uideretur ut silentium fieret; hoc significare idem Varro existimat ut homines eos fuisse taceretur.'

Contra *genium Iouialem* ex intima Etrusca disciplina petitum (uid. p. XXXX et Muell. Etr. II 88) uereor ne suo periculo Martianus miri istius carminis hoc uersiculo (p. 25, 24) Mercurium interpretatus sit. quamquam per se non ueri dissimile est Varronem in similia incidisse: in eis quae de Varronis doctrina tradita sunt nihil inueni

quod huc faciat; sed in tanto naufragio has etiam tabulas periisse quis miretur?

Ad extremum p. 26, 20 de hominibus eximiis in deorum numerum referendis quae leguntur bene iam Cuperus contulit cum Cicerone de nat. de. I 15, 38. Martianus autem qui eandem rem attigit p. 18, 28, similia puto apud Varronem legerat, qui quam nude et exiliter homines in deorum coetum aggregatos enumerauerit discimus cum ex aliis ab Augustino seruatis fragmentis tum ex l. de ciu. d. XVIII 19 et 21.

In secundo libro p. 28, 12—32 quae leguntur ineptiae cuinam Martianus inuiderit haud profecto multum interest quamquam ne ab his quidem Varro uidetur inmunis fuisse utpote qui *nouenariae regulae* (u. Koppius ad p. 144) mentionem inicere non dedignatus sit. — dein quae p. 29, 1—25 reconditae sapientiae documenta posuit perpendenda erunt ubi de similibus septimi libri arcanis dicemus. quae secuntur ni fallor Martianus — certe magnam partem — ipse excogitauit. similiter statuendum erit de miserrimis illis facetiis p. 39, 8 — 40, 10.

Deinde p. 40, 16—24 Philologia ouum exsorbillat inmortalitatem adeptura, qua in re Martianus iterum ad Orphicum illud ouum remotiore similitudine respexisse uidetur quamquam notum est initiatos ouis uesci uel noluisse uel uetitos fuisse.

De Vedio cum uxore a Philologia non conspectis (p. 41, 6) satis esset laudare Muellerum (Etr. II 92[42] et 59 sq.) et Gerhardum (p. 27[42]) et Klausenum (Aeneas p. 1086 sq.) — cuius tamen disputatio Muelleri sententiam minime refutat, Vedium illum Etrusci dei Latinum nomen esse iudicantis quoniam Martianus nisi apud auctorem suum Vedium Etruscorum fuisse inuenisset, non ad-

posuisset *sicut suadebat Etruria* —, nisi obloquendum uideretur Koppio Arnobii locum (II 62) a Martiano exscriptum fuisse rato. in Arnobii enim loco de Vedio ne uerbum quidem legitur, tamen cum tota res prope accedat ad ea quae Martianus innuit manifestum est et Arnobium et Martianum ex alio aliquo auctore hausisse. in eis quae proxime secuntur *Phasi senis* manifesto corruptum est; sed certa emendatio nulla in promptu est.

Tum quae p. 42, 6 Philologia docte Iunonis nomina enumerat ea omnia Varronem suppeditasae ueri simile fit ex Varronis quae Augustinus seruauit fragmentis. nam de ciu. dei VII 3 'omnium purgandorum et pariendorum Iunonem et ideo eam non deesse purgationibus feminarum et partubus hominum.' 'Iuno selecta et regina Iouisque soror et coniunx, haec tamen *Interduca* est pueris et opus facit eum deabus ignobilissimis *Abeona* et *Adeona.*' 'ponitur autem Iuno quia *Interduca* est et *Domiduca* quasi..' ctt. ceterum in Martiani uerbis nihil erat cur Koppius de *Cinxiam* scribendo dubitaret: rem expediuit dudum quem Koppius non inspexit Brissonius de ritu nuptiarum p. 43 sq. (ed. Amstelod. 1662).

De loco grauissimo qui est p. 42, 27 — 45, 30 rectissime iudicauit Krahnerus (de Varr. phil. p. 24) 'quae omnia (scil. § 140 sq.) Varroniana esse contentione instituta cum Tertulliani et Augustini notationibus intellegentes facile perspicient.' addit de Semonibus patrum locos simillimos: etiam doctrinam de Tagete Varroni adiudicandam esse censet. quin etiam in Varronianae doctrinae reliquiis ni fallor ea leguntur quae haec ex Varrone omnia transscripta esse disertissime probant. nimirum quem locum antea adscripsi (p. XXXIII) is sane aliquanto differt a

Martiani caeli partitione; tamen tota Augustinei loci indoles docet Augustinum generatim modo minimeque accurate Varronis uerba attulisse, ut si ad summam quae inter Augusinum Martianumque hac in re intercedit similitudinem attenderis, haud infitiere omnibus confidenter ut Varronianis uti licere quae in hac caeli partitione commemorantur. similiter Varronem de Sibyllis egisse libro IIII rerum diuinarum constat, (Merkelius p. CXVI sq. Franckenus p. 144 sq.) quem et ipsum decem enumerasse ex Lactantio a Koppio laudato (I 6) perspicitur. itaque quod Martianus (p. 44, 20) *quas non decem ut asserunt sed duas fuisse non nescis* Iunonem dicere fingit, putandus est aut Martianus praeter Varronem ad alius cuiusdam auctoritatem hac in re respexisse aut, quod ueri similius est, Varro hunc numerum alio loco ad duas principales redegisse. similiter quae p. 47, 24 profertur *heroum* etymologia ad Varronem referenda erit. in eis quae de *manibus* secuntur O. Muellerus (II 93) antiquae doctrinae tenorem rectissime sibi inuenisse uidebatur, quae nos plane non dubitamus quin Varronis fuerit.

Deinde quae p. 46, 9 lunae legitur descriptio *globosum quoddam tenerumque corpus ex superni roris leuitate compactum,* admodum memorabilis est et doctrinae alicuius cum uno alio testimonio solum uestigium, quae ab aliis omnibus de hisce rebus excogitatis longe recedit. nam quod Koppius physicos ad Macrobium prouocans (somn. Scip. 1, 11 et 19) lunam *aetheream terram* dixisse monet hac re nostrum locum explicari ratus mihi quidem errasse uidetur. quos enim Macrobius *physicos* appellat Orphici potius sunt, qui tamen non putauere lunam corpus quoddam *aethereum* sed potius corpus caeleste ad terrae similitudinem conformatum, quod

quidem in aethere positum sit. hoc apparet cum ex uniuersa Lobeckii (Aglaoph. I p. 499 sq.) disputatione tum ex hisce Orphicis uersiculis (apud Proclum, III 154 IV 283) ab eo laudatis

μήcατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείριτον ἥν τε cελήνην
ἀθάνατοι κλήζουcιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην,
ἣ πόλλ' οὔρε' ἔχει πόλλ' ἄcτεα πολλὰ μέλαθρα.

itaque haec semouenda sunt. sed Fulgentius (myth. II extr. Stauereni p. 700 sq.) de luna haec habet 'siue pastorem Endymionem amasse fertur quod nocturni roris humor quem *aporria* siderum atque ipsius lunae animandis herbarum succis insudat pastoralibus prosit successibus.' Munckerus haec adnotat 'scribe *quem* ἀπόρροια *siderum atque ipsius Lunae* ctt.; .. ob hanc ergo aporroeam *conflua* Luna dicitur in fragm.... quod Fulgentio adscribitur in Pithoei catalectis.' itaque haec per se uix intelligi possunt nisi accito nostro Martiani loco, ex quo patet fuisse quosdam qui sidera ipsa nihil putauerint quam corpora ex rore et humore confecta. ab his sane corporibus defluere potuit ros dicique hoc sensu potuit luna *roriflua*. aliter enim quo modo ex eis corporibus quae Orphici aliique sidera esse putabant aliquid humoris defluere potuerit non assequor. conferendi sunt auctor peruig. Ven. 20 '*humor ille quem serenis astra rorant noctibus*' quem imitatus est Fulgentius p. 11 (Munckeri) '*humor algens quem serenis astra sudant noctibus*' et cum hac re cohaeret quod luna a magis spumare iuberi dicitur. rursum dicuntur sidera rore et uaporibus terrenis ali cf. Seruius ad Verg. Aen. I 607. uid. etiam Salmasius exerc. Plin. p. 773 A (ed. 1689). praeterea haud scio an eandem illam de qua antea dixi rem innuerit Seru. ad Verg. Georg. 3, 391 'mutat fabulam. nam non Pan sed Endymion

amasse dicitur Lunam, qui spretus pauit pecora candidissima et sic eam in suos illexit amplexus: *cuius rei mysticae* (Burmannus recte *mystici*) *uolunt quandam secretam esse rationem.*

In sequentibus Koppius (p. 46, 20 sq.) iure uidetur Facundiam Mercurio ab Etruscis in matrimonium datam miratus esse. sed quam Gerhardus allegoricam deam et (ut uidetur significare) a Martiano fictam censet (p. 20[7]) eam haud ueri simile duco hunc hominem suo sibi periculo fabricasse cum praesertim nominatim ad Etruscos prouocet. sed unum accedit quo ni fallor manifestissimum fit hanc fuisse aliquo modo cum Mercurio copulatam. nimirum Martianus si finxerat Philologiam Mercurii coniugem, nulla caussa erat addere aliam deam antea Mercurio iunctam: contra si alia iam erat Mercurio iuncta necessarium erat hanc rem excusare. itaque Varronem quem procul dubio etiam hac in re secutus est puto Etruscam aliquam deam cum Mercurio antiquitus iunctam Latine uertisse.

Quae p. 47, 1—10 leguntur quid significent indagandum hominibus qui rerum Aegyptiarum gnari sunt relinquo. sed in toto illo caelesti itinere (46, 3 — 51, 7) singula quoad fieri potuit diligentissime Koppius explicauit. de carmine autem quod p. 48, 6 sq. legitur cf. Lobeckius Aglaoph. p. 464; neque dissimile theocrasiae exemplum est hymnus in Attin, quem restituit G. Hermannus (Comment. acad. Lips. 1849 p. 1 sq.)

Quae Martianus tertio libro exposuit, quod interdum Koppius loquitur, quasi Martianus excerpsisset Priscianum (p. 286 ed. Kopp.) uel alium eorum qui aetatem tulerunt, falli uidetur: sed de difficilima de auctoribus ab illis Grammaticis adhibitis quaestione alii sequantur Lach-

mannum comment. de Dositheo p. 6 *dass eine Grammatik mit der bestimmten Jahreszahl* 207 *n. Chr. so oft wörtlich mit Charisius und Diomedes . . . übereinstimmt, ist nicht minder merkwürdig . . .'* cf. Böckingius praefat. ad Dosith. p. VIIII—XIIII. itaque dicere non ausim quem noster secutus sit quamquam ne hic quidem Varronianae doctrinae uestigia desunt. nam quod Ritschelius (de Varr. disc. libris p. 7) ex Cassiodorio de orthogr. p. 2286 P. adfert Varronem *h* et *x* litteras esse negasse, eadem leguntur apud Martianum: 61, 3 et 63, 8, neque aliter sensisse eum de *h* documento est p. 62, 4 ubi uid. Koppius: et in primis p. 63, 7 . . . *H aspirationi dabitur.*

Simile est quod Pompeius comment. artis Donati p. 233 Lindem. haec habet 'ille' (nimirum Varro) 'dicit: *lac* non debemus dicere sed *lact'* Martianus eadem fere profert p. 62, 25.

Quarto libro ex personatae Dialecticae uerbis quae leguntur p. 101, 10 sequi uidetur Varronem ex Aristotelis praeceptis suam conflauisse dialecticam, eamque dein rursum Martianum si modo ipsi fides esset in breuiorem formam contraxisse. sed ueri similius puto apud posteriorem aliquem scriptorem Martianum illam Varronis laudationem inuenisse eumque in suum usum conuertisse.

Quinto libro Halmii adnotationem, qua Aquilae a Martiano excerpti Ciceronisque locos accuratissime indicauit summa eius uiri liberalitate repetere licuit, ad sextum ex Luedeckii de eo libro dissertatione (Gottingae 1862) et Mommseni notationibus Solino additis Plinii et Solini locos repetiui, cuius libri partem extremam Euclidi deberi Boettgerus (quem laudaui p. XIII) animaduertit, quamquam haud improbabile uidetur non ipsum Euclidem sed Latinum aliquem eius interpretem a Martiano inspectum esse, cum

ordo rerum apud Eucliden alius atque apud nostrum sit. quem Varronem non fuisse ex Gellii uerbis sequi uidetur 'linea est' inquit (M. Varro) 'longitudo quaedam sine latitudine et altitudine.' Euclides autem breuius praetermissa altitudine γραμμὴ inquit est μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno Latino uerbo non queas, nisi audeas dicere illatabile.' alia sunt Martiani p. 246, 29.

Contra si coniecturae fides quaecunque libro septimo Martianus posuit apertissima uestigia docent Varroniana esse tantum non omnia. ueluti quae in monadis descriptione de Ioue dicuntur a Varrone uidetur mutuatus esse. cum eis enim quae p. 257, 26 sq. leguntur apte comparabuntur quae Varronem in Curione exposuisse Augustinus refert (de ciu. dei, VII, 9. Krahnerus, Varronis Curio p. 1. Bernhardyus, litt. Lat. p. 763, Ritschelius de Varr. logistor p. IIII) 'in hanc sententiam etiam quosdam uersus Valerii Sorani exponit idem Varro in eo libro, quem seorsum ab istis' (libris Antiq. rerum diu.) 'de cultu deorum scripsit qui uersus hi sunt:

> Iuppiter omnipotens regum *rex ipse deusque*
> progenitor genetrixque deum, deus unus et omnis.

exponuntur autem in eodem libro ita ut eum marem existimarent qui semen emitteret feminam quae acciperet; Iouemque esse mundum et eum omnia semina ex se emittere et in se recipere, qua caussa, inquit, scripsit Soranus, Iuppiter progenitor genetrixque nec minus cum caussa unum et idem omnia esse; mundus enim unus et in eo uno omnia sunt.' ad eundem iam Augustini locum glossa cod. Monacensis E respicit in qua Sorani uersus (ita recte emendauit Krahnerus p. 22) commemoratur. ceterum ueri simile est Varronem in libro disciplinarum eo qui erat

de arithmetica haec omnia adcuratius tractasse quae in logistorico illo tetigerat.

Deinde inter ea quae de heptade Martianus docuit p. 262, 7 sq. leguntur, quae de partu hominum p. 263, 6 habet, Grotius cum Gellii (III, 10) loco comparauit, cuius uniuersum caput ex Varronis excerptum esse isagogico hebdomadum libro septenarii numeri praestantiam enarratam et 'bis septem coryphaeorum imagines' descriptas conplexo docuerunt L. Mercklinus (animaduers. de Varron. hebdomadibus, Dorpati 1857) et F. Ritschelius (epimetr. disput. de M. Varr. hebdom. libris Bonnae 1858. coll. eod. mus. Rhenani VI p. 513 sq. et ind. schol. Bonn. hib. 1856—57, p. 4). igitur Grotius Gellii haec uerba laudauit 'illam quoque uim huius numeri obseruatam refert quod ante mensem septimum neque masculus neque femina salubriter ac secundum naturam nasci potest.' deinde cum Martianus dicat 'dehinc paruulis mense septimo dentes emergunt, ac septimo anno mutantur; item secunda hebdomas pubertatem mouet gignendique possibilitatem' Gellii Varroniana arte congruunt haec 'dentes quoque et in septem mensibus primis et septenos ex utraque parte gigni ait'. quae secuntur ut et ipsa congruant palmari emendatione effecit F. Astius (animadu. ad theologumena Arithmet. p. 183) Gellii locum sic restituens: 'et *inguina* adnasci annis fere bis septenis'. — tum si Varro apud Gellium haec dicit 'praeterea scribit lunae curriculum confici integris quater septenis diebus. nam die duodetricesimo luna, inquit, ex quo uestigio profecta est, eodem redit: auctoremque opinionis huius Aristidem esse Samium, in qua re non id solum animaduerti debere dicit, quod quater septenis id est octo et uiginti diebus conficeret iter luna suum, sed quod *is numerus* septenarius, si

ab uno profectus dum ad semet ipsum progreditur, *omnes per quos progressus est numeros comprehendat, ipsumque se addat, facit numerum octo et uiginti, quot dies sunt curriculi lunaris'* patet partem horum Martianum ita expressisse 'hic numerus lunae cursum significat; nam *unum duo tria quattuor quinque sex septem uiginti octo faciunt'* (p. 262, 22 sq.) — quae cum ita sese habeant meo mihi iure suspicari uideor omnia quotquot de septenario numero Marcianus posuit, e Varrone eum petiisse.

Sed in uniuersum postquam in duorum eorumque ex ueterum sententia grauissimorum numerorum descriptione et explicatione Varronem Martiani auctorem fuisse demonstratum est, non temere nobis conicere uidemur quicquid in libro VII Martianus posuit ex Varrone desumptum esse. singula quaeque Koppius diligenter cum theologumenis Arithmeticae comparauit, ex quibus tamen Martianus non hausisse uidetur. potest etiam in usum uocari Macrobius, qui quae de uirtutibus numerorum habet Varroniana aut omnia aut pleraque esse coniciam. neque dissimiliter de Censorini de die nat. cap. 14 iudicaueris, qui cum Varrone aliquotiens nominatim (ueluti p. 34, 16 Iahn.) utitur tum non desunt quae aperte Varroni debuit, ueluti p. 36, 12 'praeterea multa sunt de his hebdomadibus quae medici ac philosophi libris mandauerunt, unde apparet ut *in morbis dies septimi suspecti sunt ac crisimoe dicuntur,* ita . . .' conferes cum Gellii (III 10) Varrone 'discrimina etiam periculorum in morbis maiore ui fieri putant in diebus qui *conficiuntur ex numero septenario eosque dies omnium maxime* ita ut medici adpellant κριτικοὺς ἢ κριςίμους cuique uideri, primam hebdomadam et secundam et tertiam.' neque puto quae Censorinus ex Solone (fragm. 27, Bergk p. 346) laudauit p. 35, 9 sq.,

ipsum eum ex Solone desumpsisse sed potius Varroni debuisse. sed totum capitulum Varronis doctrinam sapere mihi uidetur. uidentur etiam quae inde a p. 371, 3 (Jahn.) leguntur Varroni debere, cuius de nouenarii numeri uirtutibus expositionis aliud documentum seruauit Arnobius III 38.

De libro octauo hoc est Delambri iudicium uol. I p. 313: *Martianus C. paraît un compilateur maladroit qui n'a pas assez de critique pour choisir entre les auteurs qu'il aurait à copier. Il parle d'Eratosthène d'Hipparque et de Ptolémée probablement sans les avoir lus ou il en avait au moins peu profité; il n'était pas au niveau de son siècle ou son siècle était descendu au dessous des siècles précédens, ou plutôt ce qui est plus vraisemblable les travaux d'Hipparque et de Ptolémée étaient restés renfermés dans les écoles de Rhodes et d'Alexandrie, ou même ces grands astronomes n'ont pas eu de dignes successeurs. J'ai copié ce que Martianus offre je ne dirai pas de bon mais de singulier; il n'a de bon que deux ou trois lignes sur Mercure et Venus et nous en avions déjà vu l'équivalent à peu près dans Cicéron et dans Macrobe.'*

Sed de auctore a Martiano his in rebus adhibito haec habet Ritschelius (de Varr. disc. libris p. 10) 'eam autem inquit 'uocabuli notationem et Isidorus suscepit III c. 59 et 60 et uero Marcianus quoque VIII p. 275 ima (p. 643 § 817 Kopp.) et is quidem *quendam Romanorum* antestans *non per omnia ignarum sibi:* quem nemo non uidet ipsum Varronem dici. Quo Marciani de se ipso testimonio profecto non mediocris fides ei coniecturae additur qua illum Varrone aliqua ex parte usum esse iam supra significabamus.' praeterea Krahnerus (de phil. Varr. p. 18

ima seq.) rectissime quae Varroni verba ex Cassiodorio de art. et disc. c. 6 p. 560b) reddidit Ritschelius (de Varr. disc. libr. p. 8) ea comparauit cum Martiani § 849, ita ut duobus huius libri locis Varronianae doctrinae uestigia deprehendamus.

Sed his accedunt ni fallor alia. nempe p. 303, 9 quae de sphaera κρικωτῇ Martianus exposuit nullus dubito quin ex Varrone petierit propter hunc Gellii locum (III, 10) 'circulos quoque ait in caelo circum longitudinem axis septem esse, e quibus duos minimos qui axem extimum tangunt πόλους' ctt. qua de re certius esset iudicium si Varronis eum librum haberemus in quo data opera Astronomiam tractauit: nam Gellius sua ex isagogico Hebdomadum libro (cf. antea) excerpsit. Martianum igitur cum totum quasi instrumentum institutionis astronomicae, — fingitur enim Astronomia deorum coetum ingressa manu sphaeram illam aeneam gestans — a Varrone mutuatus esse uideatur, nonne ueri simile est in ceteris quoque eius doctrinam secutum esse? praesertim cum statim ea quae secuntur Varroniana sint apertissime. nam (p. 303, 24 in.) stellae etymologiam iam dixi homines doctos Varroni allegasse; quod autem *sidera a considendo* deducit itidem Varronem expressit: cf. de l. Lat. VII p. 300 sq. *sidera quae insidunt.*

Verum perquam memorabilis est locus qui proxime antecedit excusationem illam de sphaera artificiosa parum adcurate ad mundi exemplum fabricata p. 302, 11 sq. qui cum artissime cohaereat cum expositione sphaerae non temere etiam haec ex Varrone petita esse coniecisse mihi uideor. et prima quidem 'mundus igitur' usque ad uerba 'aeternis caeli raptibus' uidentur Stoica esse comparato Diogene L. VII, 1, 69, 137: τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι

ὁμοῦ τὴν ἄποιον οὐσίαν ...... ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν. quae autem secuntur 'quamquam auscultare' usque ad uerba 'disparari', (u. 19) eis si modo tenuem quae in his tenebris fulget lucem recte distinguo, Epicuri de atomis doctrinam reicit. quae deinde secuntur Koppius recte ni fallor ad Aristotelis doctrinam reuocauit. quae post ea leguntur 'quarum circa medium' usque ad p. 303, 3 'ἄναστρος perhibetur' quamquam mirifica ista Martiani elegantia ita comparata ut uix intellegantur tamen neque ex Stoicorum disciplina sunt neque uere Aristotelis, qui quattuor tantum elementa habet. at posteriores aethera Aristotelium pro elemento habuerunt, uelut auctor libelli περὶ κόσμου qui p. 392 b 35 Bekk. πέντε δὴ inquit στοιχεῖα ταῦτα ἐν πέντε χώραις σφαιρικῶς ἐγκείμενα περιεχομένης ἀεὶ τῆς ἐλάττονος μείζονι (λέγω δὲ γῆς μὲν ἐν ὕδατι, ὕδατος δὲ ἐν ἀέρι, ἀέρος δὲ ἐν πυρὶ, πυρὸς δὲ ἐν αἰθέρι) τὸν ὅλον κόσμον συνεστήσατο. uides haec plane cum nostro loco conuenire ut suspitio oriatur istius libelli auctorem magnam sapientiae partem ex Varronis horreis deprompsisse. perspicuo autem exempla opinor ex hoc Martiani loco cognoscitur quo modo Varro (cf. Krahnerus ad Varr. phil. p. 4) philosophorum placita quamuis discrepantia in unum conflauerit.

De libro nono Meibomius praef. uol. II musicorum haec habet 'celebritatem huius Aristidis unus ex antiquitate adserit Martianus Capella qui Harmonica sua et Rhythmica (ut primi obseruauimus) ex illo in Latinum sermonem transtulit. Quam feliciter in notis nostris interdum ostensum. certe non ubique Aristidis mentem adsecutum esse lector eruditus conspiciet', et similiter Boeckhius de metris Pindari p. 22[14] 'Aristidem in hoc ut in ceteris compilauit Marcianus Capella'.

Superest ut quantum alii operam nostram misello huic nauatam adiuuerint grato animo testemur. nam Mauricius Hauptius aliquot locos egregie emendauit, amici exules inspectis codicibus eximie nobis gratificati sunt, Rudolphus Hercherus aliquot plagulas accurate perlegit.

Scripsi Berolini Kal. Nouembribus a. MDCCCLXV.

PRAEFATIO

IN SCHOLIA AD CAESARIS GERMANICI ARATEA

Scholia in Arati Phaenomenon interpretem Latinum Capellae adiunxi propter argumenti cum Martiani rebus mythologicis similitudinem et ita quidem conformata ut huc usque plena nondum innotuerunt, descripta scilicet ex codicibus Puteaneo et Basileensi, de quibus dixit M. Hertzius in relationibus menstruis de consessibus academiae Berolinensis anni 1847 p. 3.19. Basileensis codicis apographum a Rothio factum accepi ab A d o l p h o K i e s s l i n g i o, cuius tam prona in me fuit uoluntas ut huius editionis plagulas rursum cum codice ipso accuratissime conferret. Puteanei codicis apographum D. Heinsii manu scriptum et in bibliotheca regia Berolinensi seruatum (mss. Diez. 4. 133) ipse descripsi et ab A n d r e a L a u b m a n n o Monacensi pro sua erga me amicitia impetraui ut cum codice Puteaneo religiosissime conferret. de his igitur codicibus haec fere homines illi egregii retulerunt.

Codex P u t e a n e u s n. 7886 constat foliis formae quadratae triginta sex. paginae bipartitae sunt. scriptus est saeculo nono aut decimo. insunt haec

Claudii Caesaris Arati Phoenomena Ab Ioue principium cett.

Fol. 11^v extrema uerba sunt *circuli albi species.*

Fol. 12 incipit *Aurigae plantaq. terit ꝑsida lęuam.*

Fol. 14^r incipit *Non frustrotum animum certo melit mite durit Haec eadem tibi signa dabunt non inrita pisces.*

Claudii Caesaris Arati phomena epł. Arati genus Bis sena mensum uertigine uoluitur annis Septimanis decies cett.

Secuntur uersiculi XVII quorum extremus

Per nonasidus decurrens atq. calendas.

Gens Bragmanna quidem cett.

Secuntur sex uersiculi; deinde

Alexandri regis Macedonum et Dindimi regis Bracmanorum de philosophia per litteras facta conlatio.

Saepe ad aures meas fando peruenit cett.

Fol. 14^v continet responsum Dindimi.

Fol. 15^r incipit *Arati ea quae uidentur Ostensionem quoque de quibus uidentur oportet fieri Ad austrum ex aduerso habens septemtrionem* cett.

Fol. 18^r *Arati genus*

Aratus patris quidem est Athinodori cett.

Fol. 19 *Incipit*

Praeclara ostensio sacri uoluminis Nam quae cum mihi caelestem propinaret cett.

Fol. 20^v *expł*

Incipit

Ab ioue incipimus quem umquam uiri relinquimus. Archanum quippe est iouis omnis terra omnem q. hominum forum cett.

Extrema uerba sunt fol. 36^r: *in annum umquam reliquimus continentem in cęlos signem.*

Arati quę uidentur.

Primus romanas ordiris iane kalendas Febroa uicino mense Numa instituit cett.

Secuntur duodecim de mensibus uersiculi:

Iterũ uerſ̃ de ñ dierũ singulorũ mensium

Dira patet iani romanis ianua bellis

Vota deo diti febroa mensis habet cett.

Fol. 36v *Tetrasticon autenticũ de singulis mensibus Hic iani mensis sacer est* cett.

Vniuersus codex ab eadem manu scriptus est praeter ea quae tetrastichon de Iulio mense secuntur: haec enim manus recentissima addidit.

Codex Basileensis saeculi noni hodie signatur A. N. IV, 18. in ligatura haec leguntur

liber astronomie claudii cesaris XL VI. OR.

praeterea index uoluminis litteris uncialibus saeculo VIII aut VIIII scriptus

ENIGMATA AVIENI ET LIB ARATI ‖ ONOM

extrema uerba haec sunt

CLAVDI CAESARIS:

ARATIPHENOMENA·

(EXPLICIT FELĪCITER

DŌ GRA TI AS)

ubi quae uncis inclusi in rasura posita sunt. secuntur haec saeculo aut XII aut XIII scripta

honorabili dn̄o ac paī suo Ꝗ. dī grā

fulē ·eccle abbi h· decanus· totusq· eiusdm cecle

guent patam ac duotam obediencīā·

Conflatus est codex hac ratione I) senio. II) quaternio. III) ternio a librario II signatus. IIII) senio signatus III. V)

senio signatus IIII. VI) quaternio. non nulla folia librarius resecuit ut hodie quadraginta quinque supersint. insunt haec:

I) 1r uacat Iv imaginem caeli exhibet

2r ALIADESCRIPTIO PRAEFATIOUIS

subtus terra' cett.

3v OSTENSIONEM QUOQUE DE QUIBUS UIDENTUR OPORTET FIERI (haec miniata sunt)

7v desinit in media pagina his uerbis *simili modo in ipsum suggemut*

8r INUOLUTIO SPHERAE

hic est stellarum' cett.

9v desinit ita *indicant circulorum*

10 resectum est 11 uacat 12 resectum est.

II) Fol. 1 resectum est

Fol. 2 ABIOUE PRINCIPIUM — numenque secundes' sequitur scholium 'Quaeitur qua re — sed etiam deorum' in medio fol. 2v

Fol. 2v med. — 3r extr. uacat

Fol. 3v 'Caetera quae toto' cett. — cardine uertit'

Fol. 4r 'sidoniamque ratem — finibus axem' 'hanc hesidiosus dicit' cett. cetera uno tenore secuntur resectis tamen

foliis 3. 5. 9. 11 ordinis IIII)

In ordine VI) uacant fol. 3r med. *circulis albis species* usque ad extremum et folii 3v extrema pars a uerbis *circuli albi species* usque ad fol. 4r med. ubi haec secuntur AURIQE PLANTAMQ. et folii 5r extrema pars post uerba *bisseni lucidas ignis*

Vniuersus codex ab eodem homine exaratus est praeter primum scholium cuius uerba *herodotus Iouem dictum aera* usque ad (p. 379, 19) *cum eā arcas filius* aliam manum ostendunt.

Duobus hisce codicibus genuina scholiorum conformatio continetur. sed praeterea medio aeuo interpolata circumferebantur codicibus non nullis, de quibus dixit Breysigius (de P. Nigidii F. fragmentis apud scholiasten Germanici seruatis Berolini 1854, p. 7). ex tali aliquo codice Aldus a. 1499 scholia edidit eaque forma usque ad Buhlium et Lemairium, qui postremi ea ediderunt, occupauit quamquam tertia fere parte minor et incredibilem in modum et corrupta et interpolata. tamen fieri non potuit quin aliquot loci recte emendarentur. itaque satis habui codicem Vrbinatem 1358 saec. XV scriptum et a Wolgango Helbigio in Kiesslingii usum cum exemplo Lemairiano collatum, ibi laudare ubi aliquam codicum BP deprauationem sublatam inueni. praeterea interpolati codices Vrbinas et Strozzianus (de quo uid. Breysigius l. l.) continent scholia in Prognostica ex Plinio conflata, quae in BP non leguntur. ea cum Breysigius nuper bene ediderit, (progr. Posnaniense 1865) hic omittenda erant. omisi etiam codicum BP *aliam descriptionem praefationis* (uide p. LXIII) quae scholia excipit multo recentiore aetate ex Graecis de astronomia scriptoribus confectam. unum restat quod moneam scholiorum recensionem absolutam fuisse cum Breysigii emendationum (progr. Posnaniense 1865) libellus prodiit ut facile uenia neglegentiae concedatur sicubi meum *scripsi* cum illius nomine mutare oblitus sum. lectionis uarietatem ex BP plenam adscripsi praeterquam quod *quattuor duo,* similia non notaui in altero codice scribi, si ex altero receperam IIII, II.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Bambergensem cum iterum acceperim, hisce locis falsa me de eo retulisse inuenio: 2, 9 *satura comminiscens* B *satyra comminitans* b || 3, 3 *permulsa* B || 3, 16 *clamidaque* (*chlamida* retinere debebam) B *chlamideque* b || 6, 8 *regum* b || 6, 13 *motus* B || 11, 1 *cyllenius* B || 12, 1 *phoebeo* B || 138 INCIPIT RHETORICA LIBER V FELICITER inscr. in B || 140, 21 *graecos* RB[1] || 153, 28 *repperiri* B *repperire* b || 155, 22 *tunc collatione* BR || 156, 21 *repperitur* BR || 180, 16 *antizeumenon* B || 256, 3 *feralis**cura* B || 277, 18 *minimas* B || 286, 15 qđ · cc · * c · B || 342, 22 *uocabula* B

Operarum errores notaui hosce. excudendum erat in contextu uerborum p. 3, 28 *Pronoeae* || 4, 25 *duceret* || 6, 7 *immi-⟩net* || 27, 17 *Fama* || 42, 17 ⟨*nuncupatam* || 66, 21 *Catulo* || 71, 13 *terminatus* || 17, 2 *togo* || 192, 3 *si hoc augeat* || 200, 9 *Trogodytas* || 231, 1 *Diarrhyto* || 246, 27 ἐπιφάνεια || 367, 23 *diplasium*

et in adnotatione p. 2, 18 *maeoni* B[1] || 2, 26 *delinitum* b || 3, 28 *pronoeaes* b || ib. *maiorest* BR || 4, 1 delenda: '1 consecuta B' || 4, 17 scribendum *insopibilis* BD || 5, 17 *prosicis* b || 45, 25 *Fontes* Grotius *fones* BD || 49, 11 'τphongio' R || 154, 10 '*post* muros *add.* muros *b*' || 180, 20 *sordida turpi ratione* b || 267, 22 delendum 'reccidunt *B*[1]' || 249 scribendum '2 τμηματικός' || 315, 19 'aratus *add. b*' || 336, 20 *praecinere* BR *praecipere* r

Praeterea p. 17, 27 *Nouensides* scribendum erat (Mommseni *Unterital. Dialekte* p. 342) || 23, 24 pro *miros lacertos* coni. Heinsius ad. Vergil. buc. 3, 8 *toros lacertosos* || ib. 25 idem *limis Iuno cernebat hirquis inter eos* || 25, 25 *sacer* recte habere monuit Hauptius cf. p. 194, 8 || 32, 3 frustra uitium metricum correxit Daumius ad Bernardi Geystensis Palponist. lib. II p. 194 (laudatus a Burmanno anthol. II p. 695) *greges* delens et *matutinos* legens || 40, 10 *imitus* proposuit Pontanus ad Macrobium p. 73 || 64, 14 *curuanda* Boettgerus || 160, 11 *Corneliae* glossema uidetur || 140, 21 *Regulum* recte habere

monuit Hauptius (Plin. ep. I, 5) || 201, 24 sq. ex Plinio excerpta esse uidentur (II, 112) || 213, 11 pro *fecundus* recte coni. *fetubus* Grotius || 303, 27 pro *decem* legit *undecim* Pontanus ad Macrob. p. 626 || 305, 3 uid. praef. p. XXVIII || 331 librum VIIII 'DE HARMONIA' inscribere debebam || 335, 5 *sit* etiam in R est: *sit itiner* (ut uulgo) retinere debebam || 397, 15 uid. Index sub *Asterope* || 407, 22 seq. pro *Python* scribendum *Typhon* || 415, 23 *quo* ὀπώρα [*id*] *est quo homines..* et in adnot. *quo opera id est pomatio..* C

MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE

DE NVPTIIS PHILOLOGIAE ET MERCVRII

LIBRI VIIII

B = *codex Bambergensis*

R = *codex Reichenauensis praeter locos uncinis obliquis* ⟨ ⟩ *circumscriptos collatus*

D = *codex Darmstattensis in locis uncinis obliquis* ⟨ ⟩ *circumscriptis collatus*

B^m R^m D^m = *margo codicum*

B^1 R^1 D^1 = *lectiones codicum correctura anteriores*

b r d = *lectio codicum siue ab eadem siue ab altera (uid. praef. p. XI) manu correcta*

p = *editio princeps Vicentina anni 1498*

* *significat unius litterae rasuram*

numeri in margine exteriore, quibus G additum, sunt Grotii paginarum, ceteri Koppii paragraphorum

MARTIANI CAPELLAE

LIBER I

Tu quem psallentem thalamis, quem matre Camena 1
progenitum perhibent copula sacra deum,
semina qui arcanis stringens pugnantia uinclis
complexuque sacro dissona nexa foues
(namque elementa ligas uicibus mundumque maritas
atque auram mentis corporibus socias
foedere complacito sub quo natura iugatur
sexus concilians et sub amore fidem)
o Hymenaee decens, Cypridis qui maxima cura es
hinc tibi nam flagrans ore cupido micat —
seu tibi quod Bacchus pater est placuisse choreas,
cantare ad thalamos seu genetricis habes,
comere uernificis florentia limina sertis
seu consanguineo Gratia trina dedit:
conubium diuum componens Calliopea
carminis auspicio te probat annuere.

dum crebrius istos Hymenaei uersiculos nescio quid inopinum intactumque moliens cano respersum capillis albicantibus uerticem incrementisque lustralibus decuriatum nugulas ineptas aggarrire non perferens, Martianus 2

1 *nihil inscriptum in B* INCIPIT MARTIANVS *in D* || 9 edere *B* || 11 hyminee *D* || 13 seu *om. B* || 14 canthare *BR* || 15 ere *pro* comere *B* || 19 himenei *R* || 22 ineptias R^1 || agarrirem R^1 ||

2 *G* interuenit dicens ‘quid istud mi pater quod nondum
uulgata materie cantare deproperas et ritu nictantis anti-
stitis priusquam fores aditumque reseraris ὑμνολογεῖς?
quin potius edoce quid adportes et quorsum praedicta
sonuerint reuelato’. ‘ne tu’ inquam ‘desipis admodumque
perspicui operis ἐγέρσιμον noscens creperum sapis? nec
liquet Hymenaeo praelibante disposita nuptias resultare?
si uero concepta cuius scaturriginis uena profluxerint
properus scrutator inquiris, fabellam tibi, quam Satira
comminiscens hiemali peruigilio marcescentes mecum lu-
3 cernas edocuit, ni prolixitas perculerit, explicabo. cum
inter deos fierent sacra coniugia, procreationes undique
numerosae, liberique praeclues ac nepotum dulcium aethe-
ria multitudo et inter se quodam ⟨[caelicolarum] complexu
ac foedere potirentur praesertimque potissimos conubialis
bearet adiectio idque deditum mundo loquax triuiatim dis-
sultaret humanitas poetaeque praecipue Oeagrium cithari-
stam secuti caecutientisque Maeonii suauiloquam senectu-
tem epica uulgo lyricaque pagina consonarent nec aliquid
dulcius Ioui inter aetherias uoluptates una coniuge loque-
rentur hisque accederet promptior fides, quae suadente aru-
spicio grandaeuos pontifices in testimonium conuocat, cum
quid Iuppiter hominum uotis trepida curarum ambage
suspensis multa inplacabilis hostia denegaret exorata eius
matrona prouenire, et quicquid ille ex prompta sententia
Parcarum pugillo asseruante dictauerit, delenitum suadae
4 coniugis amplexibus iussuque remouere — nec solum su-
perum regem attestabantur uxorium idque etiam Diti pro-
positum idque Portuno certumque esse Gradiuum Nerienis

---

2 ritum *R* || 3 adytumque *Grotius* || ΓΥΜΝΟΛΟΓΕΥϹΙϹ *R* ΓΥΜΝΟΛΟΓΥϹϹΕΙϹ *B* R^m *corr. Koppius* || 4 quarsum *R* || 6 pesqui *R* || ΕΓΕΡΙΜΙΟΝ *R* ΕΓΕΡΥΜΙΟΝ *B corr. Grotius* || 8 scaturricnis *R* || scaturiginis R^m || 9 *post* quam *add.* olim *p* || satyra comminitans *B* || 12 procreationis BR^1 || 14 et *copulam putans del. Koppius* || caelicolarum *deleui* || 17 eagrium *B* eyagrium *D* || cytharistam *BD* || 18 cicutientisque *D* || maeoni *B* || 19 liriquaque *D* || 21 promtior *B* || aruspitio *D* || 25 promta *B* || 26 delinitum B^1 || 27 aplexibus *D* || 28 attestabantur *scripsi* attestabatur *BD* ||

[Nerinae] coniugis amore torreri, Aesculapio quoque non dispar adfectio, similique persuasione transduci Ope coniuga [Cybeleque] permulsum maestissimum seniorem deorum, Ianusque † Argionam utraque miratur effigie. iam reginam tantum marito dependisse Memphiticam, ut obsita luctu perpetuo numquam eum⟩ contenta sit inuenire. hac igitur fama hisque deorum alternis amo- 5 *3 G*
ribus motus concitusque Cyllenius simulque quod cunctorum affectiones et thalamos, dum paret pluribus, conspicatur, uxorem ducere instituit. in quam sententiam mater illum anxia cum annua peragratione Zodiactea in Pliadum numero salutaret, impulerat praesertimque quod palaestra crebrisque discursibus exercitum corpus lacertosis in iuuenalis roboris excellentiam toris uirili quadam amplitudine renidebat. ac iam pubentes genae seminudum eum incedere chlamydeque indutum parua inuelatumque cetera humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant. rationabili igitur proposito constituit pellere caelibatum. itaque pro industriae digni- 6
tate quam conueniret accipere cunctamento longae deliberationis alternat. nam Sophiam ipse miro quidem cupiebat ardore, quod prudens sanctaque sit intemeratiorque cunctis pulchriorque uirginibus, sed quod sororis eius collactea et indiscreto amica foedere uideretur perindeque ad innubas ipsa quoque transisse, eam in Palladis iniuriam non placuit coaptari. non dispar illum formae desiderabilis grataque luculentas in Manticen quoque succenderat. nam et nobilitas generis illam, quippe Pronoae maiorem filiarum, et prouidum perspicacis prudentiae commendabat ingenium. sed ipsis diebus forte inmensi amoris

---

1 Nerinae *deleui* || 2 affectio *bD* || traduci *del.* n *D* || 3 cububaeque *D quod deleui* || permulsum *Grotius* permulsam *B* permulsa *D* || 4 Angeronam *aut* Ageroniam *Grotius* || iam *Vonckius* nam *BD* || 5 lacrimas *ante* tantum *add. p* || memphyticam *BD* || 6 non tenta sit *Vonckius* || 16 clamidaque *R* chlamideque *B* || 17 que *om. B* || 19 pellicere *R* || 20 cunctamento *Grotius* cuncta merito *BR* || 21 sophyam *R* || 26 cooptari B^1R || 27 mantichen *R* || 28 pronoaes *b* || maior est *R* || 29 praeuidum B^1R ||

inpatientia ultro iuuenem consecuta Apollini fuerat copu-
7 lata. uoluit saltem Entelechiae ac Solis filiam postulare, quod speciosa quam maxime magnaque deorum sit educata cura. nam ipsi Ψυχῇ natali die di ad conuiuium corrogati ⟨multa contulerant. Iuppiter quippe diadema, quod Aeternitati filiae honoratiori detraxerat, capiti eius apposuit. Iuno quoque ex purgatioris auri splendente uena addiderat crinibus sociale uinclum. Tritonia etiam interula resoluto ricinio strophioque flammarum instar e cocco atque ipso sacri pectoris ac prudentis amiculo uir-
4 G ginem uirgo contexit. Delius quoque ut ramale laureum gestitat, diuinatrice eadem coniecturalique uirga uolucres illi ac fulgurum iactus atque ipsius meatus caeli siderumque monstrabat. Vranie autem praenitens speculum, quod inter donaria eius adytis Sophia defixerat, quo se renoscens etiam originem uellet exquirere, clementi benignitate largita. Lemnius quoque faber illi insopibiles perennitatis igniculos, ne caligantibus tenebris nocteque caeca opprimeretur, incendit. omnes uero inlecebras circa sensus cunctos apposuit Aphrodite. nam et unguentis oblitam floribusque redimitam halatu pasci fouerique docuerat et melle permulserat et auro ac monilibus inhiare membraque uinciri honorationis celsae affectatione persuaserat. tunc⟩ crepitacula tinnitusque quis infanti somnum induceret adhibebat quiescenti. praeterea ne ullum tempus sine inlecebra oblectamentisque decurreret, pruritui subscalpentem circa ima corporis apposuerat uoluptatem. sed uehiculum ei ac uolatiles rotas quis mira posset celeritate discurrere tradiderat ipse Cyllenius, licet eam auri compedibus inligatam memoria praegrauarit. his igitur Ψυχὴν opimam superis ditemque muneribus atque multa caelestium collatione decoratam in conubium Arcas superiorum cassus optabat. sed eam Virtus ut adhaerebat

1 consecuta *B* || 2 endelichiae *BR* || 4 dii *BR* || 5 deadema *B* dyadema *b* || 9 et coco *D* || 13 fulgorum DB^1 || 14 ⁎⁎anie *B* Λnie *D* || 15 aditis *BD* || 17 insopibilis *D* || 22 munilibus *D* || 23 honorationibus *D* || 26 discurreret pluritui R^1 || 28 ueiculum *R* || 31 ditatamque *r* ||

forte Cyllenio paene lacrimans nuntiauit in potentiam pha-
retrati uolitantisque superi de sua societate correptam
captiuamque adamantinis nexibus a Cupidine detineri.
super his igitur uirginum thalamis dum eum deliberatae 8
sortis blandimenta frustrantur nec facile quaepiam prae-
terea quae congrua paritate Tonantis nurus deligeretur
occurrit, amplius deliberandum suggerit Virtus. neque
eum sine Apollinis consilio quicquam debere decernere
aut fas ab eius congressibus aberrare, cum zodiaca eum
hospitia praemetantem numquam abesse menstrua prae-
cursione permitteret. igitur constitutum ubicumque loco-
rum frater esset adiretur. ac tunc uolatilem uirgam 9 5 *G*
uti secum mundi penita permeare aetheriosque recessus
inrumpere parili celeritate posset, Virtuti demere per-
mittit. ipse pedibus talaria nectit aurea et nunc in fanis,
quibus aut uaticinia obliquis fundebantur ambagibus aut
denudata pecudum caede fissiculatis extorum prosiciis
uiscera loquebantur quibusque *solitus* sortitus excedere
⟨uel logia personare, sagaci eum inuestigatione disquirunt.
sed his adytorum fastigiis specubusque uiduatis absque 10
lauri arentis paucis admodum foliis uittisque semiuulsis,
quas in Cumano antro post Sibyllam tinearum morsus ca-
riesque carpebant, nihil eius potuit inueniri. per aerios
etiam tractus, quibus formare solitus et uolucrum diuer-
sos meatus et oscinum linguas et praepetis omina pennae,
frustra incassumque disquiritur. iam pridem quippe offen-
sus contamine monendorum dedignatur AVGVR Pythius
nuncupari. item eum in Helicona Delon Lyciamque sectan-
tur. sed alibi lauros primores arentesque ederas alibi
cariantem tripodem crepidasque situ murcidas praesagio-

1 poene *R* || potentia *B* || faretrati *BR* || 6 parilitate *R* || 8 appollinis *R* || 9 haud *b* || 12 at *r* || 14 demere *Grotius* de more *BR* || 16 anbagibus *R* || 17 denudata *cod. Hug.* denuntiata *BR* || physiculatis *B* || prosicis *B* || 18 solitus *add. Koppii* '*Monacenses*' || excidere *R* || 20 aditorum *BD* || specubus; quiduatis *D* || 21 uitisque *B* || 22 sibillam *B* || 25 omena *D* || 26 incasumque *D* || 27 phtius *D* || 28 elicona *D* || lycium-que *BD corr. Nic. Heinsius* || 29 primos *D* || 30 carientem *D* || marcidas *D* ||

11 rumque interlitam memoriam reppererunt. tandem Fama nuntiante cognoscunt quod Phoebo gaudet Parnasia rupes, licet inde quoque ad Indici montis secretum obumbratumque scopulum nube perpetua posterius migrasse perhibebant, tamen Cirrhaeos tunc recessus et sacrati specus loquacia antra conueniunt. illic autem circumstabat in ordinem quicquid inminet saeculorum, Fortunae urbium nationumque omnium regum ac totius populi. uidebantur aliae transacti cursus emensa fugientes. consistebant aliae sub conspectu adueniebantque quam plures atque ita non nullis eminus uanescebat disparata prolixitas, ut uelut fumidae caligationis incredibilis laberetur aura. inter haec mira spectacula Fortunarumque cursus motusque, nemorum etiam susurrantibus flabris canora modulatio melico quodam crepitabat appulsu. nam eminentiora prolixarum
6 G arborum culmina perindeque distenta acuto sonitu resultabant. quicquid uero terrae confine ac propinquum ramis adclinibus fuerat, grauitas rauca quatiebat. at media ratis per annexa succentibus duplis ac sesquialteris nec non etiam sesquitertiis, *sesqui*octauis etiam sine discretione iuncturis, licet interuenirent limmata, concinebant. ita fiebat ut nemus illud harmoniam totam superumque
12 carmen modulationum congruentia personaret. quod quidem exponente Cyllenio Virtus edidicit etiam in caelo orbes parili ratione aut concentus edere aut succentibus conuenire. nec mirum quod Apollinis silua ita rata modificatione congrueret, cum caeli quoque orbes idem Delius moduletur in sole hincque esse quod illic Phoebus et hic
13 uocitetur Auricomus. nam Solis augustum caput radiis perfusum circumactumque flammantibus uelut auratam caesariem rutili uerticis imitatur. hinc quoque Sagittarius hinc quoque Vulnificus, quod possit radiorum iaculis icta
14 penetrare. demonstrabat praeterea Virtuti Cyllenius amnes

2 parrasia *D* || 5 chirreos *B* chyrreos *D* || 6 ordiue *D* || 9 emensa *scripsi* emenso *BR* spatio *add. Monac. 2 et 4* || 12 laberetur *scripsi* haberetur *BR* || 16 acuta B^1 || 18 acclinibus *R* || 19 sesqualteris *R* || 20 sesquioctauis *Vossianus* octauis *BR* || 21 limata *B* || 28 ille B^1R ||

quosdam caelitus defluentes, quos transeundos esse perhibebat, ⟨ut ad deum ipsum, quem repperire curae esset, peruenirent. uerum eosdem amnes diuersicolor fluentorum discrepantium' unda raptabat. quippe primus diffusioris ac prolixi ambitus gurges liuentis aquae uolumine nebuloso atque algidis ādmodum pigrisque cursibus haesitabat. interius alius lactis instar candidaeque lucis mitis omnia quietusque motu undas uoluebat argenteas. tertius uero nimio rubroque igne rutilantes festinataque rapiditate praecipites fragososque cursus anhela sulphureus celeritate torquebat. qui hunc sequebatur auratus ac fulgidus et flammis coruscantibus rutilans sed diuersiate fluminum utrimque coniunctus quibusdam riuulis intermixtis quantum pensabat moderatio temperabatur. uerum interior ille electro purior resplendebat amnis, quem praeter ceteros Fortunarum ille consistens populus appetebat. quarum alias eius odor et halatus illexerat, alias lenis undae canori permulsere modulatus. gustum autem haustumque quam⟩ plures ex eodem dulcissimo 7 G gurgite sitiebant. nec deerant qui eadem foueri abluique lympha ac se in illam iacere cupiebant. praeter ea duo restrictiores sinu ambituque paruo raptabantur interius, quorum uterque pro aliorum uicinia et confinio coloratus exiguum proprii saporis haustum multa mutabilis admixtione traxerat. nam alter nimia celeritate festinus ac plerumque consistens relabensque ferebatur. alius uero quandam undarum auriginem gestans flexuosisque anfractibus errabundus spumabat cunctis seminibus fluentorum. hi igitur cursus discoloris amnes praedictas rerum nationumque Fortunas immensis primo sinibus ambiebant. tunc diuersa undarum uiolensque rapiditas singulas quasque persuadens inprouisa ui per decliuis aluei praecipites lapsus rapidis turbinibus pertrahebat, ita ut alius easdem

---

2 cura B^1 || esset *scripsi* est *BR* || 8 per omnia *bd* || 10 hanela *B* || sulphubreus *D* || 12 choruscantibus *D* || 13 utrinque *D* || 14 temperabat *B* || 15 illo *D* || 17 alatus B^1D || 22 ac sinu *R* || 24 ammixtione *R* || 25 traxere B^1R^1 || namque *b* || 27 auriginem *scripsi* originem *BR* || 29 hii *bR* || discolores B^1 ||

plerumque alteri transfunderet fluuio et quam ille exercitam longa conlisione uexarat, alter aut ripae redderet aut amne mersaret. non tamen Fortunas omnes illi sanguineus aut caeruleus inuolutas gurgites rapiebant. plerumque illius lactei praenitens unda repente correptas eminentis tractus uertice subuehebat. aliquando etiam sublimatas atque fluctu elatiore suspensas in illum cruentae similitudinis reiciebat aestum aut in torrentem liuidum uorandas hiatu piceo despuebat. alterna igitur permixtione fluuiorum ille Fortunarum populus agebatur. neque enim ulla prorsus erat quae ab omni inmunis in-
16 cursu cunctoque esset gurgite feriata. denique Virtus secuta Cyllenium dum sola cunctos interrite transmearet, licet eam magno fragore ⟨colliserint, tamen opprimere non quiuerunt. tandem trans fluuios, qui ad quoddam Phoebi spelaeum ferebantur, cum Virtute Mercurius constiterunt. ac tunc Latoium conspicati edito considentem arduoque suggestu atque in conspectu quattuor urnulas adopertas uicissim atque alternis inspectionibus enudare,
8 G quae diuersa specie metallisque formatae. nam una ex ferro quantum conici potuit duriore, alia ex argenti fulgentiore materie, tertia liuentis plumbi fusili robore uidebatur. at uero propior deo perlucentis uitri salo renidebat. singulae autem rerum quaedam semina elementaque
17 gestabant. nam flamma flagrantior et ab ipsis Cecaumenis exanclata fomitibus ex ferri praedicta anhelabat urna, quae tamen VERTEX MVLCIFERI dicebatur. alia etiam, quae fuerat ex argenti materie, praeferebat serena fulgentia et uernantis caeli temperie renidebat. hanc dicebant RISVM IOVIS. illa uero metalli grauioris plena undosae hiemis atque algidi frigoris nec non etiam pruinarum, haec SATVRNI uocabatur EXITIVM. at uero sali resplendentis atque ad ipsius dei dextram sita, aëris totius seminibus erat referta. hanc IVNONIS VBERA memorabant.

---

2 uexaret *R* || 7 adque *R* || 9 uorandum *BR corr. p* || 14 obprimere *D* || 16 spelaeum *scripsi* spectaculum *BD* || 17 conspicantur *D* || 26 hauelabat *B* || 27 mulciberi *B*¹ || 28 materia *D* ||

ex his igitur urnis deus alternatim quantum dispositis sat⟩ 18
erat hauriebat. nam quotiens orbi complacito uitalis spiritus salubres ministrabat auras, ex illa argenti clementia aëris hausti permiscens semina temperabat. cum uero pestem diram commeritis mortalibus minabatur, aëri similiter anhelos ignes aut torpentis frigoris uenena miscebat et in adfligendum meare cogebat orbem. tali dei tem- 19
peramento Virtus admonita magisque cum eum salutares auras miscere conspiceret, [caeci poetae] Graium uersum Mercurio comprobante commemorat

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει.

[ex] quo pestem fugari posse Mercurius, si uoces primis uestigiis eius accederent, admonebat: subdendae tamen Clario fidibus personanti atque inter serta laurigera infularum lubrico inplexoque crine redimito. talia conse- 20
rentes ut procul Pythius aduentare conspexit causamque aduentus primis aspectibus recognouit, throno quo insidebat exurgens Musas iussit occurrere. quae licet in Maiugenae officium properare uiderentur, ratis tamen incessibus mouebantur. ac tunc germano in participatum 9 G
operis consessumque suscepto prior orsus est Phoebus

anxia cum trepidis nutat sententia rebus 21
fluctuat incertis aut sors ignota futuris,
consultet mortale genus, quosque indiga ueri
cura facit dubios uel spes incerta fatigat:
at nobis praescire uacuum, cunctatio nulla est:

---

2 auriebat *R* || 4 austi *R* || 6 hanelos *BR* || 7 affligendum *B* || 8 ammonita *BR* || 9 graeci poetae *cod. Hug.*: *glossam deleui* || 11 *Luc. Alex. 36* || ΛΥΜΟΥ ΝΕΦΕΛΕΝ ΑΠΟΡΥΚΙ *BR: priora uerba in BR recte leguntur: a b postea deprauata sunt* || 12 *deleta* ex *scripsi* primis (primae *BR*) || 13 ammonebat *BR* || 15 implexoque *B* || 16 pithius *B* || 19 satis *BR*[1] || 21 consensumque *R* || susce *hic desinit fol. 6 u. in B: sequitur fol. 7* nostrum ex contiguis uenire pectus, *fol. 15 r. incipit* pto prior orsus est foebus *desinit fol. 15 u.* certum est lauripotens decusque diuum *cf. praef.* || 24 consultat *D* || quosque — dubios *Hauptius* quodque — dubium *BR* || 26 uacum *Salmasius ad script. hist. Aug. ed. Hack. I p. 564* uacuum *RB* ||

quod superi uoluere licet: de pectore fixis
praeoptare caret: sic quod placet atque ⟨necesse est.
sed tibi quod nondum uenit mansura uoluntas,
consilium uis ferre meum: sic semper ad omne
uelle capis socium, faciunt atque addita mentem.
22 est igitur prisci generis doctissima uirgo
conscia Parnaso, cui fulgent sidera coetu:
cui nec Tartareos claustra occultare recessus
nec Iouis arbitrium rutilantia fulmina possunt,
fluctigena spectans qualis sub gurgite Nereus,
quaeque tuos norit fratrum per regna recursus,
peruigil inmodico penetrans arcana labore,
quae possit docta totum praeuertere cura
quod superis praescire datum: quin crebrius in nos
ius habet illa deos urgens in iussa coactos
et⟩ quod nulla queat superum temptare potestas,
inuito scit posse Iove. stent ardua magno:
alterutrum cumulat parilem meruisse iugalem.

23 His Apollinis dictis laetabunda Virtus quod tam excellentis uirginis suasum uidet esse coniugium, ut nihil amissum ex supra dictarum duceret dignitate, nomen tamen eius inquirit. quod ubi cognouit Philologiam esse de qua foedus instabat, tanta gratulatione alacritateque concutitur, ut aliquanto de ingenito rigore descendens etiam corpore moueretur. quippe propinquam esse commemorat et laudatae illius Mantices patronam in ipsam quoque Sophiam supellectilis multae remuneratione largissimam. nam Ψυχὴν incultam ac ferino more uersantem apud hanc asserit expolitam, ita ut siquid pulchritudinis orna-
10 G tusque gestaret ex Philologiae sibi cultibus arrogarit, quae ei tantum adfectionis impenderit ut eam semper inmortalem facere laborarit. nihil igitur immorandum,

---

1 da pectora *RB* de pectora *b* || 2 sic quod *scripsi* si quod *RB* si quid *uulgo* || 3 sed tibi dum quia non uenit *D* || 4 ad omne *scripsi* ab omni *BD* || 7 parnasio *BD* || 8 recussus *D* || 13 peruertere *D* || 15 urguens *D* || 17 ut *ante* stent *add. Vulcanius* || 20 uidit *R* || 26 mantices *RB* manticis *r* || 27 sophian *R*

quippe cum impigrum gerendorum sciat esse Cyllenium. sed acceptis Apollinis fatibus respondit ipse Maiugena

certum est Lauripotens decusque diuum 24
nostrum ex contiguis uenire pectus
et quicquid socium ciere numen
iunctus compererim probare rerum.
sed numquam mage uelle disparamus
et fit collibitum manere iussis
quam cum Deliaco meare fatu
cura atque arbitrio monemur isto.
⟨hunc quippe ambiguum nefas putamus
et quaecumque fuit perit uoluntas.
quocirca officio decentiore
paret praecluibus libens profatis
Arcas in thalamos uenire iussus.
sed tu Delie, quo Tonantis extet
compar propositum uolensque nutus,
instes: nam solitus ciere pectus
et peruersa uigil mouere sensa
illum contribuas fauere iussis,
ut coeptis sacra fulserit uoluntas.

Haec dicente Mercurio ‘quin potius’ inquit Virtus 25
‘uterque uestrum Iouem uoce conciliet. nam et hic eius consiliorum conscius et tu praeceptionis arcanus. ille mentem nouit, tu uerba componis. Phoebo sueuit instanti concedere, tibi pectus [solitus] aperire. addo quod uos numquam conuenit disparari et licet hic cursor Apollinei⟩ plerumque axis celeritate uincatur ac remorata statione consistens captet demum festinata praeuertere, tamen dum consequitur ita libratus anteuenit, ut cessim plerumque recursitans gaudeat occupari. una igitur uestrum Iovem pia pignora conuenite. certum quippe est quod et

1 impigrum *Bondamus* impiger *BR* || 15 archas *D* || 19 peruersa — mouere *Vonckius* praeuersa — monere *BD* || 21 ut *Barthius* et *BD* || 25 instante *B* || 26 sectus solitus *BD* pectus *Koppius* solitus *deleui* || 29 captet *b* caput *R* captat *B* || 30 cessum *R* cessem *rB* ł im *add. b* ||

Phoebo coniuens splendori succumbat et cum Stilbonte
11 G incedens conubiorum copulis adlubescat.' his dictis
26 Virtus praecedentis officio ac Mercurialis uirgae perfla-
tione concussa in caelum itura sustollitur. augurales uero
alites ante currum Delio constiterunt uti quis uellet uectus
ascenderet. nam futura plerumque conformans his prae-
sagire consueuerat. petaso autem ac talaribus concitatis
coepit praeire Mercurius. sed scandente Phoebo Musarum
pedisecus adhaerensque comitatus candenti canoraque
27 alite uehebatur. tum uero conspiceres totius mundi gau-
dia conuenire. nam et Tellus floribus luminabat quippe
ueris deum conspexerat subuolare Mercurio et Apolline
conspicato aëria temperies sudis tractibus renidebat. su-
peri autem globi orbesque septemplices suauis cuiusdam
melodiae harmonicis tinnitibus concinebant ac sono ultra
solitum dulciore, quippe Musas aduentare praesenserant.
quae quidem singillatim circulis quibusque metatis ubi
suae pulsum modulationis agnouerant, constiterunt. nam
Vrania stellantis mundi sphaeram extimam continatur,
28 quae acuto raptabatur sonora tinnitu. Polymnia Satur-
nium circulum tenuit, Euterpe Iouialem, Erato ingressa
<Martium modulatur, Melpomene medium ubi Sol flam-
manti mundum lumine conuenustat. Terpsichore Venerio
sociatur auro. Calliope orbem complexa Cyllenium, Clio
citimum circulum, hoc est in luna collocauit hospitium.
quae quidem grauis pulsus modis raucioribus personabat.
sola uero, quod uector eius cygnus impatiens oneris at-
que etiam subuolandi alumna stagna petierat, Thalia de-
29 relicta in ipso florentis campi ubere residebat. interea
tractus aerios iam Phoebus exierat, cum subito ei uitta

---

1 coniuens *D* conhibens *R* cohibens *rB* conhiuens *b* || splendore *BR corr. in marg. ed. Vulc.* || 8 caepit *R* || 9 pedissecus *R* pedisequs *b* || 11 luminabat *Grotius* lumina *BR* luminata *in Bas. Cant. Bodl. altero extare mihi non persuasit Koppius* || 12 Mercurio *scripsi* mercurium *BR* || apollinem *R* || 19 continatur *R et Puteaneus cf. Salmas. ad script. hist. Aug. ed. Hack. I 564* concinat *r* concinebat (ebat *in ras.*) *B* ł it *add. b* || 20 polimnia *B* || 22 marcium *D* || 23 terpsicore *BD* || 24 sotiatur *B* || clyo *BD* || 26 graues *b* || 27 cignus *BD* || impaciens *D* ||

crinalis immutatur in radios laurusque, quam dextera retinebat, in lampadem mundani splendoris accenditur, fiuntque uolucres, qui currum Delium subuehebant, anheli flammis [lucis] alipedes. atque idem pallio rutilante ac reserato stellantis poli limine Sol repente clarus emicuit. Cyllenius quoque in sidus uibrabile astrumque *12 G*
conuertitur. atque ita metamorphosi supera pulchriores 30
per Geminos proprietate quadam signi familiaris inuecti augusto refulsere caelo ac mox Tonantis palatium petiuerunt. qui 'postquam introgressi et coram data copia fandi' ut uidit Clarius consortio patrem Iunonis haerentem〉, quam nouerat suffragari plurimum ac fauere conubiis, laetus primo omine ipsamque concilians, in cuius arbitrio positam mariti nouerat uoluntatem, ita mitis affatur

possem minore ambigens fiducia 31
solum Tonantem pignoris pro foedere
pubeda uixdum uel paterna contremens
praecepta adire, ni iugata caelitum
omen pararent prosperum consortia
tabensque diuum nunc moneret nexio.
Iunone thalamos quis rogare conscia
nolet deorum? cum futura pronuba
eadem profecto quaeque suffragabitur.
iugalis ergo blanda nutus praestrue
nostrisque suade quo allubescat nisibus.
te nunc parentem principemque maximum 32
fatumque nostrum, quippe Parcarum chorus
humana pensat, tuque sortem caelitum,
tuumque uelle est ante praescientias
ac mente gestas quicquid instabit deis:
cuiusque nutu gignitur necessitas,
futura cuius alligat decretio:
instatque quicquid uelle uel serum potes:

---

3 haneli *B* || 4 flammantis *Vonckius* || lucis *deleui* || 6 cyllenium *D* || 10 *Verg. Aen. I 520* || 13 homine *R* || 15 fidutia *R* || 17 bupaeda *Koppius* || 21 thalamus *R* || constia *R* || 22 nollet *B* || 25 suade *Barthius* suada *BR* || 33 illigat *R* || *ad* decretio *add.* ł dis *b* ||

te te igitur illo quo benignus numine es
⟨deposco, caeli blanda temperatio
piumque culmen, iure qui diuum pater,
concede proli, quo nepotum prouehat
numerum, supernis astra quem uibrant polis,
Maiae tuumque flagitat pignus sacrum,
thalamis iugetur uirginis doctissimae.
33 sed te parentis cura si stringit pia,
par est deorum conuoces coetum potens
conubium ipsa sanciens cum coniuge
quo prolis extent lege supera nuptiae
13 G perpesque uinclum caelitum signet decor.

34 Hic postquam Delius conquieuit, conuersus ad coniugem Iuppiter quid eius uoluntas haberet inquirit. uerum illa multa ratione permulsa, primo quod ei qui placiditatem afferre solitus Phoebus orabat quique etiam a se eiusdem filias eruditas ad parentum quoque conspectum fecerat subuolare, dehinc nuptiis Iuno non solita refragari,⟩ tunc etiam Cyllenium diligebat quod eius uberibus educatus poculum immortalitatis exhauserat perindeque et matris gratiam conferebat, accrescebat uotis quod multa eam Clarius conciliatione deuinxerat: faciendum profecto accelerandumque persuadet, ne itidem Cyllenius Cypridis lactatus inlecebris Hermaphrodito fratrem gignere
35 succensus optaret. stimulabat paululum Iouem, ne uxoris Cyllenius fotibus repigratus somnolento repente marcore torperet et iam uelut maritali uacatione feriatus discur-
36 sare sub praeceptis Iouialibus denegaret. ‘nam illum iam pridem’ ait ‘Philologiae sentio amore torreri, eiusque studio comparatas habere quam plures in famulitio disciplinas ipsumque linguae insignis ornatibus fandi nimiam uenustatem quo placeret uirgini consecutum, deinde barbito aurataque chely ac doctis fidibus personare. addo

1 te te *Grotius* tene *BR* || quo *br* quod *BR* || 8 te *ante* stringit *omissum post* sed *add. bd* || 15 eam *ex Dresdensi Koppius. sed* ei *recte habet:* Iuno *enim intellegitur* aer || 19 tum *b* || 24 ermafrodito *BR* || 25 succensus *b* suscensos *BR* suscensus *r* || 32 consequutum *R* || 33 chaely *BR* ||

quod celebrat mirabile praestigium elegantiamque pin-
gendi cum uiuos etiam uultus aeris aut marmoris signi-
fex animator inspirat. totum certe conplacitum est quic-
quid comit decorem iuuenalium gratiarum.’ se igitur eos
iam pridem amore mutuo colligatos idcirco paululum dis-
tulisse, ne in thalamum primaeua affectione festinans,
cum discurrendum esset, totis noctibus repigratior pau-
lulum simularet anomalum. tunc Iuno ‘atquin’ ait ‘eius- 37
dem conuenit uirginis subire uinclum, quae illum etiam
quiescere cupientem coniuere non perferat. an uero
quisquam est qui Philologiae se asserat peruigilia labo-
rata et lucubrationum perennium nescire pallorem? quae
autem noctibus ⟨uniuersis caelum freta Tartarumque dis-
currere ac deorum omnium sedes curiosae indaginis *14 G*
perscrutatione transire, quae textum mundi circulorum-
que uolumina uel orbiculata parallela uel oblique decus-
satos polos et climata axiumque uertigines cum ipsorum
puto siderum multitudine numerare nisi haec Philologia
gracilenta quadam adfixione consueuit, quotiens deos
super eiusdem coactione instantiaque conquestos, cum
eos concubiae aut intempestae noctis silentio quiescentes
ad se uenire inaudita quadam obsecratione compelleret?
tam uero abest ut sub hac possit pigrescere intricarique 38
Cyllenius, ut commotis ab eadem suscitatisque pennis
extramundanas petere latitudines urgeatur. cur igitur
rex optime differuntur cum pro sola Atlantiadae soller-
tia duos uigiles repromittam?’ haec cum Iuno adfixa, 39
ut adhaerebat elatiori plurimum Ioui, adclinatis eius auri-
bus intimaret, de quodam⟩ purgatioris uibratiorisque lu-
minis loco adlapsa sensim Pallas corusca descendit atque

---

1 elegantiamque *r* elegantiam *RB* elegantia *b* || 3 certe *BR* ergo *b* || 4 iuuenalium *R* iuuenalē (ē *in ras.*) *B* iuuenilium *r* || 7 repigritior *BR* *corr. Grotius* || 8 atquin *B* || 10 conibere *BR* *corr. br* || 11 phylologiae *R* || 13 discutere *B* || 14 indaginis *b* indagis *BD* || 16 obliqua decusata polose limata *BD* *corr. Grotius* || 20 instantiaque *b* constantiaque *BD* || 21 conubiae *b* || 24 pinnis *B*[1] || 26 athlantide *D* atlantidae *B* || solertia *D* || 30 allapsa || *B* descendit *b* discendit *BR* ||

ita ut uidebatur uertici Iouiali inhaerere superuolans tandem constitit sublimiore quodam annixa suggestu. quam cum Iuppiter, ut iugali elatior adhaerebat, de proximo contiguoque suspexit, sic exorsus 'o uirgo nostri pars melior opportune uotis intermixta Maiugenae, quae siue Deliacis uocibus permulsa descendis siue absque te Iouis non erat formare consilium seu consensus noster ne mutilus uideretur approperas: noueris tamen Philologiae Cyllenium nuptias postulare. nondum mea prompta sententia est. expecto quid suadeas. noui quippe quam eiusdem uirginis incessabilis labor tibi semper acceptus et ut e tuis numeretur illa pedisequis. par est igitur ipsa praesertim decernas quicquid de eius conubio prouisura dis-
40 pensas.' tunc Pallas aliquanto summissior ac uirginalis pudoris rubore subfusa oculosque peplo quod rutilum circum caput gestabat obnubens improbabat aliquantum quod super nuptiis uirgo consulitur praesertimque eius, quam propter consociationis officia manere cuperet sem-
15 G per intactam. dedignatur praeterea huius modi adhibere consensum, cum ita expers totius copulae censeatur, ut neque de ulla commixtione progenita neque ipsa procreare quicquam Arithmetica teste monstretur. ac tunc septem radiorum coronam soliuaga uirginitas renudauit, ne futurorum causis et copulis interesset. quia tamen eius optauerat Iuppiter exegeratque consilium, suadet deos maritos dearumque grandaeuas in haec decernenda conduci. quippe ⟨conuenire Cyllenio ut pro officiorum praemiis potissimorum fauor caelitum eius uincla sanciret. augustius quoque fieri Iouiale decretum, cum coetu deorum adtestante depromitur, ipsamque nupturam deo conuenire non posse nisi si per senatus consultum mortalis
41 esse desineret. id genus plurima suadente Tritonia regum coniugum uterque consentit. ac mox Iouis scriba prae-

1 uertici *b* uertice *BR* || 5 oportune *B* || 8 phylologiae chyllenium *R* || 16 aliquantulum *r* || 18 consotiationis *B* || 19 intacta *R* || 22 arithmethica *B* || 24 futurarum *BR corr. Grotius* || 30 attestante *B* || 31 si per S. C. *scripsi* super senatus consulto *BD* superi S. C. *Grotius* ||

cipitur pro suo ordine ac ratis modis caelicolas aduocare,
praecipueque senatores deorum, qui penates ferebantur
Tonantis ipsius quorumque nomina quoniam publicari
secretum caeleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter
repromittunt, nomen eis consensione perfecit. Vulcanum 42
uero Iouialem ipse Iuppiter poscit, licet numquam ille de
sede corusca descenderet. tunc etiam ut inter alios po-
tissimi rogarentur ipsius collegae Iouis, qui bis seni cum
eodem Tonante numerantur quosque distichum com-
plectitur Ennianum

Iuno Vesta Minerua Ceresque Diana Venus Mars
Mercurius⟩ Iouis Neptunus Vulcanus Apollo

item et septem residui, qui inter duodecim non uocantur. 43
post hos quam plures, alti pro suis gradibus, caelites ac
deorum omnium populus absque inpertinentibus conuo-
candi. nec mora milites Iouis per diuersas caeli regiones 44
approperant, quippe discretis plurimum locis deorum sin-
guli mansitabant et licet per Zodiacum tractum non nulli
singulas uel binas domos animalibus titularint, in aliis ta-
men habitaculis commanebant. nam in sedecim discerni 45 *16 G*
dicitur caelum omne regiones. in quarum prima sedes
habere memorantur post ipsum Iouem di Consentes Penates
Salus ac Lares Ianus Fauores Opertanei- [Nocturnus] que. in 46
secunda itidem mansitabant praeter domum Iouis, quae ibi
quoque sublimis est, [ut est in omnibus] Praediatus Quirinus
Mars [Lars militaris]. Iuno etiam ibi domicilium possidebat,
Fons etiam Lymphae dique Nouensiles. sed de tertia re-
gione unum placuit corrogari. nam Iouis Secundani et 47
Iouis Opulentiae Mineruaeque domus illic sunt constitutae.
sed omnes circa ipsum Iouem fuerant in praesenti. Discor-
diam uero ac Seditionem quis ad sacras nuptias corro-

---

7 chorusca *D* || 10 *ann. 63 Vahl.* || 12 iuppiter *BR corr. Vulcanius* || 13 ex *B* || 20 discernitur *B* || 22 dii *BR* || 23 fabores B^1R^1 || opertanei *br* obportanei *B* obtertanei *R* || Nocturnus *deleui* || 25 ut est in omnibus *deleui* || Praebiatus *O. Müllerus Etrusc. II p. 129* || 26 lars *inducta* s *B* || Lars militaris *deleui* || 27 *ad* Fons *add.* ł r (*h. e.* Fors) *r* || lympae *R* || diique *BR* || *ad* Nouensiles *add.* ł i (*h. e.* Iouensiles) *r* ||

garet praesertimque cum ipsi Philologiae fuerint semper
inimicae? de eadem igitur regione solus Pluton, quod pa-
48 truus sponsi est, conuocatur. tunc Lynsa siluestris Mul-
ciber Lar caelestis nec non etiam militaris Fauorque ex
49 quarta regione uenerunt. corrogantur ex proxima trans-
cursis domibus coniugum regum Ceres Tellurus Terraeque
50 pater Vulcanus et Genius. uos quoque Iouis filii Pales et
Fauor cum Celeritate Solis filia ex sexta poscimini. nam
51 Mars Quirinus et Genius superius postulati. sed etiam
Liber ac Secundanus Pales uocantur ex septima. Fraudem
quippe ex eadem post longam ⟨deliberationem placuit ad-
52 hiberi, quod crebro ipsi Cyllenio fuerit obsecuta. octaua
uero transcurritur, quoniam ex eadem cuncti superius
53 corrogati solusque ex illa Veris fructus adhibetur. Iunonis
54 uero Sospitae genius accitus ex nona. Neptune autem
et Lar omnium cunctalis ac Neuerita tuque Conse ex de-
55 cima conuenistis. uenit ex altera Fortuna et Valitudo
Pauore Pallore *et* Manibus refutatis, quippe hi in con-
56 spectum Iouis non poterant aduenire. ex duodecima San-
cus tantum modo euocatur. Fata uero ex altera postulan-
57 58 tur. ceteri quippe illic di Manium demorati. ex bis sep-
tena Saturnus eiusque caelestis Iuno consequenter acciti.
17G 59 Veiouis ac di publici ter quino ex limite conuocantur.
60 ex ultima regione Nocturnus Ianitoresque terrestres simi-
61 liter aduocati. ex cunctis igitur caeli regionibus aduocatis
deis ceteri, quos Azonos uocant, ipso commonente Cyl-
62 lenio conuocantur. tunc elementorum praesules⟩ atque
utilitatis publicae mentiumque cultores omnisque populus
potestatum, qui Numae nulli successori indicantur [qui],
confestim omnes Iouis imperio conuocati, in aulam cae-

1 tum *R* || 3 Lympha *Grotius* || 4 et familiaris *Grotius* || faborque *BR* || 9 sed *br* sic *BR* || 10 septima *b* septimae *BR* || 15 sospitae *Grotius* hospitae *BR* || 16 et *om.* B^1D || *in* cunctalis *latere uidetur* cum *cum nomine dei alicuius* || Nerina *Grotius sed cf. Prell. myth. R. p. 503* || conse *BD* cosse *b* || 18 faborque pastor *BD corr. O. Müllerus post Gyraldum et Grotium* || hii *B* || 21 ex *om.* BD^1 || 21 *et* 23 dii *BD* || 29 qui Numae nulli successori indicantur *scripsi* quis Numae multus successor indicatur qui *BR* (*sed* indicat *R*) || qui *delui* ||

litem conuibrantibus uenere sideribus. tunc Ianus in 63
limine militesque Iouis ante fores regias constiterunt in-
gressuros etiam cunctos nominatim uocabat Fama praeco-
nans. at intra consistorium regis quaedam femina, quae 64
Adrastia dicebatur, urnam caelitem superamque sortem
inreuocabilis raptus celeritate torquebat excipiebatque
ex uolubili orbe decidentes sphaeras peplo inflexi pecto-
ris Εἱμαρμένη. Clotho uero Lachesis Atroposque, quoniam 65
sententias Iouis orthographae studio ueritatis excipiunt
utpote librariae superum archiuique custodes, cum sena-
tum curiamque contrahi et ipsum Tonantem exuuiis in-
dusiari publice cernerent, senatus in acta caelestiumque
consultum stilos acuunt cerasque componunt. tunc Iup- 66
piter publica et quae senatum contracturus assumit indu-
menta percipiens apponit primum uertici regalis serti
flammantem coronam contegitque ex posticis caput quo-
dam uelamine rutilante, quod ei praesul operis Pallas ipsa
texuerat. dehinc uesti admodum candidae obducit amictus
hyalinos, quos stellantibus oculis interstinctos crebri ui-
bratus ignium luminabant. tunc duos globosos orbes,
quorum unus auro electro alius praenitebat, dextera por-
rectiore corripuit, laeua enneaphthongon chelyn innitenti
similis imprimebat. calceos autem smaragdineae fluctu
uiriditatis herbosos uestigiis eius Tellus annexuerat. in-
sidebat autem ex pauonum pennis intertextae oculataeque
pallae, ex qua multicoloribus notulis uariegata pictura uer-
nabat. sub calceis uero fuscinam deprimebat. huius sug- 67
gestui subditus Iunonis consessus haut indecenter orna- *18 G*

---

1 conuibrantibus *b* conuibratis *B* conbibrantis *R* || uenere *b* nenire *BR* || 2 foras *R* || ingressurus *R* || 3 uocabant *R* || 4 ad *R* || 8 imarmene *BR* || cloto *BR* || 10 arciuique BR^1 || in *ante* senatum *add. b* || 11 contrai *R* || 12 publici *R* || senatus *scripsi* magistratus *BR* || caelestiumque *b* caelestumque *BR* || 16 contigitque *R* || 19 yalinos *BR* || 20 duo *B* ꝓ duos *add. b* || 22 enneapthongon *B* ennaeapthongon *R* || chaelin *B* chaelyn *R* || 23 smaracdineae *b* smaracdinae *B* smaracdine *R* || 24 annexuerat *b* annexuit *BR* || 25 pinnis B^1 || 26 uariegata *R* uari∗∗càta *B* uariagata *r* || 28 consensus B^1R || aut *R* haud *B* || 29 calumnate *B* galumnate *b* galaumate *D corr. Grotius* ||

tus. ⟨ipsa uero tecto capite lacteo quodam calymmate praenitebat, cui gemmis insitum diadema pretiosis: nam neque Scythidis uirecta nec Ceauniorum uibrans fulguransque lumen nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas. sed totum illud sertum capitis fulgurantis Thaumantias optulisse reginae caelitum ferebatur. ipsius uero diuae uultus assidua perlucens gratia fratri consimilis, nisi quod ille inmutabili laetitia renidebat, haec commutationum assiduarum nubilo crebrius turbidatur. nam uestis eius hyalina sed peplum fuerat caligosum, quod tamen si adpulsu cuiusque luminis tangeretur inter obumbrantes nebulas sudae perspicuitatis gratia praeniteret. haec fulmen dextera, laeua sonorum bombis terrentibus tympanum sustinens, sub quibus plurimum sudans ima subiecta roscidis uidebatur inundare fluoribus. huius uero calcei admodum furui, quorum maxime solea atrae noctis nigredine coloratur. nam eiusdem genua zona quidem diuersicolor ambiebat, quae nunc perfulgido resplendebat orbe nunc uanescentis gratiae tenuata uarietas ita penitus obli-
68 quabat⟩ tamquam nihil habuisset ante discolorum. his igitur uterque regum indumentis decenter ornati ante consessum in suggestu sidereo positam quandam sphaeram caelatam uarietate multiplici conspicantur, quae ita ex omnibus compacta fuerat elementis, ut nihil abesset quicquid ab omni creditur contineri natura. illic caelum omne aer freta diuersitasque telluris claustraque fuerant Tartarea. urbes etiam compita cunctorumque species animantium tam in specie quam in genere numerandae. quae quidem sphaera imago quaedam uidebatur ideaque mundi. in hac quid cuncti, quid singuli nationum omnium populi cotidia-

3 scytidis *B* scytis *D* || ceraunorum *B* || fulgorans (que *deleta*) *B* ł gurantis *add. b* || 4 lumen nec — capitis fulgurantis *om. B* || yacynthi *D* || 5 fulgorantis *D* || 6 taumantias *BD* || obtulisse *D* || 8 comutationum *D* || 10 yalina *BD* || 11 appulsu *Db* || 13 dextra *D* || tymphanum *B* typhanum *D* || 15 *ad* fluoribus *add.'* ł fluuo *b* || 19 obligabat *B* ł obliquabat *add. b* abligabat *D* || 21 igiturque *B* igitur *B* uterque *add. b* || 22 consensum *B* || opositam *B* || 26 fuerat *B* || 27 animantum *B* || 29 ydeaque *B* ||

nis motibus agitarent idem in reformanti speculo re-
lucebat. ibi quem augeri quem deprimi quem nasci quem
occidere Iuppiter uellet manu propria ipse formabat.
quam terrarum partem disperdere quam beare quam ua- *19 G*
stam quamque celebrem cuperet fictor arbitrarius uariabat.
hoc igitur fatum publicum conspicans conponensque deo- 69
rum senatum iussit admitti. quamuis intus quos innomi-
nabiles sacra uis testatur intrarent, tamen etiam primati-
bus diuum praesertimque parentibus uterque consurgunt.
uerum sator eorum gressibus tardus ac remorator incedit 70
glaucoque amictu tectus caput. praetendebat dextera
flammiuomum quendam draconem caudae suae ultima de-
uorantem, quem credebant anni numerum nomine perdo-
cere. ipsius autem canities pruinosis niuibus candicabat,
licet ille etiam puer posse fieri crederetur. eius coniunx 71
grandaeua corpulentaque mater quamuis fecunda circum-
fusaque partubus tamen floridam discoloramque uestem
herbida palla contexerat, in qua totus gemmarum metallo-
rumque census atque omnium prouentus <frugesque satio-
num larga admodum ubertate ferebantur. huic Vesta quae 72
etiam coaeua eius fuerat, adhaerebat. quae quod nutrix
Iouis ipsius suoque eum sustentasse gremio ferebatur
caput regis ausa est osculari. post hos candida cum sorore 73
Sol auratus expetitur. qui mox ut coepit ingressui pro-
pinquare, purpurae rutilantis puniceus quidam fulgor ante-
uenit, et rosulenti splendoris gratia totam aulae ipsius
curiam obstupefactis ceteris ornatibus luminauit. ast ubi
primos honorati capitis radios ingressurus immisit, ipse
etiam Iuppiter paululum retrogressus sub immensi nitoris
numine caligauit, sphaera uero orbesque, quos dextera
sustinebat, ueluti speculo cognati luminis refulsere. Iuno 74

---

1 idem in reformanti speculo *scripsi* pedae (paediae *Koppius*) reformantis speculo *Grotius* pedeire (*corr. ex* pideire) formantis speculo *B* pidei (pithei *r* Pythei *Koppius*) reformantis speculo *R* || 5 cupiret *R* || 6 componensque *R* || 7 amitti *R* || 11 dextra *R* || 14 canicies *b* cantices *R* canicis *B* || 15 coniux *R* || 17 partibus B^1R^1 || 27 caeteris *B* || caeterorum *b* || 29 sub sub *B* || 30 sphaera *scripsi* sphaerae *BD* ||

autem diuersicoloris illustris ornatibus ac uaria uelut speculo cognato gemmarum luce resplendens candentibus
75 serenis⟩ enituit. erat illi in circulum ducta fulgens corona, quae duodecim flammis ignitorum lapidum fulgurabat. quippe tres fuerant a fronte gemmae Lychnis Astrites et
20 G Ceraunos, quae eius effigiem reuerendam a cognitione conspicientium uibrantibus radiorum fulgoribus occulebant. quarum alia Cancri cerebro Leonis oculis altera Geminorum fronte assumpta tertia dicebatur. aliae sex ex utroque latere rutilabant, quarum Smaragdus una, Scythis altera, Iaspis tertia uocabatur. inter quarum uirorem feta mari lumina coruscans fronti quaedam integrior suauitas resplendebat. Hyacinthos Dendrites etiam Heliotropios utrimque compacti. qui lapides coloribus suis terras ratis temporum uicibus herbidabant, quos ei ad obsequium numinis recurrentis Ver dicebatur et Autumnus munere contulisse. posterior autem pars coronae Hydatide Adamante et Crystallo lapidibus alligabatur. hos enim Hiemps undosa genuerat. ipsius uero diui auro
76 tinctam caesariem comasque crederes bracteatas. facie autem mox ut ingressus est pueri renidentis, incessu medio iuuenis anheli, in fine senis apparebat occidui, licet duodecim non nullis formas conuertere crederetur. corpus autem eius flammeum totum pinnata uestigia pallium cocci-
77 neum sed auro plurimo scutulatum. sinistra autem manu clypeum coruscantem, dextera ardentem facem praeferebat, calcei autem similes ex Pyropo. quem iuxta Luna

---

3 emicuit *b* || 4 ignitorum *p* ignotorum *BR* || fulgorabat *BR* || 5 lichnis *R* || 7 uibrantes *B* || 9 dicebantur *R* || *pro* sex *sed in ras.* etiam ex *B* || 10 smaragdos *B* || 12 foeta *B* freta *R* || per *in R ante* lumina *legi falso dixit Koppius* || coruscans *BR corr. Grotius* || fronti *b* fonti *BR* fontis *r* || integrior *scripsi* interioris *BR* || 13 resplendebant *R* || yacinctos *BR* || dendrides *R* || 14 eliotropios *BR* || cōpacti *b* cōpactu *BR* || 18 ydatite *B* ydatidae *R* || alligabat *R* || 20 bratteatas *BR* || 21 ut *om.* BR^1 || renidentes *R* renitentis *r* || 22 haneli *B* || 24 pennata *b* || 25 scutulatum *Burmannus poetae Lat. min. I 365* rutilatum *BR* || 26 clipeum *BR* ||

leni quodam teneroque uultu ex fraterna fulgorem lam-
pade resumebat. post hos admissi fratres Iouis, quorum
alter maritima semper inundatione uiridior, alius lucifuga
inumbratione pallescens. in capite uterque dominandi 79
sertum pro regni condicione gestabat. nam unus albidi 80
salis instar candidum atque spumarum canitie concolorum,
alter ebeneum ac Tartareae noctis obscuritate furuescens,
qui quidem multo ditior fratre et semper ⟨eorum quae
gignuntur conquisitionibus opulentus alius uero propter
molem elationemque corporis renudatus ac despuens diui-
tias obpressione quaesitas. uerum utrique diuersa con- 81
iunx. nam hic nudus omnium nutricem deorumque hospi-
tam secum ducit, ille puellam accessibus gratulantem, *21 G*
quae ita plerumque frugem exposcentibus tribuit, ut magni
nominis uota sint eidem redhibere centesimam. dehinc 82
admissi Tonantis ipsius filii. inter quos primus quidem
ruber iuuenis ac uorax omnium sititorque etiam sanguinis
gradiebatur. alter suauis et comis falcemque dextera,
laeua gestans cratera somnificum ac pronus in petulantiam
referebatur. huius gressus incerti atque olacis temeti ma-
doribus implicati. post hos duorum una quidem germa- 83
naque facies sed alius lucis sidere, opacae noctis alius re-
fulgebat. dehinc quidam roboris inauditi et extirpandis 84
semper aduersitatibus praeparatus. sed eius miros la-
certos rictusque Cleonaeos limis Iuno cernebat. quin inter 85
eos decentes feminae. quarum una uirgo ferebatur. alia
generationum omnium mater. illi⟩ arcus cum pharetra
huic rosis decussatim uinctis sertata contextio. quam et
conspicere nitentem et fantem audire dulces inlecebras et

---

1 leui *BR corr. p* || 2 ammissi B^1R || 5 condi-tione *R* || 6 canicie *b* canitiem *BR* ɿ· ꝑ p τ̄ ł p *add. b* || 7 ebe-num *B* || 11 oppressione *D* || 15 nominis *scripsi* numi-nis *BD* || redibere *D* || 18 falcemque *b* facemque *B* fa-cem *D* || dextra *D* || 19 im *D* || 22 opace *om.* B^1D || 25 sub-limis *bD* retortis oculis quia omnes priuignos praeter Mercu-rium oderat *add. b* || quis *B* || 26 sequuntur eos decentes (decernentes *BR*) feminae *Grotius* || 28 decusatim *BR* || uin-culatis *b* || 29 dulcis *B* ||

adtrahere flagrantissimi spiritus halatibus redolentem et
osculis lambere et contingere corpore eiusque uelles cu-
pidine suspirare. quae quidem licet amorum uoluptatum-
que mater omnium crederetur, tamen eidem deferebant
86 pudicitiae principatum. cum his grata Ceres admodum
grauis femina alumnaque terrarum ac nutrix mortalium
87 uidebatur. quidam etiam claudus faber uenit, qui licet
crederetur esse Iunonius, totius mundi ab Heraclito dictus
88 est deuorator. tunc etiam omnium garrula puellarum et
contrario semper fluibunda luxu leuitate pernix desultoria
gestiebat. quam alii Sortem asserunt Nemesimque non
nulli Tychenque quam plures aut Nortiam. haec autem
quoniam gremio largiore totius orbis ornamenta portabat
et aliis impertiens repentinis motibus conferebat rapiens
his comas puellariter caput illis uirga comminuens eis-
demque quibus fuerat eblandita ictibus crebris uerticem
89 complicatisque in condylos digitis uulnerabat. haec mox
Fata conspexit omnia quae gerebantur in Iouis consistorio
22 *G* subnotare, ad eorum libros et pugillarem paginam cu-
currit, et licentiore quadam fiducia quae conspexerat in-
opinata descriptione corripuit, ut quaedam repente pro-
rumpentia uelut rerum seriem perturbarent, alia uero,
quae causarum ratio prospecta uulgauerat quoniam facere
inprouisa non poterat suis tamen operibus arrogabat.
90 post hanc uulgus ceterum deuenere. Iuppiter nunc solio
resedit praecepitque cunctos pro meriti ordine ⟨residere.
tuncque subsellia flammabunda coetum suscepere side-
reum. uerum quidam redimitus puer ad os compresso
digito salutari silentium commonebat. ‘conticuere omnes
91 intentique ora tenebant.’ tunc Iuppiter coepit

1 alatibus *R* || 9 deuorator *Grotius ‘admodum adolescens’ ut Fabricius ait (bibl. Gr. I 802)* democrator *coniciens* demorator *BR* || 13 *ad* portabat *in marg.* ab ea credebant sibi omnia bona prouenire; hoc in quibusdam codicibus non habetur *add. b manu eiusdem saeculi quo codex uniuersus scriptus est* || 15 comes *B*[1]*R* || 18 facta *B*[1]*R* || 19 currit *B*[1]*R* || 25 uulgus ceterum *scr*~*si* uulgo ceteri *BR* || iupiter *R* || tunc *b* || 29 *Verg. Aen. II* 1 || 30 iupiter *R* ||

⟨ni nostra astrigeri nota benignitas
conferre arbitrium cogeret intimum
et quicquid tacito uelle fuit satis
id ferre in medium collibitum foret,
possem certa meis promere ductibus
nec quisquam inlicitis tollere nisibus
concertans cuperet iussa deum patris.
sed tristis melius censio clauditur
atque infanda premit sensa silentium,
ne uulgata ciant corda doloribus,⟩
at cum laeta patrem promere gaudia
et certo deceat foedere pignora
palam perpetuis iungere nutibus,
cassum est nolle loqui sensa decentia.
uobiscum ergo dei, grata propinquitas,
conferre studium est uota propaginis.
aequum quippe puto foedere caelitum
quae sectanda forent orsa probarier.
nostis Maiugenam pignoris incliti 92
in nostris merito degere sensibus.
quae nec frustra mihi insita caritas,
ut sueuit patria stringere pectora.
nam nostra ille fides sermo benignitas
ac uerus Genius fida recursio
interpresque meae mentis ὁ νοῦς acer.
hic solus numerum promere caelitum *23 G*
hic uibrata potest noscere sidera,
quae mensura polis quanta profunditas
qualis sit numerus marmoris haustibus
et quantos rapiat margine cardines
quaeque elementa liget dissona nexio,
perque hunc ipse pater foedera sancio —
sed forsan pietas sola recenseat

---

10 doloris B^1 || 18 fuerant B^1R^1 || 19 nostis *Dresdensis* nostris *BR* nostri *br* || inclyti *B* || pignus id inclytum *Vonckius* || 25 ὁ νοῦς acer *scripsi* honos sacer *BR* (sater B^1 socer *r*): *cf. p. 37, 20* || 31 elimenta *R* || 32 sancto *R* sanctio *r* ||

quae parens probitas munera pensitet:
qui Phoebi anteuolans saepe iugalibus
in sortem famuli nonne relabitur?
hic quoque sic patruis seruit honoribus,
⟨ut dubium proprium quis mage uendicet.
illum conubio rite iugarier
suadent emeritis saecla laboribus
et robur thalamo flagitat additum.
93 at uirgo placuit docta quidem nimis
et compar studio sed cui terreus
ortus, propositum in sidera tendere:
plerumque et rapidis praeuolat axibus
ac mundi exsuperat saepe means globum.
cunae ergo officiant quod nihil editae,
censendum, superi quique crepundia
terris recolitis uestra tenerier,⟩
quae occultant adytis sacra latentibus.
iungantur paribus, nam decet, auspicis,
et nostris cumulent astra nepotibus.

94 Sed postquam Iuppiter finem loquendi fecit, omnis
deorum senatus in suffragium concitatur adclamantque
cuncti fieri protinus oportere adiciuntque sententiae Io-
uiali ut deinceps mortales, quos uitae insignis elatio et
maximum culmen meritorum et ingenium in appetitum
caelitem propositumque sidereae cupiditatis extulerit, in
95 deorum numerum cooptentur ac mox inter alios, quos
aut Nilus dabat aut Thebae, Aeneas Romulus aliique, quos
postea astris doctrinae nomen inseruit, designati caelites
nominentur, ut post membra corporea deorum fierent
96 curiales. his quoque annuente Ioue iubetur quaedam
grauis insignisque femina, quae Philosophia dicebatur,
24 G hoc superi senatus consultum aeneis incisum tabulis per
97 orbes et compita publicare. tunc Iuno condicit propter

5 uindicet B^1 || 7 suadentē meritis *BD* || 14 cunae ergo officiant quoi nihil? edite censendum *Grotius* || quod *scripsi* quo *BD* || 18 auspiciis *br* || 23 ud B^1R || 24 et *om.* B^1R || 26 coaptentur *Br* || 27 taebae *BR* || 33 competa *b* ||

praedictorum thalamum iuuenum et nuptialia peragenda uti postridie omnis ille deorum senatus in palatia, quae in Galaxia Iouis habitationem potissimam faciunt, diluculo conuenirent. his igitur actis solio rex ipse surrexit omnisque ille deorum numerus sedes proprias cursusque repetiuit.

⟨LIBER II

Sed purum astrificis caelum scandebat habenis 98
Nox reuocans merso fulgentia sidera Phoebo.
ardua tunc senior succendit plaustra Bootes
et spiris torvo nituerunt astra Draconi,
auratis etiam flagrans splendebat in armis
qui trahit aestifero fulgentem Sirion ortu,
hoc quoque Nysiacis quod sparsum floribus ardet
multiplici ambitum redimitur lumine sertum.
uirginis interea trepidas perlabitur aures
fama Iouis magno dum complet tecta boatu.

Denique ipse compertis⟩ superum decretis adultaque 99
iam nocte Philologia peruigilans multa secum ingenti cura anxia retractabat. ingrediendum primo senatum deum Iouisque subeundos inpraemeditata uisione conspectus

---

3 ł habitationem *r* arbitrationem *BR* || 6 *subscriptum* securus melior felix us (as *in ras. B*) p̄ (ꝑ *B*) com̄. consist̄. rethor (rhetor *B*) urƀ. (urbis *litteris* is *in ras. B*) R̄ ex mendosissimis exemplaribus emendabam contra legenae (legente *B*) deutero (eucherio *in ras. B*) scolastico discipulo meo romae ad portā capenā consist̄ (coñs *B*) paulini uic̄ (uc̄ *B*) . sub die non̄ martiarū christo adiuuante MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE LIBER PRIMVS EXPLICIT (INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER *add. B*) *in BR et eadem fere in D cf. O. Iahnius actorum acad. Lipsiensis V p. 351 sq.* || 10 boothes *D* || 11 dracone *D* || 13 syrion *B* || 14 nisyacis *B* nisiacis *D* ||

100 exiliendumque sibi in superam caelitumque sortem. deinde
25 *G* ipsi sociandum esse Cyllenio, quem licet miro semper
optarit ardore, tamen uix eum post unctionem palaestri-
cam recurrentem dum flores ipsa decerperet praelectis
quibusdam herbusculis conspicata. quid quod utrum sibi
haec nuptialis conduceret amplitudo anxia dubitabat? nam
certe mythos poeticae etiam diuersitatis delicias Milesias
historiasque mortalium postquam supera conscenderit
se penitus amissuram non cassa opinatione formidabat.
101 itaque primo conducatne conubium atque aetherii uerticis
pinnata rapiditas apto sibi foedere copuletur ex nuptiali
102 congruentia numero conquirit. moxque nomen suum
Cylleniique uocabulum — sed non quod ei dissonans dis-
crepantia nationum nec diuersi gentium ritus pro locorum
causis cultibusque finxere uerum illud quod nascenti ab
ipso Ioue siderea nuncupatione compactum ac per sola
Aegyptiorum commenta uulgatum fallax mortalium curio-
sitas asseuerat — in digitos calculumque distribuit. ex
quo finalem utrimque litteram sumit, quae numeri pri-
mum perfectumque terminum claudit. dehinc illud quod
in fanis omnibus soliditate cubica dominus adoratur. lit-
teram quoque, quam uim mortalitatis asserere prudens
Samius aestimauit, in locum proximum sumit ac sic mille
103 ducenti decem et octo numeri refulserunt. quos per no-
uenariam regulam distribuens minuensque per monades
decadibus subrogatas in tertium numerum perita re-
104 strinxit. suum quoque uocabulum per septingentos ui-
ginti quattuor numeros explicatum in quaternarium duxit,
qui uterque numerus congruenti ambobus ratione signa-
105 tur. nam et ⟨ille, quod ratio principium medium finem-
que dispensat, pro certo perfectus est, quippe lineam facit
solus et solidorum frontes incunctanter absoluit. nam

2 sociandum *scripsi* sociandam *BR* || 3 obtarit *R* || 5 her-
buscolis *R* || utrumne *b* || 8 conscenderet B^1R || 9 ammissu-
ram B^1R || formidat B^1R || 11 pennata *bR* || 21 solyditate
R || cubica *r* cybica *B* cybi ac *R* || 22 uim *B* uimuum *R* *sed
cf. Heinsius in Burm. Ouid. I p. 254* || 25 distribuens *om.* B^1R ||
26 restrinxit *R* || 32 fontes B^1 ||

longitudine profunditateque censentur. dehinc quod nu-
meri triplicatio prima ex inparibus κύβον gignit. tres
autem symphonias quis ignorat in musicis? Numerusque
inpar maribus adtributus. omne uero tempus tribus uici-
bus uariatur. atque idem numerus seminarium perfecto- *26 G*
rum sexti uidelicet atque noni alterna diuersitate iunctu-
rae. rite igitur deo adtribuitur rationis. Philologia autem 106
quod etiam ipsa doctissima est, licet femineis numeris
aestimetur, absoluta tamen ratione perficitur. nam qua-
ternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem
ideoque perfectus est et habetur⟩ quadratus ut ipse Cylle-
nius, cui anni tempora caeli climata mundique elementa
conueniunt. an aliud illa senis deieratio, qui μὰ τὴν τε- 107
τράδα non tacuit, confitetur nisi perfectae rationis nume-
rum? quippe intra se unum secundum triademque ipsum-
que bis binum tenet, quis collationibus symphoniae peragun-
tur. nam tres ad quattuor epitritus uocitatur arithmetica
ratione ac diatessaron perhibetur in musicis. item intra
eum iacent tres ad duo, quae hemiolios forma est sym-
phoniamque secundam, quae diapente dicitur, reddunt.
tertia symphonia diapason in melicis perhibetur diplasio-
que conficitur hoc est uno duobus collato. igitur quater-
narius numerus omnes symphonias suis partibus perfectus
absoluit omniaque mela harmonicorum distributione con-
quirit. hanc igitur discutiens numeri congruentiam perita
uirgo gratulatur. denique utrumque consociat et trias 108
quaternario sociata heptadem facit. qui numerus rationis
superae perfectio est sicut et ὁμαλῶν illa docet plenitudo.
an aliud fatalis temperamenti cursus siderumque circuli
motusque testantur intraque latebras uteri septimo mense
absoluta mortalitas? dehinc quod trias triplicata nouem
numeros facit quaternarius autem per διπλάσιον gemina-

2 cybon *BD* || 4 adtributus est *D* || 12 clymmata *R* climmata *B* || 13 deieratio *BR* dei ratio *b* || ma nen tetramadan *R* ten tetradan *B* || 15 triadenque *BR* || 19 emiolos *R* emiolios *B* || simphoniamque *R* *quod amplius non notabo* || 26 deinde *R* || 27 eptaden *BR* || 28 sicut et ΙΛΟΜΛΛΩΝ *R* sicut ЄΠ*Θ ΜΑΛΩΝ *B* || ille *R* || 32 ΔΙΛΠΛΑCΙΟΝ *R* ||

tus octo reddit. nouem uero ad octo epogdoi numeri efficiunt iunctionem tantumque pensat in numeris quantum symphonia diapason in melicis, quae tonon facit qui est consonae unitatis continua modulatio. ex quo nihil est quod discrepet aut resultet in medio consentaneaque con-
109 gruit iugitate. ergo praedictorum nominum numerus concinebat. sic igitur rata inter eos sociatio copulam nuptia-
27 G lem uera ratione constrinxit, ex quo commodissimum sibi conubium laetabunda alio mentis fluctu multiuida ⟨concitauit. nam nihil diffidens animo decori formae ac substantiae coepit formidare corporeae. quippe perferendos flammarum caelestium globos et ignes ardentium siderum mortalibus adhuc artubus et macilenta gracilitate siccatis
110 non cassum tremebunda formidat. sed aduersum illa quoddam Abderitae senis alimma, cui multa lapillis surculisque permixtis herbarum etiam nemorumque congesserat, praeparauit. Colchica etiam in centum uoces continuata fiducia adamantini cacuminis inpressione signatur, quod aduersum ignes superos et deorum confinia praeparata decoris incuriam uenustatis etiam lumine submouebat. denique reuibratu corpori mensis apposito irrorati
111 liquoris allinebat unguentum. sed cum talia uirgo componit, pedisequa eius Periergia⟩ utrum a matre uirginis missa an sua utpote eius collactea trepidatione sollicita
112 quid ageret conspicatur. quam cum disponentem praedicta rimatim ab ostio speculabunda cognosceret, aliam eius ancillam, cui Agrypnia uocabulum est, ac quae intra cubiculum praebebat excubias, adorta est increpare quod paululum coniuere seruandi decoris gratia uirginem non siuisset, cum ipsa haec cuncta si Philologia iniungeret
113 ualeret implere. nam iam multa asserit circuisse manci-

---

1 reddidit *R* || epocdoi *B* epocdoin *R* || 6 concinnebat B^1R || 7 copulam *B* cupiam *R* || 10 diffidens *Grotius* differens *BR* || 14 cassum *B* casum *D* in cassum *d* || 16 membrorumque concesserat *BD* || 19 quod *Dresd.* quid *BD* || 22 alliniebat *B* || 23 pedissequa *D* || 24 collactia *B* || 26 hostio *B* || 27 agrinia *RB* agrimnia *b* || ac quae *Grotius* atque *BR* || 29 conuenire *R* || 31 circumisse B^1R ||

piaque dotalia quid sollertiae quid ornatus quid denique
indumentorum sumerent comperisse. non sibi quoque
nescitum quid sponsus ipse perageret, quid Iouis palatio
gereretur an Leucothea succenderet facem lumenque pur-
pureum et an Solis remigia uigilarent sonipesque Phos-
phori comeretur. id genus innumera, quae curiosis per-
scrutationibus aspexerat, astruebat. uerum secretum 114
cubiculi repente Phronesis mater inrupit. quam cum uirgo
conspiceret, ad eam adcurrens honorandumque pectus ex-
osculans praeparatorum [poematum] consciam fecit. ue-
rum illa exuuias filiae ornatusque detulerat quis induta *28 G*
deorum sociari coetibus non paueret. itaque uestem pe-
plumque lactis instar fulgidum dedit, quod uel ex illa her-
barum felicium lana, qua indusiari perhibent Indicae pru-
dentiae uates accolasque montis Vmbracii et quantum usus
eius telluris apportat ex candentis byssi netibus uidebatur.
dehinc apponit uertici diadema uirginale, quod maxime
medialis gemmae lumine praenitebat, ex qua galeata quae-
dam obtectaque uultum uirgo instar secreti Troiani peni-
tus incisa resplenduit. at cingulum quo pectus annecteret 115
sibi prudens mater exsoluit et ne Philologia ipsius Phro-
nesis careret ornatibus eius pectori quo uerius comeretur
apponit. calceos praeterea ex papyro textili subligauit, ne-
quid eius membra pollueret morticinum. acerra autem
multo aromate grauidata eademque candenti manus uir-
ginis onerantur.

et iam ⟨tunc roseo subtexere sidera peplo 116
coeperat ambrosium promens Aurora pudorem,
cum creperum lux alma micat, gemmata Dione

---

4 leuchoeta *R* || 8 fronesis *R et hic et deinceps* || irrupit *B*
9 accurrens *B* || 10 boematum *BR* poematum *p*: *glossam de-
leui* || 13 iactis *R* || 15 Vmbracii *p* umbratia *BR* umbratii *b*
umbrati *Grotius: uidetur Maleum montem ita significare his Plinii
VI 69 (Solin. p. 205, 16 M.) uerbis adductus 'in quo umbrae ad
septentrionem cadunt hieme aestate in austrum per senos menses'* ||
osus *B p* usus *add. b* || 16 telloris *R* || 19 optectaque *R* ||
uultu *B* || 28 ambosium *B* ambronum *b* || 29 Dione *Grotius*
dea ore *B* decore *bD* ||

cum nitet, aurato fulget cum Phosphorus astro:
tunc candens tenero glaciatur rore pruina et
matutina greges quatiunt in pascua caulas:
languida mordaces cum pulsant pectora curae
et fugit expulsus Lethaea ad litora somnus.

117 Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus cietur, quem Musarum conuenientium chorus impendens nuptialibus sacramentis modulationis doctae tinnitibus concinebat. nam nec tibiarum mela nec ex fidibus sonitus nec hydraularum harmonica deerat⟩ plenitudo, sed in blandum collata cantum ac modificato fine compactum uoci uirginum complementi spatio ratum fecere silentium. ac tunc ille omnis chorus canoris uocibus dulcique modulatu praeuertit omnes organicas suauitates et cum sacrae nuneris cantilenae haec dicta funduntur

29 G scande caeli templa uirgo digna tanto foedere:
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

118 tunc Vrania ceteris paulum reticentibus coepit
sidereos coetus et culmina sacra polorum
nil iam coniciens numine fisa uide
olim disquirens nexos quid torqueat orbes,
nunc praesul causas raptibus ipsa dabis.
quae circos textura liget quae nexio claudat
ambiat et quantos orbita curua globos,
sidereos cursus quid cogat quidue retardet,
quis Lunam flammet uel minuat radius,
qui caelum stellet fomes et quanta reuoluat,
quae sit cura deis uel modus aspicies.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere:
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

119 tunc Calliope
semper complacitis amica Musis,
cui Magnesia poculum fluenta

1 fulget cum *Hauptius* et cum fit *B* et cum fulgit *Grotius* || 2 gladiatur *B* || 5 lethea *B* loethea *D* || littora *D* || 10 hidraularum *B* || 23 quid nexio B^1R^1 || 26 inflammet *r* || 27 reuoluet *R* || 33 magnesia *B* pernesia *R* *add. in marg.* ł magnesia ||

et fons Gorgonei tulit caballi,
uertex Aonidum uirens corollis
cui frondet uiolas parante Cirrha:
tu uatum mela dulcibus Camenis
et scis Pindaream chelyn referre
te dictante fides sacrumque plectrum
nouit Threicium sonare carmen.
o lux nostra sacros probare cantus
⟨suesce atque organicis beare circis.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

ac sic Polymnia 120
tandem laboris fructus aethram fulgidam
diuumque sedes ad Iouis consortia *30 G*
prouecta carpis inditoque numine
distenta dudum quae iugare rhythmica
ac disparari mixta sueta regula,
mox quid iacente quid iugata linea
trigonus recuruet circulusque torqueat,
melos probare ac tonos et crusmata
artesque cunctas⟩ solita, quaeque caelitum
possunt parare mentem ad alta culmina.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

tunc Melpomene 121
sueta cothurnatos scenis depromere cantus
soccumque ferre comicum
et reboare tua tulimus quae carmina cura
melo fauente rhythmico:
nunc tibi uirgo cano spes atque adsertio nostri
tenore uersa carminis.

---

2 caualli *r* || coraullis *br* || 3 cirra *BR* || 5 caelyn *B* cahelyn *b* || 7 nouit *Grotius* mouit *BR* || 14 ad *scripsi* ac *BD* || 16 distenta *scripsi* cruenta *BD* || rithmica *BD* || 17 disparari *scripsi* dispari *BD* || 22 mente *B* || acta *R* || 25 melphomene B^1R || 26 coturnatos *BR* || 29 rythmico *B* rithmico *R* ||

nam thalamum redimire iuuat, tu serta probato
tuis placere ritibus.
digna maritali semper uidearis Olympo
decentiorque caelitum.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

122 ac sic Clio
tu quae rhetorico clangere syrmate
atque reum rabido absoluere pectore,
quae nunc sensa ligans horrida nexibus
soritas cumuli accessibus aggerans,
nunc quid grammatica stringere regula,
quid fandi ambiguis conterat ordinem
sollers docticanis ludere sensibus:
nunc stellata poli conspice limina
et candore sacro aetheris utere:
31 G quem uero pretium est noscere lumine.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

123 mox Erato
caput artibus inclita uirgo
cui panditur ⟨ aula Tonantis,
merito tibi subditus orbis
rationibus ante repertus:
sacra fulgura cur rutilescant,
fragor intonet unde resultans,
quid agat per aperta madores
modo nubibus imbrificatis,
quid euntibus agmine nimbis
reuocet nitidissima uerna,
* * * * * * * *
rotet omnia circulus anni⟩
properantia claudere saecla.

8 rethorico *R* || 9 rapido *B* || 12 nunc *b* num *BR* || 14 docticanis sollers *BR* *transposuit Grotius* || 24 subditur *D* || 25 fulgora B^1 || 27 madorem B^1D || 28 ymbrificatis *D* || 31 *uersiculum intercidisse uideri indicaui* ||

quod habent rationis operta
canimus tibi cognita soli.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

ac tunc Terpsichore 124

laetor: honoris meritis conspicis astra uirgo:
hoc tibi sollers peperit ingenium labosque,
ista peritis tribuit cura uigil lucernis.
perdia pernoxque sacris namque operata chartis
quidquid agentes Stoici praescia dant futuris
semper anhelis docilis fomitibus tulisti.
nam Sabaeorum rapidis quid uapor edat aris,
fumida quid turicremis aura paret fauillis
omina uel certa ferant uocibus auguratis
intrepidis nec dubitans fatibus anteuortis.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter. *32 G*

dehinc Euterpe 125

uirgo perite
praeuia sortis,
quae potuisti
scandere caelum
sacraque castis
dogmata ferre,
noscere semet
quis ualuere,
quisque uidentes
lumine claro
numina fati
et geniorum
cernere uultus

---

1 quod *scripsi* quid *BR* || opeta *B*^{1}*R* || 5 terpsicore *B* repsicore *R* || 6 astra uirgo conspicis *BR transposuit Grotius* || 9 operata *Grotius* onerata *RB* honerata *b* || carthis *R* || 10 Stoici *Grotius* id casi *R* stoasi *B (sed in ras.) et R*^{m} || 19 perite *Dredensis* peritae *BR* || 27 quisque *Grotii codex* quique *BR* || 29 numine *B*^{1}*R* ||

quaeque Platonis
Pythagoraeque
esse dedisti
sidera mentes,
tuque caducis
mortalibusque
nube remota
cernere iusti
numina caeli:
⟨iure senatum
scande Tonantis,
quam decet unam
Mercuriali
foedere iungi.
scande caeli templa uirgo digna tanto foedere.
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

126 deinde Thalia
beata uirgo, tantis
quae siderum choreis
thalamum capis iugalem
ac sic fauente mundo
nurus adderis Tonanti:
ah cuius esse diui
tibi contigit maritam:
eius meante pinna
qui solus astra mundi
praeteruolans perrexit
rapidis uigil procellis,
qui cum superna tranat
freta, Tartarum⟩ recurrit,
qui solus ante currum
et candidos iugales
alti potens parentis
memorem ciere uirgam,
qui fata succidentis

---

2 phytagoraeque *B* || 17 talia *BD* || 23 ah *Lucianus Mueller* ac *BD* at *b* || 25 penna *bD* || 27 perexit *BD* || 35 facta *R* ||

reparat libens Osiris, 33 G
sationibus grauari
genitalibus repertis
quem scit pater deorum,
cui lacteam papillam
gaudens dedit nouerca,
cuius uigente uirga
dirum stupet uenenum,
cui uirus omne fanti
orbem facit gemellum.
est doctus ille diuum
sed doctior puella.
nunc nunc beantur artes
quas sic sacratis ambo,
ut dent meare caelo
reserent caducis astra
ac lucidam usque ad aethram
pia subuolare uota.
per uos uigil decensque
νοῦϲ mentis ima complet,
per uos probata lingua
fert glorias per aeuum:
uos disciplinas omnes
ac nos sacrate Musas.

Dum haec igitur Musae nunc solicanae nunc conci- 127
nentes interserunt uicissimque mela dulcia geminantur, ecce quaedam matronae sobrio decore laudabiles nec conquisitis figmentis circa faciem uultuosae uerum simplici quadam comitate praenitentes in penates uirginis thalamumque conueniunt. quarum una intenta circumspectione cautissima et omnia rerum uigili distinctione
discriminans dicebatur Prudentia uocitari. huius germana 128
sua cunctis attribuens, nullumque eo quo non merebatur
adficiens Iustitiae ferebatur sortita uocabulum. uerum 129

1 reparat *Hauptius* separat *BR* || 9 fanti *R sed* n *punctuatum* || 10 *uersiculus nondum emendatus est* || 20 nus *BR* nys *r* || 28 uerum *p* rerum *BR* ||

tertia contemptis muneribus atque abstinentia praedi-
130 canda ex morum temperantia nomen acceperat. quae
supererat fortissima ac tolerandis omnibus aduersis sem-
per infracta subeundis etiam laboribus robore quoque
corporis praeparata, Virium uocabulum possidebat. *hae*
34 G in amplexum eius osculumque deferuntur atque eam ⟨cum
intra cubiculum conspicerent per omnia trepidantem et
uelut lucifugam haesitationibus torpentem pectus eius
faciemque tractantes in conspectum omnium et publicam
131 uenire faciem compulerunt. post has ingressa quaedam
grauis crinitaque femina et ex eo quod per ipsam Iuppi-
ter ascensum cunctis in supera tribuerit admodum glo-
riosa. quam cum uirgo conspiceret ad eam omni studio
affectuque cucurrit, quippe quadam fiducia compertorum
ipsa eidem scandendum caelum fuerat augurata et nunc
ad eam in nuptias corrogandam ab ipso transmissa Maiu-
132 gena. praeterea tres puellae uultu decoreque parili ac
uenustate luculentae sertis religatae in uicem manus ro-
sarumque spiculis redimitae ad uirginem conuenere. qua-
rum una deosculata Philologiae frontem illic ubi pubem
ciliorum discriminat glabella medietas, alia os eius, tertia
pectus apprehendit, uidelicet⟩ prima ut 'laetos oculis ad-
flaret honores', secunda gratiam linguae inspirabat, animo
tertia comitatem. quippe illae Charites dicebantur et
quicquid apprehenderant uenustabant. quae quidem uir-
ginem postquam lumine repleuere, Musis admixtae etiam
gesticulationes consonas atque hymeneia dedere tripudia.
133 sed ecce magno tympani crepitu crotalorumque tinnitu
uniuersa dissultant eo usque ut Musarum cantus ali-
quanto bombis tympani obtusior redderetur et cum so-
nitu introfertur lectica interstincta sideribus, cui ritu
mystico crepitus praecinebant, qua mos fuerat nubentes
134 deas in caelestis thalami peruenire consortia. ante hanc

---

5 hae *add. Hugianus* || 9 conspectu *D* || 10 fatiem *D* || 14 fidutia *D* || 16 nubtias *B* || 19 spiculis *Koppius* speculis *BD* || 20 deosculata est *D* || 22 apprendit B^1 || 24 tercia *D* || cantes *BR* || 25 apprenderant B^1 || 26 ammixtae *B* ammixte *R* || 27 hymeneia *R* || 32 mistico *R* ||

quaedam augustioris uultus femina ac sacro lumine
aetherioque resplendens uenerabili antistitio praemine-
bat, quam cum omnes qui adfuere conspicerent, reveriti
inclitam maiestatem ut deorum omnium mundique custo-
dem. huic Athanasiae nomen fuit. 'et heus' inquit 'uirgo,
praecepit deorum pater hac regali lectica in caeli palatia
subueharis, quam quidem nulli fas adtrectare terrigenae *35 G*
et nec tibi quidem ipsi ante nostrum poculum licet.' et 135
cum dicto leniter dextra cordis eius pulsum pectusque
pertractat ac nescio qua intima plenitudine distentum
magno cum turgore respiciens 'ni haec' inquit 'quibus
plenum pectus geris coactissima egestione euomueris fo-
rasque diffuderis, immortalitatis sedem nulla tenus opti-
nebis.' at illa omni nisu magnaque ui quicquid intra
pectus semper senserat euomebat. tunc uero illa nausea 136
ac uomitio laborata in omnigenum copias conuertitur lit-
terarum. cernere erat qui libri quantaque uolumina quot
linguarum opera ex ore uirginis diffluebant. alia ex pa-
pyro quae cedro perlita fuerat uidebantur, alii carbasinis
uoluminibus impli-⟨cati libri, ex ouillis multi quoque ter-
goribus rari uero in philyrae cortice subnotati. erantque 137
quidam sacra nigredine colorati, quorum litterae animan-
tum credebantur effigies quasque librorum notas Atha-
nasia conspiciens quibusdam eminentibus saxis iussit
ascribi atque intra specum per Aegyptiorum adyta collo-
cari eademque saxa stelas appellans deorum stemmata
praecepit continere. sed dum talia uirgo undanter euo- 138
meret puellae quam plures, quarum Artes aliae, alterae
dictae sunt Disciplinae, subinde quae ex ore uirgo effude-
rat colligebant, in suum una quaeque illarum necessarium
usum facultatemque corripiens. ipsae etiam Musae prae-

---

2 aethereoque *p* athereque *BR* || antestitio *R* || *ad* praeminebat *add.* ł nite *b* || 5 atanasiae *BR* || 7 subuearis *R* || adtrectari *B* || 8 et *scripsi* sed *BR* || ipsi *scripsi* si *BR* || 12 euomueris *scripsi* uomueris *BR* || 13 obtinebis *R* || 15 semper *(ut uidetur) ante* senserat *erasum in B* || nausia B^1R || 17 quod B^1R || 19 fuerant *B* || 21 phyllyrae *B* philirae *D* || 22 animalium *b* || 23 atanasia *BD et ita saepius* || 25 egyptiorum adita *D* || 26 stellas *D* ||

sertim Vrania Calliopeque innumera gremio congessere
uolumina. in aliis quippe distinctae ad tonum ac dedu-
ctae paginae in aliis circuli lineaeque hemisphaeriaque
cum trigonis et quadratis multiangulaeque formae pro-
theorematum uel elementorum diuersitate formatae. de-
hinc pictura animalium membra multigenum in unam
speciem complicabat. erant etiam libri, qui sonorum
mela signaque numerorum et cantandi quaedam opera
139 praeferebant. postquam igitur illam⟩ bibliothecalem co-
piam nixa imitus uirgo diffudit, exhausto pallore confecta
36 G Athanasiae opem, quae tanti laboris conscia fuerat, postu-
lauit. tum illa 'ut refectior caelum sublimisque conscen-
140 das, hoc tibi accipe sorbillandum.' ac tunc matri Apo-
theosi, quae cum illa forte conuenerat et iam pridem li-
bros, qui ex Philologiae ore defluxerant, manu contingens
ac dinumerans consecrabat, auferens quandam globosam
animatamque rotunditatem sumit ac uirgini porrigit hau-
riendam. uerum ipsa species oui interioris crocino cir-
cumlita exterius rutilabat ac dehinc perlucida inanitate
albidoque humore interiore tamen medio solidior appa-
rebat. quam cum Philologia susciperet, quoniam post
tanti laboris adflictationes aestusque mentis plurimum
sitiebat, reseratis eius rotunditatis arcanis postquam rem
dulcissimam comperit totam incunctanter exhausit

continuoque nouo solidantur membra uigore
et gracilenta perit macies uis terrea cedit
aetheriumque uenit sine mortis legibus aeuum.

141 uerum diua cum inmortalitatis eam poculum cerneret
ebibisse quo e terris illam caelum pergere inmortalemque
factam uelut aenigmate redimiculi perdoceret, ex herba
quadam rurestri, cui ἀείζωον uocabulum est, uirginem
coronauit praecipiens omnia, quae adhuc mortalis aduer-
sum uim superam in praesidium coaptarat, expelleret,

---

8 numerum *D* || 10 nixi *R* || imitus *Pontanus* imitatus *BR* undanter *Grotius* animitus *Susius* || 11 constia *R* || 13 sorbilandum B^1R || 20 umore *R* || 22 adflictiones *br* || 23 siciebat *R* || 31 ΛЄΙΖΩC *BR corr. p* || 33 cooptarat *B* ||

quippe caducae mortalisque substantiae istaec esse [mī-
nima] memorabat. quae quidem omnia eidem mater ab-
straxit, postquam ⟨eam mundana transcendisse studia re-
cognouit. tunc Philologia ex aromate praeparato acerra- 142
que propria Athanasiae primitus supplicauit matrique eius
gratiam multa litatione persoluit, quod nec Vedium cum
uxore conspexerit sicut suadebat Etruria, nec Eumenidas
et Chaldaea miracula formidarit, nec igne usserit nec
lympha subluerit nec animae simulacrum Syri cuiusdam
dogmate uerberarit nec Phasi senis ritu Charontis mani-
bus inuolutam immortalitatem mortis auspicio consecra-
rit. interea conscendere iussa lecticam, quae in suggestu 143
maximo quoniam uidebatur, difficile admodum sibi ne *37 G*
dicam impossibile deputabat. in quam rem consequen-
ter implendam alumnum suum dilectum prae ceteris con-
uocauit, quo innixa omnem difficultatem superae consessio-
nis euicit, uerum idem,⟩ qui Labor ab eadem uocabatur,
non solum in lecticae culmen eam sustulit uerum caelum
cum domina impiger permeauit. quippe consociato sibi 144
quodam puero renidenti, qui nec uoluptariae Veneris
filius erat et tamen Amor a sapientibus ferebatur, a fronte
lecticam subuehere memorantur. nam postica Epimelia 145
et Agrypnia dilecta uirginis sustulere mancipia. sic enim
Athanasia praeceperat ut uterque sexus cum Philologia
caelum posset ascendere. praecedit ilico conscendentem
Musarum concinentium pompa et praedictarum comitum
uenerabilis multitudo. Periergia uero aliis comitata pe- 146
disequis dotalibusque mancipiis curiose uniuersa per-
scrutans atque interrogans sequebatur. uerum ad cul-
mina arcis aeriae comitatus ille cum uirgine propinqua-
bat. et ecce aduenire subito deorum Pronuba nuntiatur, 147
ante quam Concordia Fides Pudicitiaque praecurrunt.
nam Cupido corporeae uoluptatis illex licet eam semper 148

---

1 mortalitatisque *R* || iste *R* || *glossam deleui:* minimanima *num Grotii codex re uera habuerit iure dubites* || 8 ad *pro* et *B* || caldea D chaldea *B* || formidauit *BD* || 9 limpha *D* || 10 charantis *D* || 11 consecrauit B^1D || 22 morantur B^1R (moliuntur *p*) || pymelia *B* ||

anteuolet, Philologiae occursibus non ausus est interesse.
149 at ubi in conspectum nubentis diua peruenit atque ut mos uirginis erat litauit aromatis, deam talibus deprecatur 'Iuno pulchra licet aliud nomen tibi consortium caeleste tribuerit et nos a iuuando Iunonem unde et Iouem dicimus nominemus, siue te Lucinam quod lucem nascentibus tribuas ac Lucetiam conuenit nuncupare, nam Fluoniam Februalemque ac Februam mihi poscere non necesse est, cum nihil contagionis corporeae sexu intemerata pertulerim, Iterducam et Domiducam Unxiam Cinxiam mortales puellae debent in nuptias conuocare ut earum et itinera
38 G protegas et in optatas domos ducas et cum postes unguent faustum omen adfligas et cingulum ponentes in thalamis non relinquas, Opigenam te quas uel in partus discrimine uel in bello protexeris, precabuntur, Populonam plebes, Curitim debent memorare bellantes, hic ego te Heram potius ab aëris regno nuncupatam uoco: da nosse poscenti quid haec aeria latitudo atque atomis perlucentes concurrentibus campi animantum gerant quidue hic dicatur numinum subuolare. non enim de humilitate aëris illius quaero, qui uolucribus permeatur quem Olympi montis cacumen excedit qui uix decem stadiorum altitudine sublimatur, sed elata disquiro et iam fas puto quicquid περὶ δαιμόνων lectitans intellexeram conspicari.'
150 hic Iuno conscendentis precibus non repugnans eam secum in arces ducit aerias atque exhinc multarum diuersitates edocet potestatum. 'illi' inquit 'quos ignitae substantiae flammantisque suspicimus, ab ipso aetheris sphaeraeque superioris ambitu usque solarem circulum demeantes ipsi dicuntur di et caelites alias perhibentur causarumque latentium arcana componunt. sunt enim

---

3 deprecatur *b* depraecantur *R* deprecantur *B* || 5 tribueret *R* || 7 fluuoniam *BR corr. Grotius* || 10 cinctiam *R et deleta* c *B* || 14 soticenam *BR* || quas uelint partus *R* || 15 poplonam *RB*[1] || 16 Heram *Grotius* aeram *B* aeriam *b* eram *R* || 18 athomis *Db* || perlacentes *D* || 23 at *B*[1]*D* || 24 ευδημωνιας *D* ЄΥΔΑΙΜΟΝΙΑϹ *B corr. Grotius* || conspirari *D* | 28 aethere *B* aetheris *bD* ||

puriores nec admodum eos mortalium curarum uota sol-
licitant ἀπαθεῖϲque perhibentur. illic Iouem regnare cer-
tissimum est. at intra Solis meatum usque lunarem glo- 151
bum secundae beatitatis numina supparisque potentiae,〉
per quae tamen uaticinia somniaque ac prodigia compo-
nuntur. haec aruspicio exta fissiculant admonentia quae-
dam uocesque transmittunt auguratisque locuntur omini-
bus. plerumque enim quaerentes admonent uel sideris
cursu uel fulminis iaculo uel ostentaria nouitate. sed 152
quoniam uni cuique superiorum deorum singuli quique
deseruiunt, ex illorum arbitrio istorumque comitatu et ge-
neralis omnium praesul et specialis singulis mortalibus
Genius admouetur, quem etiam Praestitem quod praesit
gerundis omnibus uocauerunt: nam et populi Genio cum
generalis poscitur supplicatur et unus quisque guberna-
tori proprio dependit obsequium. ideoque dicitur Genius, *29 G*
quoniam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem
copulatur. hic tutelator fidissimusque germanus animos
omnium mentesque custodit. et quoniam cogitationum 153
arcana superae annuntiat potestati, etiam Angelus poterit
nuncupari. hos omnes Graeci δαίμοναϲ dicunt ἀπὸ τοῦ 154
δαήμοναϲ εἶναι, Latini Medioximos uocitarunt. qui qui-
dem omnes minus lucidae splendentisque naturae quam
illi caelestes sic ut conspicis approbantur. nec tamen ita
sunt corpulenti ut hominum capiantur obtutu. hic igitur 155
Lares hic post membrorum nexum degunt animae pu-
riores, quae plerumque si meritorum excellentia subli-
mantur etiam circulum solis ac flammantia saepta tran-
siliunt. dehinc a lunari circulo usque in terram quicquid 156
interpatet interstitii proprii partitione discernitur et ab
orbe lunari interfusa medietas disparatur. sed superior
portio eos sic ut conspicis claudit quos ἡμιθέουϲ dicunt

---

2 ΑΠΑΘΕCque *BD* || 3 intra *Vulc.* infra *BD* || 6 fessicu-lant *BR* fisiculant *b* || ammonentia *BR* || 7 omnibus B^1R || 8 ammonent *BR* || 10 deorum superiorum *R* || 13 ammouetur *BR* || 21 demonas *B* daemonas *R* || apotu *BR* || 22 de∗meny (y *corr. ex* u) *B* daemenu *R* daeomenu *r* || latine B^1R || 27 sublimantur *scripsi* subuehantur *R* subueantur *B* ||

quosque Latine Semones aut Semideos conuenit memo-
rare. hi animas caelestes gerunt sacrasque mentes atque
sub huma-⟨na effigie in totius mundi commoda procrean-
157 tur, qui quidem plerumque sui miraculo fidem fecere cae-
lestium, ut in ortu Herculis geminatae noctis obsequium
serpentesque idem paruus oblidens uim numinis appro-
bauit, Tages sulcis emicuit et ritum statim gentis †sypnum-
que monstrauit, Hammon apparuit cum cornibus arietinis
et uestimento lanitio ac sitientibus undam fontis exhibuit.
158 quid loquar eos qui primi mortalibus usum rerum maiora-
que commoda praestiterunt? ut uitem Dionysus apud
Thebas, Osiris apud Aegyptios haustum uini usumque
comperiens, frumentum Isis in Aegypto, Triptolemus apud
Atticos docuere. eademque Isis lini usum sementemque
monstrauit. comminuendae frugis farrisque fragmenta
40 G Pilumno assignat Italia. ascribit Asclepio Graecia medici-
159 nam. alii quoque huius generis homines in diuinandi⟩
usum et praescientiam procreati ut Carmentis in Arcadia
ab effuso per uaticinia carmine memorata, Sibylla uel
Erythrea quaeque Cumaea est uel Phrygia: quas non de-
cem ut asserunt sed duas fuisse non nescis id est Hero-
philam Troianam Marmensi filiam et Symmachiam Hip-
potensis filiam, quae Erythra progenita etiam Cumis est
uaticinata. ex hac diuinandi possibilitate Amphiaraus
160 Mopsusque celebrati. a medietate uero aëris usque in
montium terraeque confinia Hemithei Heroesque uersan-
tur, qui ex eo quod heram terram ueteres dixerunt Heroes
nuncupati. ibique Manes id est corpori humano praesu-
161 les attributi, qui parentum seminibus manauerunt. deni-

---

1 sermones *R* || 7 sypnumque *D* sipnumque *B* al exitum *add. b* haruspicinamque *Grotius* inspiciumque *Barthius* || 9 uestimentum *BD corr. p* || 11 dyonisius *B* dionisius *D corr. Munckerus* || 12 osyris *BD* || 16 assignat *cod. Vossianus (Arntzenii misc. p. 211)* signat *BD* || 18 archadia *B* || 19 ecfuso *R* || sybilla *B* syllaba *R* || 20 erytrea *BR* || cymea *BR* || frygia *B* frigia *R* || 21 herophylam *B* therophylam *b* therophilam *R* || simachiam *B* simmachiam *R* || ypotensis *B* || 23 erytra *BR* || 26 emithei *B* || herohesque *BR* || 27 eram *B*¹*R* || edixere *B*¹*R* || herohes *B* || 29 parentium *B*¹*R* ||

que haec omnis aëris a luna diffusio sub Plutonis po-
testate consistit, qui etiam Summanus dicitur quasi sum-
mus Manium. hic Luna, quae huic aëri praeest, Proser-
pina memoratur. uerum illi Manes quoniam corporibus 162
illo tempore tribuuntur quo fit prima conceptio, etiam
post uitam isdem corporibus delectantur atque cum his ma-
nentes appellati Lemures. qui si uitae prioris adiuti fue-
rint honestate in Lares domorum urbiumque uertuntur.
si autem deprauantur ex corpore Laruae perhibentur ac 163
Maniae. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt con-
stituti, quos ἀγαθούς et κακοὺς δαίμονας memorat Graia
discretio. in his etiam locis Summanes eorumque prae- 164
stites Mana atque Mantuona, di etiam quos Aquilos dicunt,
item Fura Furinaque et mater Mania Intemperiaeque et
alii thripes diuorum degunt. circa ipsum uero terrae 165
circulum aer ex calore supero atque exhalatu madoreque
infero turbidatus egredientes corporibus animas quodam
fluenti aestu collidens non facile patitur euolare. hincque 166
tractum Pyriphlegethonta sollertia poeticae adumbrationis
allusit atque in eo perenni strepitu uolutata colliditur ani-
marum, quas Vedius adiudicarit, impietas [id est ⟨Pluton] *41 G*
quem etiam Ditem Veiouemque dixere. ipsam quoque 167
terram qua hominibus inuia est referciunt longaeuorum
chori, qui habitant siluas nemora lucos lacus fontes ac
fluuios appellanturque Panes Fauni Fontes Satyri Siluani
Nymphae Fatui Fatuaeque uel Fantuae uel etiam Fanae
a quibus fana dicta quod soleant diuinare. hi omnes post
prolixum aeuum moriuntur ut homines sed tamen et prae-
sciendi et incursandi et nocendi habent praesentissimam
potestatem. inter priores igitur Genios tua adhuc mor- 168
talis uirginis diua consistet. nam eccam tibi aetheria Iuno

---

2 submanus *R* || 3 manuum B^1R^1 || 5 conceptio *b* concetio *B* concestio *R* congestio *r* || 6 hisdem*B* || 9 larbae *R* || 11 agathos et cacos demonas (daemonas *R*) *BR* || 14 furinnaque *BR* furonaque *b* || 15 thripes *Grotius* triptes *BR* || 16 exalatu *BR* || 19 pyrphlegethonta *BR* || 20 perhenni *B* || 21 id est Pluton *deleuit Grotius* || 22 **iouemque *D* || 25 syluani *BD* || 26 nymfae *B* nimphae *D* || 27 hii *B* || 31 eccum *B* ||

seu Vesta est, ut iam immortali diuaeque praecipit dicens
'iam sede in concilio Iouis dilecta' demumque de acerra
169 uirginis partem sumit. tunc portitores diuae correpta
lectica magno eam molimine subuexere. sed postquam
centum uiginti sex milia stadiorum aeria subuecti leuitate⟩
conscenderant ac tonum primum ex phthongis compleuere
caelestibus, lunarem ingressa circulum uirgo diuae con-
gruis nidoribus supplicando de proximo conspicatur glo-
bosum quoddam tenerumque corpus e superni roris leui-
tate compactum instar speculi praenitentis adiaculati ful-
170 goris radios reuibrare. in eo sistra Niliaca Eleusinaque
lampas arcusque Dictynnae tympanaque Cybeleia uide-
bantur. triformis etiam discolorque uertigo terribili qua-
dam maiestate rutilabat. quae licet cornigera et aspera
crederetur, aggestionibus opportuna tamen et felem et
ceruam et conuersiones bis binas uultibus praeferebat.
171 exhinc medio quam ad lunam conscenderat, ad Cyllenii
circulum uenit. quo hemitonio permeato multiplex ei ut-
pote nubenti dominae ministrorum populus laetabundus
172 occurrit. inter quos splendentis formae habitusque femina
ac promptae ubertatis ornatibus opulenta uirgine salutata
usque in eius osculum confisa peruenit. sed mirabatur
illa obsequentium multitudo, quae sic ut Syrus quidam
42 G astruit in numero duorum milium fuerat constituta, quod
femina, quam Etrusci dicebant ipsi deo nuptam fuisse Cyl-
lenio, nulla prorsus inuidia titillata uirginem complexa
173 constrinxerat. haec autem Facundia, nam hoc illi uoca-
bulum, in Philologiae penatibus se ortam educatamque
memorabat nec indignum esse quod sibi alumna praelata
est quae et sibi semper ornatum et pabulum multis prae-
174 buerit disciplinis. uenit etiam quaedam decens ac pudi-
cissima puellarum, quae praesul domus custosque Cylle-
niae, uerum Themis aut Astraea aut Erigone dicebatur:

1 praecipit *b* praecepit *BD* || 2 in *om.* B^1D || dilecta *Hugianus* directa *BD* || 6 pthongis *B* phtongis *R* || 8 supplicanda B^1R || 10 cumpactum *R* || 12 dictinnae *R* || cybelei *R* || 14 aspera *bR* sparica *ut uidetur B* || 15 oportuna *BR* || 17 chyllenii *R* || 18 quod B^1R^1 || 21 uirgini B^1R || 33 astrea *Rb* astra *B* ||

spicas manu caelatumque ex hebeno pinacem argumentis
talibus adferebat. erat in medio auis Aegyptia, quae Ibis 175
memoratur ab incolis. sed cum petaso uertex atque os 176
pulcherrimum uidebatur, quod quidem serpentis gemini
lambebat implexio. subter quaedam praenitens uirga,
cuius caput ⟨auratum, media glauca, piceus finis extabat.
sub dextra testudo minitansque nepa, a laeua capra. sed 177
dilofon alitem, quae sit oscinum mitior, in certaminis
temptamenta pulsabat. ipsa uero Ibis praenotatum gerit 178
nomen mensis cuiusdam Memphitici. hanc tabellam cum 179
ingestam sibi cognosceret uirgo uenerata licet sponsi
cognosceret argumentum tamen non ausa est sine suppli-
catione transire. tum etiam candidior Atlantidum Iouis 180
congressu pignerisque culmine prouecta superuenit, quae
quidem nec in nurus officio sine bilance libra apparere di-
gnata est. quam uirgo uenerata quoniam satis sociam filio
recognouit duabus cum lucrorum potente dicatis coepit
honorare pecudibus. hinc festinatur ascensus et usque in 181
Veneris circulum hemitonio transuolatur ipsaque Venere,
quae nuptiis adlubescebat,⟩ quantum decebat orata hoc in
ea perhibetur intuita quod admodum pulchra tamen antias
draconibus circumflexa crebroque capillitio uulsa ambi-
farium genitalis secum congressos mitificat. mox studium 182
in solarem laborare circum, quippe sescuplo fatigabat
ascensum, qui tonos ac dimidius habebatur. ibi quandam *43 G*
nauim totius naturae cursibus diuersa cupiditate mode- 183
rantem cunctaque flammarum congestione plenissimam
beatis circumactam mercibus conspicatur. cui nautae
septem, germani tamen suique consimiles, praesidebant.
in prora felis forma depicta, leonis in arbore, crocodili in

1 caelatamque *BR* || 7 a *eras. in B* || capra *B* caprea *b* || 13 tunc *D* || athlantidum *D* || 15 ne* *B* || 15 bilance *uulgo* blance *BD* || 20 honorata *r* || 21 anthias *BR* || 22 ambifarium genitalis *scripsi (cf. Seruius ad Aen. II 632 'secundum eos qui dicunt utriusque sexus participationem habere numina')* ambifariumque nital* *B* ambifariumque nital *R* || congressos *scripsi* congressa *BR* || 25 tonus *b* || 26 nauem *B¹R* || 30 felis *marg. ed. Lugdun. 1538* felix *BR* || crocodilli *BR* ||

184 extimo uidebatur. in eadem uero rate fons quidam lucis aetheriae arcanisque fluoribus manans in totius mundi lumina fundebatur. quo uiso Philologia consurgens totaque ueneratione supplicans ac paululum coniuens oculis deum talibus deprecatur

185 ignoti uis celsa patris uel prima propago,
fomes sensificus, mentis fons, lucis origo,
regnum naturae, decus atque assertio diuum,
mundanusque oculus, fulgor splendentis Olympi,
ultramundanum fas est cui cernere patrem
et magnum spectare deum, cui circulus aethrae
paret et inmensis moderaris raptibus orbis:
186 nam medium tu curris iter dans solus amicam
temperiem superis conpellens atque coercens
sidera sacra deum cum legem cursibus addis,
187 hinc est quod quarto ius est decurrere circo,
ut perfecta tibi numerus ratione probetur:
nonne a principio geminum tu das tetrachordon?
188 Solem te Latium uocitat quod solus honore
post patrem sis lucis apex radiisque sacratum
⟨bis senis perhibent caput aurea lumina ferre,
quod totidem menses totidem quod conficis horas.
189 quattuor alipedes dicunt te flectere habenis
quod solus domites quam dant elementa quadrigam.
190 nam tenebras prohibens retegis quod caerula luce,
hinc Phoebum perhibent prodentem occulta futuri,
191 uel quia dissoluis nocturna admissa, Iseum
te Serapin Nilus Memphis ueneratur Osirim
dissona sacra Mithram Ditemque ferumque Typhonem,
192 Attis pulcher item, curui et puer almus aratri,
Ammon et arentis Libyes ac Byblius Adon.
sic uario cunctus te nomine conuocat orbis.⟩

4 plicans B^1R^1 || conibens B^1R || 12 orbes *b* || 18 a *Grotius* ac *BR* || tetracordon *BR* tetracordum *b* || 25 luce *Munckerus ad Fulgentium p. 43* lucet *BD* || 27 amissa *BD* I ad *add. b* legitur et admissa D^m || isaeum *BD* Lyaeum *Grotius* || 28 osyrim *D* || 29 mitram *BD* || forumque *BD corr. p* || 31 libi*es *B* libies *D* || biblius *D* ||

salue uera deum facies uultusque paterne
octo et sescentis numeris, cui littera trina 44 G
conformat sacrum mentis cognomen et omen.
da pater aetherios mentem conscendere coetus
astrigerumque sacro sub nomine noscere coelum.

his auditis deorum sedes iussa est permeare. uerum hemi- 194
tonio subleuatam Pyrois circulus immoratur, in quo Iouis
fuerat maximus filiorum. ex quo circulo uisus Pyriphle- 195
gethon amnis ad infera demeare. quo transgresso, neque 196
enim labor fuerat hemitonii interiecta transcurrere, in
Iouialis sideris peruenere fulgores, cuius circulus *Phrygio*
phthongo personabat. illic sidus erat temperamenti uiui-
fici ac salubris effulgentia blandisque uibratum candoribus.
cuius quidem lucis natura ex calidis umidisque commixtio-
nibus candens quadam prosperitatis tranquillitate ruti-
labat. uerum ibi sidus Iouis, nam ipse totius mundi
membra conlustrans ad deorum dicebatur imperium et
senatum caelitem commeasse. hunc etiam praetergressa 197
circum ac parili interiectione sublimis deorum rigidissi-
mum creatorem in algido haerentem pruinisque niualibus
conspicata: uerum idem quem circumire nitebatur orbis
melo Dorio tinniebat. sed ipsi praesuli nunc draconis
facies nunc rictus leonis nunc cristae cum aprugnis den-
tibus uidebantur totoque exitialis saeuiebat horrore, cui
tamen potestas pro circi granditate maior ac praelata ce-
teris habebatur. denique harpis bombisque perterrita tam
intoleranda congressione uirgo diffugit. inde maximis 198
conatibus sescuplo itinere euehuntur. nam tono ac dimi-
dio ad ipsius caelestis sphaerae globum ac laqueatum stellis
ambitum peruenitur. sicque sex tonorum conscensionibus 199
stadiorum defecta lassitudine fatigati cum diapason sym-

2 sexcentis *B*[1] || 4 mentem *scripsi* mentes *BR* || 11 Phrygio phthongo *Koppius* *pthongio *B* †pongis *R* empthongio *R*[m] || 12 uibrata *BR corr. Bas. cod.* || 21 idemque *B*[1]*R* || orbes *R* || 23 aprunis *BR* aprinis *br* || 26 arpis *BR corr. Koppius* || bombisque *b* pumisque *ut uidetur B* bomisque *R* || 27 congressio *R* || 28 itineris *B*[1]*R*[1] || 29 caelitis *BR corr. b* || 30 peruehitur *R* ||

phoniam quicquid emensi erant aduerterent consonare
perfectione absolutae modulationis post labores maximos
200 recreati paululum conquierunt. ipsa quoque Philologia
45 G lectica ⟨desiliens cum inmensos luminis campos aetheriae-
que tranquillitatis uerna conspiceret ac nunc tot diuersi-
tates cerneret formasque decanorum tunc octoginta quat-
tuor liturgos caelo miraretur adstare uideretque praeterea
fulgentes crebrorum siderum globos et circulorum alterna
201 illigatione texturas, ipsam uero, quae ambitum coercet
ultimum, sphaeram miris raptibus incitatam polosque et
axem ex caeli summitate uibratum profundam trans-
meare terram atque ab ipso totam caeli molem machi-
202 namque torqueri, tanti operis tantaeque rationis patrem
deumque non nesciens ab ipsa etiam deorum notitia
secessisse quoniam extramundanas latitudines eum
transscendisse cognouerat, empyrio quodam intel-
lectualique mundo gaudentem iuxta ipsum extimi ambi-
tus murum annixa genibus ac tota mentis acie coar-
203 tata diu silentio deprecatur ueterumque ritu uocabula⟩
quaedam uoce mentis inclamans secundum dissonas na-
tiones numeris uaria sono ignota iugatis alternatisque
litteris inspirata, ueneraturque uerbis intellectualis mundi
praesules deos eorumque ministros sensibilis sphaerae
potestatibus uenerandos uniuersumque totum infinibilis
204 patris profunditate coercitum poscitque quosdam tres deos
205 aliosque diei noctisque septimo radiatos. quandam etiam
fontanam uirginem deprecatur, secundum Platonis quoque
206 mysteria ἅπαξ καὶ δὶς ἐπίκοινα potestates. his diutis-
sime florem ignis atque illam existentem ex non existen-
tibus ueritatem toto pectore deprecata tum uisa se cer-
207 nere apotheosin sacraque meruisse. quippe quidam can-
dores lactei fluminis tractu stellis efflammantibus deflue-
208 bant. laetabunda igitur gratesque testata iter in Galaxium

---

2 quippe *B* || 7 lyturgos *B* || 11 sumitate *BD* || 14 nesciens *Grotius* sciens *BD* || 15 latitudines *Hugianus* beatitudines *BD* || 16 enpyrio *B* || 19 diu *B*; *ex euanidis litteris* dm̄ *corr. in D* || 28 ΑΠΑΧΚΑΙΔΙϹ · ЄΠΙΚΗΙΝΑ *in ras. B* ΑΑΠΑΖЄΤΔΙϹЄΠЄΧΙΝΑ *R* || 33 gratesque *B*[1]*R* || galactium *B*[1]*R*[1] ||

flectit, ubi senatum deum a Ioue nouerat congregatum.
erat autem ibi Iouialis domus, quae etiam granditate mira
mundanum ambitum possideret et decore conspicuo ful-
gorem siderum uinceret et obliquitate situs signiferum
circulum decussaret. praeterea tanto splendore renidebat
ut argenti crederetur fabricata materia. ibi septa can- *46 G*
dentia culmenque septatum limbis niualibus albicabant.
ubi iam Iuppiter cum Iunone omnibusque diuis in sugge- 209
stu maximo ac subselliis lacteis residens sponsales prae-
stolatur aduentus. qui simul Musarum uoces ac dissonis
mela dulcia cantilenis uirgine adueniente percepit, priore
loco praecepit uenire Cyllenium, cum quo Liber et Delius 210
fidi amantissimique germani, Hercules etiam, uterque Ca-
storum Gradiuusque et quicquid deorum de Ioue progeni-
tum est Cyllenii adhaerebat officio. elementorum quoque 211
praesides angelicique populi pulcherrima multitudo ani-
maeque praeterea beatorum ueterum, quae iam caeli
templa meruerant, gressus Maiugenae sequebantur. Linum 212
Homerum Mantuanumque uatem redimitos canentesque
conspiceres, Orpheum atque Aristoxenum fidibus perso-
nantes, Platonem Archimedemque <sphaeras aureas deuol-
uentes. ardebat Heraclitus, udus Thales, circumfusus ato- 213
mis Democritus uidebatur. Samius Pythagoras caelestes
quosdam numeros replicabat, Aristoteles per caeli quoque
culmina Entelechiam scrupulosius requirebat, Epicurus
uero mixtas uiolis rosas et totas apportabat inlecebras
uoluptatum. Zeno ducebat feminam prouidentem, Arce-
silas collum intuens columbinum, multusque praeterea
palliatorum populus studiis discrepantibus dissonabat, qui
quidem omnes inter Musarum carmina concinentium au-
diri licet perstreperent nullo potuere reboatu. ueniente 214
igitur introgressoque Cyllenio omnis ille deorum senatus

3 decora *R* || 4 obliquitate *scripsi* nouitate *BR* || 5 decusaret *BR* || 7 sectatum *R* || 21 archimedenque *BR* || de aureas *D* || 22 tales *B* || athomis *D* || 23 phytagoras *B* phithagoras *D* || 25 endeliciam *B* edelichiam *b* endelchiam *D* || 27 arcisilas *B* archesilas *b* archisilas *D* || 30 continentum *D* concinentum *B* || 31 reboatu *Hugianus* rabulatu *BD* ||

ueneratus uerticem ingredientis exsurgit. ipse Iuppiter
eum propter suum consessum Pallade a dextra sociata
215 medium collocauit. nec longo interiectu ipsa quoque
Philologia ambita Musis ac matre praeambula corrogatur.
qua ingrediente> ac Vestae deum nutrici eiusdemque pe-
disequae acerram illam olacem aromatis refundente omnis
ille ordo caelicolum portiones sibi competentes attribuens
216 Arabicis laetabatur halatibus. uerum uirgo ut est per
47 G omnia uerecunda licet a Ioue eius assidere confinio iube-
retur tamen ibi potius uoluit ubi Musas conspexerat ad-
217 mota Palladis consortione residere. tunc exurgens uirgi-
nis mater poscit de Ioue superisque cunctis uti sub con-
spectu omnium, quicquid sponsalium nomine praepara-
uerat Maiugena, traderetur ac demum dos a uirgine non
deesset, tuncque tabulas ac Papiam Poppaeamque legem
218 sinerent recitari. cuius petitioni iustissimae deorum sena-
tus attribuit ut in consessu caelitum offerenda probarentur.
hic Phoebus exsurgit fratris officium non detrectans ac
singulas ex famulitio dilectuque Cyllenii incipit admouere,
quae tam pulchrae cunctis quam ornatissimae refulsere.

219 Transcursa lector parte magna fabula,
quae tam morosis implicata ductibus
tenui lucernam palpitare lumine
coegit instans innitens crepusculum,
ac ni rosetis purpuraret culmina
Aurora primo conuenustans halitu,
surgens fenestras dissecaret lumine,
adhuc iugata compararet pagina
quocumque ducta largiorem circulum.
220 nunc ergo mythus terminatus, infiunt
artes libelli qui sequentes asserent.
nam fruge uera omne fictum dimouent

---

2 dextera *D* || 3 medium *om.* *D* || 8 alatibus B^1R || 10 ammota B^1R || 11 exsurgens *R* || 12 uti *om.* *R* || 15 popeamque *BR* popiamque *r* || 19 cyllenio B^1R || 26 halitu *Böttgerus in Iahnii archiui uol. XIII p. 610* habitu *BR* || 27 dissicaret B^1R || 30 mytus *B* mythos *b* || 32 demouent *D* ||

et disciplinas annotabunt sobrias
pro parte multa nec uetabunt ludicra.
habes quid instet, si potestas caelitum
faueant-⟨que Musae et chelys Latoia.

LIBER III 48 G

DE ARTE GRAMMATICA

Rursum Camena paruo 221
phaleras parat libello
et uult amica fictis
commenta ferre primum⟩
memorans frigente uero
nil posse comere usum
uitioque dat poetae
infracta ferre certa
lasciua dans lepori
et paginam uenustans
multo illitam colore,
atquin prioris ille 222
titulus monet libelli,

---

2 nectabunt *D* || 4 chelis *BD* || *subscriptum* FELICITER MARTIANI MINEI (*corr. ex* MINNEI) FELICIS CAPELLE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIB. II EXPLIC. *in B* Martiani, et Minei Felicis Capellae de nuptiis Philologiae LIB̄ SECDS EXPLICIT *in D* || 5 *inscriptum* INCIPIT DE ARTE GRĀMATICA LIB̄ III *in BD* (FELICIT̄ *add. B*) ||

mythos ab ore pulsos
artesque uera fantes
uoluminum sequentum
praecepta comparare.
ad haec iocante rictu
'nil mentiamur' inquit
'et uestiantur artes.
an tu gregem sororum
nudum dabis iugandis,
et sic petent Tonantis
et caelitum senatum?
aut si tacere cultum
placet, ordo quis probatur?'
certe loquentur illae
quae quid ferat docendum
habitusque consequentur
49 G asomato in profatu.
'haec nempe ficta uox est
et deuius promissi es,
cur ergo non fateris
ni figminis figura
nil posse comparari?'
⟨his me Camena uicit:
nudis iugabo ludum.

223 Admouerat igitur Latoides unam priori loco Mercurialium ministrarum aetate quidem longaeuam sed comitate blandissimam, quae se in Memphide ortam rege adhuc Osire memorabat diuque obtectam latibulis ab ipso repertam educatamque Cyllenio. quae femina licet in Attica, ubi maiore aeui parte floruerat, se assereret incedere palliatam, tamen ritu Romuleo propter Latiare numen et Olium caput propterque Martiam gentem Venerisque propaginem senatum deum ingressa est penulata. gestabat haec autem teres quoddam ex compactis adnexionibus ferculum, quod

---

1 mytos *B* || pulsas *bR* || 10 Tonantis *scripsi* notandis *BR* || 11 et *B* in *R(?)* || 15 quae quid *Grotius* quicquid *BR* || 24 nudis *scripsi* fugis *BD* || 31 olim *BD* Toli *Pignorius* ||

leui exterius elephanto praenitebat. unde uelut medendi sol- 224
lers magistra⟩ curandorum uulnerum insignia proferebat.
nam ex eodem scalprum primo uibranti demonstrat acu-
mine, quo dicebat circumcidi infantibus uitia posse lingua-
rum dehincque nigello quodam puluere, qui ex fauilla
confectus uel sepia putaretur illato per cannulas eadem
resanari. tunc etiam quoddam medicamen acerrimum,
quod ex ferulae flore caprigenique tergoris resectione con-
fecerat rubri admodum coloris exprompsit, quod monebat
faucibus adhibendum, cum indocta rusticitate uexatae foe-
tidos ructus uitiosi oris exhalant. demonstrabat etiam
quendam gratissimum gustum uespere multo oliuoque la-
boratum, quo depulsa uocis insuauissimae diritate canoros
etiam fieri posse memorabat. arterias etiam pectusque 225
cuiusdam medicaminis adhibitione purgabat, in quo et
cera fago illita et gallarum gummeosque commixtio et
Niloticae fruticis collemata notabantur. quae uis epithe- *50 G*
matis licet memoriam intentionemque procuraret tamen
natura sui etiam uigilias inferebat. protulit quoque limam 226
quandam artificialiter expolitam, quae octo partibus au-
ratis uelut diuersis nexionibus interstincta uibrabat, ex
qua scabros dentes uitiliginesque linguarum et sordes,
quas in Soloe quadam ciuitate contraxerant, leui sensim
attritione purgabat. haec abstrusa nosse carmina nume- 227
rosque multifidos crebrae supputationis opere putabatur.
denique quotiens curandos acceperat mos eius erat de no-
mine primo tractare. casus etiam non tacebat quanta uel
uitia creare possent uel prudentissime declinare. tunc
genera rerum, uerba etiam curandorum cum ratione capta-
bat, ne ut fieri ab aegrotantibus moris est nomen pro
nomine commutarent. tum uerborum modos tempora
figurasque [schemata] requirebat iubebatque alios quis

---

8 resectatione *B*¹*R* || 9 expromsit *R* || 10 fetidos *R* || 11 exalant *B*¹*R* || 16 cummeosque *B*¹*R* || 17 ephitematis *B* epitematis *R* || 21 aestua *R et corr. in* aestiua *B* al ex qua *add. b* || 22 uituliginesque *BR* || 23 quidam *b* || leni *b* || 27 quanta *scripsi* quanti *BR* || 28 declinare *scripsi* declinari *BR* || 31 uerborum *Br* morborum *R* || tempore *R* || 32 schemata *deleui* ||

plenitudo obtusior atque immobilis torpor insederat gradus percurrere scandereque quam plurimum operum praepositionibus aut coniunctionibus *aut* participatis in-
228 sistere totaque curandos arte fatigari. ⟨hanc igitur feminam tali multorum curatione callentem cum deorum non nulli Iatricen alii Genethliacen diuersis rerum operibus aestimarent addereturque fidei medendi sollertia quod eam opitulari posse oris uitiis nec Pallas denegaret nec ipse Maiugena, inconsentaneum tamen uidebatur incedere medicam penulatam. idcircoque ab ea et nomen et officium
229 suum ac totius expositio artis exquiritur. tunc illa ut familiare habebat exponere percunctata ac docere facile quae ab eadem quaerebantur, penula a dextera cum modestia uerecundiaque releuata sic coepit ‘Γραμματική dicor in Graecia, quod γραμμή linea et γράμματα litterae nuncupentur mihique sit adtributum litterarum formas propriis ductibus lineare. hincque mihi Romulus Litteraturae nomen ascripsit, quamuis infantem me Litterationem uoluerit nuncupare⟩ sic ut apud Graecos Γραμματιστική
51 G primitus uocitabar, tunc et antistitem dedit et sectatores impuberes adgregauit. itaque assertor nostri nunc litteratus dicitur, litterator antea uocabatur. hoc etiam Catullus quidam non insuauis poeta commemorat dicens ‘munus dat tibi Sulla litterator.’ idem apud Graecos γραμματοδιδάσκαλος uocitatur.

230 Officium uero meum tunc fuerat docte scribere legereque. nunc etiam illud accessit ut meum sit erudite intellegere probareque. quae duo mihi uel cum philosophis criticisque uidentur esse communia. ergo istorum quattuor duo actiua dicenda sunt, duo spectatiua. si quidem impendimus actionem cum quid conscribimus legimusue, sequentium uero spectaculo detinemur cum scripta intellegimus aut probamus [et] licet inter se quadam cogna-

---

1 obtunsior *R* || 3 aut *add. p* || 6 hiatricem *B* || genethliacem *BD* genethliacam *bd* || 12 percontata *B* || 14 uerecondiaque *D* || 15 grammate *BD* || 21 ita quod *B*¹*R* || 24 *Cat. 14, 9* || sylla *BR* || 32 sequentum *BR corr. p* || 33 et *om. Cant.* ||

tione coniuncta sint sic ut ceteris artibus comprobatur. nam et actor cognoscet primo quae ualeat actitare, et astronomus quaedam facit ut per ea cognoscat quae debeat comprobare. miscet etiam utrumque geometres quippe formas theorematum cum rationibus certis efficit et cognoscit.

Partes autem meae sunt quattuor litterae litteratura 231
litteratus litterate. litterae sunt quas doceo, litteratura ipsa quae doceo, litteratus quem docuero, litterate quod perite tractauerit quem informo. profiteor autem de orationis natura usuque tractare. natura est ex quibus formetur oratio. usus cum eadem utimur appellatur. his etiam materies admouetur ut de qua re dicendum sit aestimemus. oratio ipsa uero tribus gradibus eruditur id est ex litteris, syllabis et ex uerbis. 52 G

Verum in litteris gemina quaestio diuersatur. nam- 232
que aut naturales sunt aut effectae. natura enim insinuante earum nomina in loquendi substantiam procreata, artificiosa uero formatio earum lineas quas scribimus designauit ad hoc ut praesentes una uti, absentes alia potuissent. atque ita ex hac parte, qua scribitur ⟨mutae, ex illa qua legitur uoces sunt appellatae, si quidem haec auribus tantum, illa solis oculis ualeat conprehendi.

Litterae igitur aliae sunt, quae per se efficere totum 233
valeant, aliae quae nihil. nam uocales, quas Graeci septem, Romulus sex, usus posterior quinque commemorat, Y uelut Graeca reiecta. hae tamen in Latio nunc produci nunc contrahi, nunc acui nunc grauari uel etiam circumflecti, nunc aggregari nunc distrahi sine iactura sui nominis possunt. modo solae syllabas formant, nunc consonantes utrimque suscipiunt. uocalesque non nullae modo se in uicem mutant, nunc sibi cum decore succedunt. quippe A plerumque in E transuertitur, nam c a p i o c e p i facit. nunc in I ut s a l i o i n s i l i o. nunc in O ut p l a u d o p l o-

---

1 in ceteris *b* || 4 miscet *D* misit *BR* || 11 formatur *b* || 14 uero ipsa *R* || 15 id est *om. R* || 21 quae *RB*[1] || 29 aggrari *D* || 31 nullas *BD corr. p* || 32 nuper *BD corr. Hercherus* || 33 coepi *B* || 34 plaudo plostrum *scripsi* plaustro plostro *BD* ||

strum. uel in V ut arca arcula. item E litera primum in A reformatur ut sero satum. uel in I ut moneo monitus. uel in O ut a tegendo⟩ toga. uel in V ut a tecto tugurium. similiter I quoque uocalis in A conuertitur ut siquis siqua, in E ut fortis forte, in O ut qui quo, in V ut ibi ubi. non aliter O littera in A transit ut creo creaui, uel in E ut tutor tutela, uel in I ut uirgo, uirginis, uel in V ut uolo uolui. item V simili ratione conuertitur in A ut magnus magna, in I ut telum teli, in O ut lepus leporis, in E ut sidus sideris. sic igitur transformatae nunc utrimque poterunt copulari nunc ex altero nunc ex neutro, nunc aliquas partes orationis terminant nuncque
53G nullas.

234 Nam A primum utrimque sibi adsociat V et I litteras: nam et aurum et uarus dicimus et Ianus et Aiax. ex uno autem latere suscipit E ut Aeneas. ex neutro uero O. finit nomina feminina ut dea, masculina ut Iugurtha, neutra in singulari numero tantum Graeca ut toreuma peripetasma, in plurali autem Latina ut monilia. in uerbis imperandi modum ut canta, salta.
235 E autem uocalis duarum Graecarum litterarum uim possidet. nam cum corripitur ε Graecum est ut ab hoc hoste, cum producitur η est ut ab hac die. ac maxime tunc circumflexum accentum tenet. haec duas uocales id est I et V ex latere utroque complectitur ut in Euro Veientano et in eia iecore. finit uero nomina neutra ut monile, feminina etiam sed Graeca ut Calliope, pronomina ut ille iste, numerum etiam totius generis ut quinque licet ἄπτωτον sit. item uerba imperatiui modi ut sede curre, modi infiniti scribere scripsisse. I uero littera cunctis utrimque uocalibus
236 sociatur. nam A complectitur cum dicimus ianuariae et Aiax, E autem ut teneat docuerunt exempla superius demonstrata, O autem litterae copulatur in nomine Iouis

---

1 primum in *scripsi* in primum *BD* || 16 dicitur *R* || 18 O *om.* *R* || 27 eio *BRD* ł eia D^m || 33 *ad* ianuariae *add.* ł us *b* ||

et Oinone, oisus etiam dicitur — sic enim ueteres
usum dixere — V autem in iuvando et uita. haec ali-
quando uocalis geminam syllabam facit finitque omnium
generum nomen ut frugi, numerum itidem omnium ge-
nerum ut uiginti, item uerba modi ⟨indicatiui ut noui
memini, imperatiui sali ueni, infiniti iaculari lu-
ctari. O uero littera quibus uocalibus quaue ex parte 237
cohaereat superius memoratum. finit autem nomina
masculina ut Cato, feminina ut Iuno, numerum omnium
generum ut octo, item uerba actiua ut canto laudo,
modi imperatiui tantum modo unum finit ut cedo, ad- 54 G
uerbium ut subito, praepositionem ut pro. V autem 238
littera uocalibus omnibus utrimque coit praeter O ante-
latum. sola etiam V sui generis litteram non geminat
sed coniungit ut uulgus Vulcanus. finit articulos ut
tu, nomina neutra ut genu cornu, nullum autem uer-
bum claudit.

Hac tenus de uocalibus. non enim uocales astruere 239
sed omnes litteras sum iussa monstrare. uerum reliquas
quae secuntur consonantes esse non dubium est. quae
item discernuntur in semiuocales et mutas. quarum exe-
quar ratio-⟩nem. quippe F littera, quae est semiuocalium 240
prima, duas tantum modo consonantes praelata comple-
ctitur L et R ut dicimus flauus et frugi. uocales uero
complectitur ita ut I et V uocales sibi praeferri prohibeat,
nullum autem claudit finitiua sermonem. L uero littera tri-
pliciter sonat. nam exilem sonum reddit cum geminatur 241
ut sollers Sallustius, medium autem cum terminat
nomina ut sol sal, item leniter sonat cum uocales anteuenit
ut lapis lepus liber locus lucerna, plenum uero
sonum habet cum ei praeferuntur literae P G C F ut in
Plauto glebis Claudio flauo. L autem numquam
ulli semiuocali uel mutae praeponitur. quae pro D in
praepositione accipitur cum et A praefertur ut allidit
alligat. haec etiam praelata praepositione seruatur ut

---

1 oinone oisus *B* oenone oesus *R* oynone oysus *r* || 6 sili *B^1D* || 11 modo imperativo *B* imperatiuo *D corr. Vonck.* || unum finit *Vonckius* inuenitur *BD* || 18 asstruere *B* || 32 glebus *R* ||

inlepidus inlotus. utrimque autem uocales amplecti-
tur et nomina non nulla determinat: in masculino sol in
feminino Tanaquil in neutro A E I praecedentibus ut
bidental mel sil. aduerbia etiam claudit ut semel,
242 M uero littera tam in sermonis initio quam in medio esse
et in ultimis potest ut mores umbra triticum. ex
55 G consonantibus solam praecedit N ut Memnon, subsequi-
tur solam S ut Sminthius mutaturque in N non num-
quam ut cum dicimus nunquis. terminatque neutra ut
aurum et argentum, item monoptota ut nequam, in
genere masculino accusatiuum simplicem et duplicem ge-
nitiuum, item participia et uerba et aduerbia ut tractum
legam cursim, numerum etiam omnium generum ut
243 nouem decem. N autem littera plenior apparet in
primis et ultimis ut Nestor tibicen, in mediis exilior
ut mane damnum. ex consonantibus sequitur M litteram
ut Memnon, S autem praecedit ut fons mons. conuertitur
etiam in M cum eam secuntur B P M ut dicimus imbuit
impulit imminet. eadem nomina terminantur masculi-
num ut tibicen, femininum Graecum ut Siren, neutrum
244 ut culmen. R uero uocales utrimque complectitur. de con-
sonantibus S soli praeponitur ⟨ut sors fors, et X duplici
non numquam ut arx. conuertitur in L N et S ut niger
nigellus femur feminis gero gessi. finit nomina
masculina post omnes uocales ut par pater uir nitor
fur, feminina post E et O ut mulier soror, neutra post
omnes praeter I ut calcar piper marmor sulphur.
finit uerba et aduerbia ut uenor uador. S non nulli lit-
245 teram non putarunt. nam Messalla quendam sibilum dixit.
quae tamen utrimque P litterae copulatur ut spado
psittacus, et C Q T sequentes amplectitur ut Scaurus
squama stella. in plures etiam transitum facit ut in L.
dicimus enim modus modulus, in N sanguis san-
guinis, in R flos floris, in D custos custodis, in
T nepos nepotis. terminat et masculina et feminina

8 smithius *R* || 9 numquis *R* || 18 sequntur *b* || 23 non nunquam *D* || in el *D* || 26 femina *B*[1] || 27 praeter s et i *B* || 29 messala *BD* || 31 psitacus *D* || 33 et *om.* *D* ||

post omnes uocales, neutra post A O V ut uas os nemus. huic litterae diuus Claudius P adiecit aut C> propter ψ et ξ Graecas ut psalterium sacsa. X autem 56 G 246 nemo litteram putat, quoniam duplex est. constat enim ex G et S ut rex regis aut ex C et S ut nux nucis. in V aliquando transuertitur ut nix niuis, et C pix picis. haec in Latinis numquam ponitur prima, apud Graecos autem ponitur ut Xantho. et masculino et feminino omnibus uocalibus sociatur ut Aiax frutex calix uelox Pollux et feminino ut fax lex lodix celox lux. neutrum nullum claudit.

Transactis semiuocalibus mutae sunt perquirendae, 247 quae ideo hoc nomine nuncupantur, quoniam nisi illis uocales adsociatae succurrerint, intra oris sonitum ante auspicia moriuntur. B prima omnibus uocalibus utrimque 248 conectitur, praefertur consonantibus L et R ut blaesus et breuis. transit in C ut succurrit, in F ut sufficit, in M ut summittit, in P ut supponit, in S ut sustulit. finit nihil nisi tres praepositiones ab ob sub. C uocales utrimque collaterat, 249 consonantes quasdam praecedit L T R M N ut clarus tectum crus Acmon Cnidus. finit articulos, quos pronomina uocant hic haec hoc et aduerbia ut sic huc hic. sola mutarum antecedentem uocalem producit et pro duplici habetur ut hic hoc haec. D 250 utrimque uocales tenet. praeponitur R litterae in Druso, M litterae numquam praefertur in Latinis, in Graecis autem aliquando ut Dmolus. sic et N ut Ariadne. transit in C ut accidit, in R ut aggerat, in L ut alligat, in P ut apponit, in S ut arripit, in S ut assidet, in T ut attinet. finit articulos neutralis generis ut illud istud, et praepositionem ut apud. G omnibus uocalibus praefertur, sequitur A 251

2 P] Π *D* || propter γ et z (*corr. in* ʒ) *B* propter psi et chi ł xi *b* propter γ et I *R* || 3 saxa *BR* || 6 C *om. R* || 7 in t ut nox noctis *post* picis *add. p* || 10 *pro* uelox *coni.* ferox *Vonckius* || 11 celox *Koppius* uelox *BR* || 20 C *om. R* || 21 clares *R* || 22 nidus *R* || 23 pronima *R*[1] || 24 hoc *B*[1]*R*[1] ||

litteram ut in aggere, quae quotiens geminatur ad-
57 G iungitur. praefertur R litterae ut graue, L ut gla-
dius, N ut ignis. in C quoque conuertitur ut rego
252 rector. nihil [quoque] concludit. H aspirationis no-
tam esse certissimum est. quae aliquando uocalibus ac-
cedit ut hospes et heres. transit in X ut traho
traxi. hanc Graeci diuiserunt. nam pars eius dexte-
rior aspirationis nota est, sinistra contrariae significa-
253 tionis. K uero nunc nota putatur esse nunc littera,
nam eius effectus C integrare ⟨non dubium est absque
254 his kapita kalendae kalumniae. P autem con-
uenit utrimque uocalibus, R litterae praeponitur ut
prandere, L ut placere, T ut Ptolemaeus, S ut
255 psittacus, N ut in Sypno. terminat uero nihil.
Q quidam litteram non putabant et uincerent nisi in
equo et equitatu appareret expresse. numquam sine
duabus uocalibus ponitur, quarum prior erit V et sic
ceterae consequenter ut quartus questus Quirites
quotus equus. constat autem ex C et V ideoque
duplex et composita dicitur nec geminatur. nullam singu-
256 larem litteram comprehendit, finit nihil. T uocales ex
utroque concludit ut in coniunctionibus et praepositio-
nibus. praecedit L ut in Tlepolemo, M in Tmolo,
N in potnia, R in Troia. finit neutra caput sin-
ciput lact. articulos terminat ut quot tot. uerba ut
257 legunt. aduerbium et interiectionem ut ut ****. Z a
Graecis uenit⟩ licet etiam ipsi primo C Graeca uteban-
tur, nam Sethum dicebant, quem nunc Zethum di-
cunt. tamen haec geminata etiam ab ipsis habetur. nam
a T et C componitur, quam ut aduertas duplicem, num-

---

4 quoque *deleui* || adspirationis *R* || 5 aliquando *b* quando *BR* || accedit *Koppius* accidit *BR* || 8 adspirationis *R* || 13 ut prandere *b* prandere *BD* || t ptholomeum *D* t ptolomeus *B* t ut ptolomeus *b* || s psitacus *D* s psittacus *B* s ut psittacus *b* || 14 in *om. D* || sympnu *B* oppidum hispaniae *add. b* simpno *in ras. D* || 23 tleptolemo *D* || tmolon *D* || 24 ut caput *D* || 26 *pro* ut *coni.* atat *Grotius* (interiectionem: ut ut at at *p*) || *lacunam indicaui* || 28 setum *BR* || zetum *BR* || 29 gemina *B* || 30 T *om. R* ||

quam poterit geminari. haec praeponitur M litterae ut
Zmyrna. ex his igitur uniuersis XVIII litterae neces- 258
sitatem cunctae conscriptionis absoluunt. placet enim
mihi Y in uocalium numerum congregari. neque sine
hoc Hyacinthus aut Cyllenius poterit annotari. sic
igitur erit ut senae fiant uocales, XII semiuocales et mutae. *58 G*
si enim H aspirationi dabitur superuacuaeque erunt Q 259
et K, X autem ut duplex in elementi cardine non probatur, Z uero a Latinis excluditur, XVIII numero sic ut
dictum est supersidunt. quae tamen cum superuacuis 260
reiectisque cunctis ex unius uocis sonitu conformatae
diuersas naturalis harmoniae causas sub oris concinentia reppererunt.

Namque A sub hiatu oris congruo solo spiritu me- 261
moramus.

B labris per spiritus impetum reclusis edicimus.
C molaribus super linguae extrema appulsis exprimitur.
D appulsu linguae circa superiores dentes innascitur.
E spiritus facit lingua paululum pressiore.
F dentes labrum inferius deprimentes.
G spiritus cum palato.
H contractis paululum faucibus uentus exhalat.
I spiritus prope dentibus pressis.
K faucibus palatoque formatur.
L lingua palatoque dulcescit.
M labris inprimitur.
N lingua dentibus appulsa conlidit.
O rotundi oris spiritu conparatur.
P labris spiritu erumpit.
Q appulsu palati ore restricto.
R spiritum lingua crispante conraditur.
S sibilum facit dentibus uerberatis.
T appulsu linguae dentibusque inpulsis extruditur.

---

5 iacynctus *B* || si *R* || 7 in *Grotius* sine *BR* || 11 confirmatae *BR*[1] || 12 naturales armoniae causa *R* || 24 conrasis *BR corr. p* || 31 spiritus *BR corr. Vulc.* || 35 extuditur *BR* ||

V ore constricto labrisque prominulis exhibetur.
X quicquid C atque S formauit exsibilat.
Y appressis labris spirituque procedit.
Z uero idcirco Appius Claudius detestatur quod
39 G dentes mortui dum exprimitur imitatur.

262 ⟨Perstricta est cursim rationis regula primae,
quae multis tendi sueta uoluminibus.
in qua iuncturis quid nectat littera utrisque,
quo admittat sociam uel faciat latere,
quae quo transiliat conuersis legibus usu,
et transformatum nomen habere uelit,
quas oris sonitus uel quas modulatio linguae
gignant et pulsu rupta labella suo.
nunc iam compactis cursanda est syllaba formis,
ut fastigetur longa breuisque fuat.
haec duo percurram, iuncturas littera quippe
praeueniens docuit sub ratione pari.⟩
hoc igitur subdens nectendum concipit ordo.
si uestrum superi comprobat arbitrium.'

263 haec cum Grammatice diceret eamque progredi Iuppiter Deliusque praeciperent, hic Pallas 'de iunctura syllabarum' inquit 'dum haec Litteratura deproperat, partem historicam praetermisit.' quo uirginis obiectu perterrita 'scio' inquit 'mihi plurima transeunda ne minutiora nectendo fastidium superae beatitatis incurram. proposito igitur per compendiosos calles festina perfungar, ne densis obumbrata ramalibus uelut senticosae copiae densitate siluescam.

264 Syllaba igitur dicta est, quod iunctis litteris sonitum simul accipientibus informetur. cuius ut dixi tres partes esse non dubium est: de iunctura, de fastigio,
265 [aut] de longitudinibus. iuncturae sunt genera quattuor duo naturalia, duo historica. naturalia sunt cum quaeritur una quaeque syllaba utrum ex una an gemina an neutra parte iungatur, et utrum litterae, quae inter

5 dentis morsus *Mommsenus Röm. Forsch. p. 304* || 6 perstricta *Grotius* praestricta *BD* || 32 aut *del. Hercherus* ||

se copulari non possunt, adiecta alia littera socientur ut
M et N dum non coeant uocali accedente sociantur ut
in amni et somno, quae iuncturarum genera ex hoc,
quod in litteris memorata sunt, transeantur. historica 60 G 266
uero illa coniunctio est, cum ex litteris, quae inter se
poterunt copulari, diuersitas fandi non easdem nec pa-
res numero sociaret. scribimus nos enim Musarum
primam syllabam duabus litteris, Graeci tribus. Lucilius
in datiuo casu A et E coniungit dicens 'huic Terentiae
Orbiliae' [Licinius] * * * * A et I et Lucretius crebro
et noster Maro aurai pictai. item duae iuncturae 267
sunt cum sociamus syllabas propter pedem uel uersum,
ut duae in una repente depereant, ut in synaloephe
uel cum litterae excluduntur e uerbo ut in ecthlipsi.

Hac tenus de iuncturis. nunc de fastigio uideamus. qui 268
locus apud Graecos περὶ προσῳδιῶν appellatur. hic in tria
discernitur. una quaeque enim syllaba aut grauis est aut
acuta ⟨aut circumflexa et ut nulla [uox] sine uocali est ita
sine accentu nulla. et est accentus, ut quidam putauerunt,
anima uocis et seminarium musices, quod omnis mo-
dulatio ex fastigiis uocum grauitateque componitur ideo-
que accentus quasi adcantus dictus est. omnis igitur 269
uox Latina simplex siue composita habet unum sonum
aut acutum aut circumflexum. duos autem acutos aut in-
flexos habere numquam potest, grauis uero saepe. acutum
habet in prima syllaba si dicas Caelius in secunda Sal-
lustius in tertia Curiatius, inflexum item in prima si
dicas caelum, syllaba autem paene ultima numquam acui-
turnatura ipsa sed praecedens eius id est ab ultima tertia
siue breuis siue longa sit ut Cicero Caelius. flexus
autem sonus in ea tantum modo syllaba consistit quae

4 transeantur *B* transeant *R* || 5 inter *b* in *BR* || 7 in *ante* numero *add. D* || sociarit *r* || 9 terrentiae *BR* || 10 lucinius *R* licinius *B* *uocabulum ex antecedenti* Lucilius *perperam repetitum deleui. uidetur enim uera* in genetiuo *sede sua mouisse* || 11 aulai *B* || 13 synalipte *B* sinaliphe *R* || 14 ecthlipsi *Koppius* aelipsi *B* eclypsi *R* || 18 uox *deleui* || 29 *post* ipsa *add.* breuius *D* ||

praecedit ultimam nec aliter quam ut ipsa natura longa sit et ultima tamen breuis ut⟩ Galenus. at si longa ultima, aut si paene ultima positione longa licet ultima bre-
61 G uis acutus tamen sonus fiet Galeni Camilli. inflexi proprium hoc est ut nisi longis natura syllabis non adhaereat, acutus autem et in longis et in breuibus inuenitur. omnis autem uox aut acutum aut circumflexum sonum habeat necesse est, etiam si monosyllaba sit. monosyllabae enim graui carent. omnis uox monosyllaba cum aliquid significat siue breuis est siue positione longa, acuetur ut dicimus far ars. si autem natura longa fuerit flectetur ut lux mos. disyllaba uero priorem acuunt uel cum breuis est utraque ut citus uel cum positione longa est utraque ut sollers uel alterutra positione longa ut cohors. si uero prior syllaba natura longa est et sequens breuis, flectetur prior ut luna, si posterior longa erit positione uel natura, prior acuetur ut codex docte. nulla enim longa inuenietur grauis *si* in disyllabo prior. in trisyllabis si media breuis fuerit, quam paene ultimam dicimus, non dubie graui accentu pronuntiatur, ac statim prima eius hoc est tertia ab ultima acuetur ut in Cotulo, si uero eadem longa est interest quem ad modum sit longa. si enim natura longa est breuisque ultima, media flectitur ut Cethegus Mancinus, si uero media longa erit natura et extrema longa, media acuetur ut Catoni Ciceroni, uel si positione longa erit media, acuta durabit qualiscumque nouissima fuerit ut Catullus
270 Catullo Metellus Metello. pronomina autem quae duplici modo declinantur id est aut corripiuntur aut producuntur, mediam syllabam in genitiuo casu acuunt ipsius illius. horum si secundae breues fiant, primae acuta erunt ut ipsius illius. si uero longae erunt mediae, primae graues, secundae inflexae erunt ut occidit

3 aut si *BR*[1] || ultima *om.* *B*[1]*R* || natura uel *de suo addidit Koppius ante* positione *sententiam pessum dans* || 8 habet *R* || 11 acuitur *b* || 12 flectitur *b* || dissyllaba *BR* || 14 altera *B* || 18 si *addidi quamquam omitti poterat* || dissyllabo *B* dysyllabo *R* || 26 si *om.* *B*[1]*R* ||

sol et occidit hominem. ergo primae acutae sunt cum mediae breues. cum uero mediae longae, uel acutae uel inflexae: acutae cum longae ultimae ut tenebrae latebrae manipli**. haec a superioribus ⟨[quae sunt alia 271 ut Catullus Sallustius], hoc differunt quod illa consonantes discretas habent, haec quamuis et ipsam paene ultimam positione habent longam, nullam tamen in secunda 62 G syllaba ex consonantibus sibi retinent sed in tertia sunt duae. ideoque factum est ut media haec nomina tenebras et latebras acuto accentu prima syllaba proferret, at maniplos et fenestras paene ultima syllaba acuta diceretur: quod quidam illud genus syllabae paene ultimae omnino breue putauerunt, quia non terminaretur consonante; quidam quia, licet non terminaretur consonante, proxima syllaba a duabus inciperet consonantibus et quod natura litterarum L et R quia mollis est nunc longam nunc breuem syllabam faciat. nulla autem uox Romana duarum uel plurium syllabarum acuto sono terminatur, inflexum autem non alias postremum habet nisi cuius⟩ posterior pars in syllabam natura longam excurrit ut ergo et pone. contextus orationis plerumque adimit aut mutat proprios 272 sonos singulis uocibus. adimit his quae referuntur ad aliquid sequens ut praepositionibus ante urbem. nam hic ante perdidit acutum sonum prioris syllabae. item post muros. mutant accentus adiunctis uocibus que ue ne, cum tamen conplexiua coniunctio est que, ue [cum] expletiua ut 'Latiúmque augescere uultis' et 'stimulóue meum cor' apud Attium in Pelopidis. numquam migrauit acutus sonus de primis syllabis in postremas, praeter particulas coniunctas, quarum hoc proprium est acuere

---

1 *pro* et *ras. in B* || 2 cum uero mediae (longae inflexae *add. mg.*) uel (acutae uel *add. mg.*) inflexae acutae cum longae ultimae *R* || 4 *excidit* fenestrae || quae — Sallustius *del. Grotius* || 6 penultimam *B* || 9 media *uidetur* dimidia *significare* || 10 proferrent *D* || 12 penultimae *B* || 14 quidam quia — terminaretur consonante *om. D* || 16 *pro* quia *ras. in D* || 17 faciat *B* al efficiat eam *add. b* efficiat *D* || 22 adimitis his *corr. in* ademtis his *B* al adimit *add. b* || 26 cum *deleui* || 27 *Ennii ann. 455 V.* || *Ribbeck. trag. p. 172* || 28 accium *R* actium *B* || migrabit B^1 ||

partes extremas uocum quibus adiunguntur. Graeca no-
mina cum in Latinum uertuntur, nostra regula pronun-
tiantur nisi maneant Graeca. Olympus igitur et Cau-
casus sic ut Latina proferuntur, quam acuere uel flectere
debeant secundum rationem supra scriptam apparet. sed
si manent Graeca et huic regulae in peregrinis uocibus
accedimus, necesse est tamen in obliquis casibus acutos
sonos in mediis syllabis seruent, quoniam apud Graecos
273 quoque non alio accentu haec enuntiari audimus. acutus
accentus notatur uirgula a sinistra parte in dexteram
63 G ascendente, grauis autem a sinistra ad dexteram descen-
dens. inflexi signum est sigma super ipsas literas deue-
xum. accentus partim fastigia uocamus quod litterarum
capitibus apponantur, partim cacumina tonos uel sonos,
Graeci προσῳδίας. sciendum etiam uni uocabulo accedere
omnes tres accentus posse ut est Argiletum.

274 Memoratum arbitror competenter quae sint et quem
ad modum uertantur fastigia syllabarum. nunc earum
longitudines intimabo. una quaeque enim syllaba aut bre-
uis est aut longa aut communis. breuis est cum uocalis
corripitur ac nullis consequentibus adiuuatur, aut cum cor-
275 repta forma uel littera terminatur. longa ⟨autem duobus
modis efficitur natura et positione natura: cum uocalis
producitur aut cum syllaba circumflexum accentum tenet
[uel acutum in paene ultima], aut cum monosyllaba [una
quaeque uocalis est] aut cum diphthonga repperitur uel cum
prima syllaba sub alia forma cuiuscumque uerbi compo-
sita nec uocalem nec acumen mutat. positione, cum bre-
uem uocalem aut duae consonantes secuntur siue in
eadem syllaba siue in sequenti siue per ambas diuisae aut
276 in altera tria *aut* duplex una. duplices autem sunt X et
Z: aliquando I et C fieri possunt, ut si I inter uocales sit

---

3 manent B^1R || 4 siut *B* || 6 si manente *R* si manent *r* **(*fuit* si) manente *B* al si manent *add. b* || 9 audiuimus *b* || 11 ascendentem *R* || 12 signa *R* || 16 argiloetum *B* || 24 sillaba *B* || 25 uel — ultima *deleui* || una — est *deleui* || 26 dypthonga *B* dyptonga *D* || 27 compositam *B* || 31 aut *addidi* ||

ut aio Troia, item C ut 'hoc erat alma parens.' hae autem consonantium uel duplicium quae breues adiuuant formae tunc possunt, si in eodem sermone claudantur. ceterum proximi sermonis consonantes nihil adiuuant praecedentem, licet Vergilius refragetur dicens 'arma uirumque cano Troiae' et item 'fontesque⟩ fluuios- 64 G
que uoco.' diphthongi autem sunt AE OE EV AVEI. abs- 277
que his [syllabis] nulla diphthongus memoratur.

Communium autem syllabarum modi sunt octo. nam 278
primus est cum correptam uocalem sequitur subiecta consonantibus liquida, est enim longa ut 'uasto Cyclopis in antro' breuis ut 'uastosque ab rupe Cyclopas'. secundus modus cum correpta uocalis in unam desinit consonantem sequente H, est enim longa ut 'terga fatigamus hasta' breuis 'quisquis honos tumuli'. tertius cum correptam uocalem duae consonantes secuntur, quarum prima S littera sit, est enim longa 'unde spissa coma' breuis 'ponite spes sibi quisque'. quartus modus cum breuis syllaba partem terminat orationis, est enim longa in commate ut est 'nam tibi Tymbre caput Euandrius' breuis 'hoc caput o ciues.' item alter locus, ex diphthongo fit communis: longa ut 'Musae Aonides' breuis 'insulae Ionio in magno'. cum uocalis enim sequitur, potest diphthongus breuis fieri ut 'sudibusue praeustis'. alius locus, cum longam uocalem alia uocalis sequitur, est enim longa 'o ego infelix quem fugis' breuis 'sub Ilio alto'. alius locus cum pronomen C littera terminatur uocali sequente, est enim longa 'hoc erat alma parens' breuis 'solus hic in-

---

1 *Verg. Aen. II 664* || 4 sernis *D* || 5 uirgilius *bD* || 7 *Verg. Aen. XII 181* || dypthongae *B* dyptonge *R* || 8 syllabis *deleui* || dypthongus *B* dyptongus *R* || 11 ciclopis *R* || *Verg. Aen. III 689 et 647* || 12 ciclopas *R* || 14 *Verg. Aen. VIIII 607 et X 493* || 15 honos *B* onus *R* || 16 sequuntur *B* || 17 *Terent. M. 1103* || *Verg. Aen. XI 308* || 18 modus *b* locus *BR* || 20 thymbre *B* timbre *R* || *Aen. X 394* || *Verg. Aen. XII 572* || 21 dypthonga *B* dyptonga *R* || 22 insulae] *Verg. Aen. III 211* || 23 dyptonga *B* dypthonga *b* diptonga *R* || 24 *Verg. Aen. VII 524* || 26 *Verg. Aen. V 261* || 28 *Verg. Aen. II 664 et IIII 22* ||

flexit sensus'. alius locus cum correptam uocalem subsequitur Z, est enim longa 'Mezenti ducis exuuias' breuis 'nemorosa Zacynthos'.

Dicta natura in tribus generibus syllabarum. superest ut finales dicantur, in quibus artis auctoritas et cano-
65 G nica forma consistit. ac prius de nomine retractandum.
279 nominatiuus casus singularis A littera terminatus breuis est ut Catilina Iulia. E littera finitus in Graecis longus est ut Euterpe. * * * * I autem terminatus longus est ut frugi. O breuis finitus est in Latinis ut Cato. V terminatus breuis ut cornu. AL finitus breuis est ⟨ut tribunal, EL breuis ut mel, IL breuis ut uigil excepto uno Etrusco Tanaquil. OL longa est ut sol, VL breuis ut consul. M terminatus breuis est ut tectum, licet huius raro occurrat exemplum, quia inter uocales M deprehensum uelut mytacismi asperitate subtrahitur. AN finitus producitur ut Titan, EN in neutris breuis est ut carmen, in aliis generibus longus ut lien siren. ON terminatus longus est ut Memnon. AR terminatus in monosyllabis tantum longus ut Nar far. ER finitus in latinis breuis est ut puer, excepto uno monosyllabo uer. in Graecis producitur ut aer. IR terminatus corripitur ut uir. OR terminatus breuis est ut auctor. VR terminatus corripitur ut murmur excepto uno monosyllabo fur. AS finitus in Latinis nominibus producitur ut facultas paupertas, in Graecis⟩ tunc tantum breuis est cum genitiuus DOS fuerit terminatus ut Arcas Arcados. ES terminatus in Graecis nominibus breuis est ut Anchises, in Latinis, si quintae declinationis fuerit, producitur
66 G ut dies. si tertiae, tunc longus est, cum genitiuus singu-

1 sequitur *R* || 2 *Verg. Aen. XI 7* || 3 *Verg. Aen. III 270* || zachintus *B* zacintus *R* zacinctus *r* || 8 catulina *R* || 9 *lacunam indicauit Koppius* || 10 *post* Cato *add.* in Graecis longus est ut Dido *p* || u terminatus breuis (est *add. RD*) *BRD* u terminatus longus *p* *sed talia retinui cf. p. 71, 32* || 12 breuis est *D* || breuis est *D* || 13 uno et etrusco *D* || 15 currat *B* || 16 moetacismi *B*¹*D* || 18 longus est *D* || 19 mennon *B*¹*D* || 21 uno *om. B*¹*D* || or *B* os *D* || 22 ut fur *B*¹*D* || 28 ancises *R* ||

laris non crescit syllaba ut labes uel crescens E productam ante ultimam syllabam retinet ut quies quietis. nam si eam in I mutauerit ut miles militis, aut corripuerit ut seges segetis, corripitur exceptis his Ceres pes atque his similibus. IS finitus breuis est ut agilis. OS terminatus tunc est in Latinis breuis, cum genitiuūs ante ultimam syllabam non habet naturaliter longam ut os ossis. in Graecis tunc corripitur cum genitiuus diphthongo terminatur ut Δῆλοc [τοῦ] Δήλου. VS finitus breuis est ut doctus sed longus fit si genitiuus syllaba creuerit et ante ultimam I aut V productam habuerit ut uirtus et in uno inflexibili ut pus. T derminatus corripitur ut caput. C finitus duo nomina tantum facit ut allec quod producitur, et lac de cuius declinatione dubitatur. genitiuus 280
singularis tunc producitur cum aut nominatiuo similis est ut senatus aut diphthongum habet ut Iuliae, aut I terminatur ut docti, in ceteris corripitur. datiuus singularis producitur ut Pompeio, in Graecis corripitur si I littera finiatur ut Palladi. accusatiuus singularis in Graecis tunc tantum corripitur cum A uel ON terminatur ut Thesea Delon, in Latinis uero breuis est ut doctum. uocatiuus singularis A littera terminatus in Latinis omnibus uel in Graecis femininis corripitur ut tabula Musa, in masculinis longus est Aenea. E terminatus in Latinis breuis est ut docte, in Graecis producitur ut Tydide, exceptis his quae nominatiuus Graecus OS terminat ut Phoebos Phoebe. I terminatus in Latinis longus est ut Mercuri, in Graecis corripitur ut Nai. O terminatus in Latinis breuis est ut Cato, licet Vergilius contra sentiat, in Graecis 67 G
producitur ut Dido. V terminatus corripitur ut cornu. in ⟨consonantes uero desinens nominatiui sequitur regulam exceptis Graecis nominibus, quae saepe

1 e *B* est *R* || 3 mutet *R* || 5 pes *R* spes *B* || 8 os oris *R* || 9 dypthongo *B* dyptongo *R* || 17 dypthongam *B* dyptongam *R* || 26 e *om. R* || 27 tidide *R* || 28 foebos oebe *B* phebos phebe *R* || 31 uirgilius *R* ||

mutantur uarietate linguarum ut Diomedes. ablatiuus singularis semper producitur absque cum E terminatur in his duntaxat nominibus, quae tertiae fuerint
281 declinationis ut a pariete. nominatiuus et uocatiuus plurales in masculino et feminino genere producuntur ut fluctus terrae, in neutris breues sunt ut fata, in Graecis uero cum S uel A terminati fuerint ut rhetores poemata: in aliis uero longi sunt ut Musae. genitiuus pluralis breuis est ut doctorum, in Graecis longus, sed Graeca declinatione, ut Φιλαίνων. datiuus pluralis et ablatiuus si IS fuerint terminati producuntur ut doctis, si BVS corripiuntur ut hominibus. at si Graeca sit declinatio, IN terminatus datiuus corripitur ut Arcasin, alias longus est. accusatiuus pluralis in omnibus masculinis uel femininis producitur ut doctos Iulias, in neutris corripitur ut moenia, in Graecis uero si AS fuerit⟩ terminatus et ueniat a genetiuo OS finito corripitur ut Arcadas, alias producitur ut Musas.

282 In omnibus pronominibus singularis nominatiuus correptus inuenitur exceptis duobus monosyllabis tu et qui. genetiuus singularis I uel E prolatus longus est ut mei meae, alias breuis ut illius. datiuus singularis semper productus est ut nostro exceptis mihi tibi sibi quae indifferenter accipiuntur. accusatiuus singularis corripitur ut illum exceptis me et te. uo-
68 G catiuus singularis a nominatiuo suo non dissentit. ablatiuus singularis longus est ut ab illo. nominatiuus et accusatiuus plurales tunc tantum corripiuntur cum A fuerint terminati ut nostra. genetiuus pluralis numquam producitur ut illorum. datiuus et ablatiuus plurales IS terminati producuntur, BVS finiti corripiuntur.

283 In omnibus uerbi modis temporibus numeris per-

7 rethores *D* || 10 Φιλαίνων *Hercherus* philenon *BD* || 17 genitiuo *B* || 18 archadas *B* || 20 de pronomine *ante* in omnibus *add. BR* || 22 *et* 30 genitiuus *B* || 33 de uerbo *ante* in omnibus *add. BR* || uerbi *scripsi* uerbis *BR* ||

sonis coniugationibus haec uniformis est ratio. quaecumque persona A fuerit terminata producitur ut canta. E finita breuis est ut lege, nisi a secunda coniugatione ueniat ut doce, tunc enim longa est. I terminata persona semper producitur ut nutri. O quae finitur correpta est ut audio, licet auctoritas et in his discrepet. nam primae coniugationis primam personam Vergilius longam facit ut 'canto quae solitus' et 'terra tibi mando.' tamen monosyllaba etiam producenda sunt ut do sto flo. V terminata persona producitur. AM quae finitur breuis est ut legebam. OR finita corripitur ut legor. S littera terminata uerba producuntur: si paene ultima littera A uel E fuerit ut amas doces excepto monosyllabo es et his quae ex eo fiunt ut ades. si uero I ante S habuerit, corripitur ut legis legitis excepta secunda persona indicatiui modi temporis praesentis numeri singularis a tertia coniugatione producta ut nutris audis et a uerbo uolo uis. si uero V ante S habuerit, correpta erit ut nutrimus. T littera terminata correpta sunt ut legit. C ⟨finita producuntur ut produc. participia licet per casus flectantur, a nominibus omni tamen ratione dissentiunt. 69 G

Aduerbia monosyllaba ut huc uel quae ex his 284 fiunt ut † illuc, omnia producuntur exceptis bis et ter. quae uero A finiuntur longa sunt ut una. quae in E desinunt producuntur ut docte pulchre, exceptis quae aut non comparantur ut rite, aut in comparatione deficiunt ut bene impune. quae I finiuntur longa sunt ut heri praeter ibi et ubi et quae componuntur ex ipsis ut sicubi, item quasi. quae O finiuntur a se uenientia breuia sunt, ab aliis ducta producuntur ut falso, licet auctoritas uariet. quae V finiuntur longa

---

8 uirgilius *br* || *Verg. ecl. II 23 et VIII 93* || 9 monosyllabae *R* || 13 penultima *b* || 24 *ante* aduerbia *add.* de aduerbio *BR* || 25 *pro* illuc *(cf. p. 74, 5) requiritur* adhuc *uel simile aliquid* || 27 producentur *B*[1] || 31 *post* quasi *add.* corripitur *p* ||

sunt ut noctu. quae L terminantur corripi debent ut semel. quae M N R finiuntur breuia sunt ut cursim forsan fortiter. quae S> terminantur tunc tantum producta sunt cum ante eam A habuerint. quae C finiuntur producta sunt ut illuc.

285 Omnium participiorum temporis futuri nominatiuus singularis breuis est ut lecturus, genitiuus et datiuus singularis producitur ut lecturi lecturo excepto praesentis temporis participio quod genitiuum corripit ut amantis. accusatiuum et uocatiuum breues esse constat ut lecturum lecture, ablatiuus singularis tantum corripitur ut amante legente. nominatiuus et accusatiuus plurales in masculini uel feminini generis participiis producuntur ut lecturi
70 G lecturos, in neutris corripiuntur ut lectura. genetiuus pluralis breuis est ut lectorum. datiuus et ablatiuus plurales IS terminati producti sunt, BVS finiti breuiantur.

286 Copulatiuae et disiunctiuae et expletiuae coniunctiones breues sunt, nisi positio fecerit longas. de causalibus uero et rationalibus quae A terminantur exceptis ita et quia productae sunt ut propterea interea. quae I terminantur excepta una nisi producuntur ut si. quae in N desinunt si ante eam I habuerint producuntur ut sin. alias breues sunt. ceteras uero omnes correptas esse constat.

287 Praepositiones quae in A exeunt solae productione laetantur ut contra et extra et una monosyllaba a. ablatiuae praepositiones omnes corripiuntur exceptis monosyllabis, quae uel ex uocalibus constant uel uocalibus terminantur ut e et de. utriusque casus praepositiones correptas esse non dubium est.

288 Interiectiones longae sunt si monosyllabae fuerint

---

6 *ante* omnium *add.* de participio *R* K de participio *B* || 13 plurales *b* || 14 genitiuus *B* || 16 pluralis *R* || 19 de coniunctionibus *ante* copulatiuae *add. BR* || 27 de praepositione *ante* praepositiones *add. BR* || 28 et extra *B* extra *R* 33 de interiectione *ante* interiectiones *add. BR* ||

ut heus, si uero disyllabae uel trisyllabae erunt, quoniam speciem retinent partium orationis, exemplo earum quarum similes erunt iudicandae sunt ut papae.

Haec ita ut dixi per omnes partes orationis in ultimis syllabis ⟨obseruanda sunt, exceptis positione longis et diphthongis.

Expleta cursim syllabarum pagina est: 71 G 289
iuganda demum uerba. nam probabilis
hic ordo rebus quique disgregabitur
in bina demum. prima nam PROPORTIO
dicenda, Grai ANALOGIAM quam uocant.
ac mox repulsa quae nouantur regula
uulgoque docti quae ANOMALA nominant,
bis quarta fandi quis paratur portio
uel uulneratur ductus oris integer,
quantumque solo inditum libellulo⟩
potest probare serium fastidium.

ANALOGIA est igitur, quae Latine proportio dicitur, 290
obseruatio similium inter se loquellarum. nam primum omnia nomina Latina duodecim litteris terminantur: uocalibus quinque et semiuocalibus sex atque una muta T ut caput. A igitur uocalium prima terminat masculina ut Catilina Iugurtha, feminina **** ut aduena, feminina etiam Graeca ut Helena Andromacha, pronomina quoque ut altera sola illa. quibus si detrahas A et IVS addas, genitiuum singularem feceris ut dicimus alterius solius, si uero I, datiuum ut alteri soli. illa uero quae sunt Graeca neutra ut poema toreuma tres casus in utroque numero similes habent: in genitiuo singulari TIS adsumunt, in datiuo S amittunt, et in E correptam ablatiuum finiunt, atque in plurali datiuo et ablatiuo genitiui singularis formam seruant, licet et BVS possint assumere. E correpta nomina terminata, quae 291

1 dissyllabae *B* || trisillabae *B* || 6 dypthongis *B* dyptongis *D* || 19 loquelarum *br* || 23 *lacunam indicauit Grotius* || 25 detrahis *R* || 27 solus *R* ||

Latina sunt, neutra sunt ut monile sedile. haec praeter casus, quos similes habent, datiuum cum ablatiuo confundunt ut huic et ab hoc monili sedili, quoniam ablatiuus si in E exierit quattuor casus similes faciet, quod neutrorum nominum declinatio non admittit. nam quae E producta in nominatiuo finiuntur, Graeca sunt generis
72 *G* feminini ut Agaue Autonoe Graecorum more sunt declinanda, ut nominatiuus datiuus uocatiuus et ablatiuus pares sint, genetiuus S, accusatiuus N finiantur. quae autem nomina E in A conuertunt ut Andromache Andromacha sic declinantur ut Latina in A exeuntia. I littera terminata Latina nomina totius generis sunt ac monoptota ut frugi nihili. gummi autem et sinapi peregrina sunt neutri generis et tantum numeri singularis sed casus eodem modo decurrunt excepto genitiuo, qui S recipit ut sinapis gummis, quamuis recte dicatur
292 haec gummis. O littera nullum nomen in neutro finit, nam aut masculina sunt ut Cicero aut feminina ut Iuno hirundo aut utrique generi communia ut homo. quorum declinationes in duas <species exeunt, nam aut O litteram in obliquis casibus retinent ut unio unionis, aut I ut cupido crepido cupidinis crepidinis, utraque autem syllaba crescunt in obliquis casibus praeter uocatiuum singularem. caro autem praeter hanc analogiam ut declinetur consuetudo optinuit, item Anio, quae in sua declinatione unica sunt et sine exemplis similium declinantur. faciunt enim huius carnis Anienis. duo et ambo cum sint semper pluralia, non sunt adnumeranda his quae supra dixi, sua enim consuetudine declinantur. Graeca nomina quae O littera finiuntur, ea quae a prima positione in nostram formam transierunt ut leo draco sic declinantur ut Cicero Milo, ea uero quae primam sui positionem integram seruant ut Io Ino Graeco more declinantur, ut faciant in genitiuo Ius Inus

---

4 quatuor *BR* || 9 genitiuus *R* || acusatiuus *B* et accusatiuus *R* || 15 per *ante* casus *add. Vulc.* || 22 in i B^1D || crepedinis *D* || 32 milio *BD* ||

accusatiuo Iun Inun⟩ et ceteris casibus similiter, quamquam cosuetudo hanc Io dicat. turbo si nomen est proprium, ut Cicero declinatur, si autem uim uenti significes aut puerilis ludi instrumentum, ut cupido declinatur. V littera tantum neutra finiuntur ut cornu ueru, 293 quod in plurali facit uerua. apud ueteres etiam specua *73 G* dicebant. horum nominum plurales declinationes carent dubitatione. nam tres casus ut in omnibus neutris similes sunt, item datiuus et ablatiuus in BVS syllabam exeunt, datiuus et ablatiuus singularis in genitiuo plurali VM syllabam iungit. quaeritur autem de genitiuo singulari quem alii in VS alii in V litteram egerunt, nec non datiuo quem alii in I agunt ut genui cornui, quidam ueteres secuti ablatiuo similem faciunt huic genu cornu, quoniam pluraliter genubus et cornubus amissaque ultima syllaba relinquitur datiuus singularis sicut fit in ciuibus et suauibus, et quomodo genibus et cornibus dicimus, I littera in locum V litterae transit, et sic ut optimum et maximum item dicimus cum optumus et maxumus diceretur. sunt aliqui qui genitiuo casu genuis et cornuis dicant, sed non debet genitiuus plus habere syllabas quam datiuus et ablatiuus. quamuis ergo dissimilia sint senatus et exercitus, tamen sic genus et cornus genitiuo dicendum est quem ad modum senatus et exercitus. praeterea quaecumque nomina uel participia genitiuo singulari in IS exeunt, datiuo plurali syllaba crescunt ut Catonis Catonibus, secundum quam rationem si esset genuis cornuis, genuibus fecisset, ut syllaba cresceret. L littera nomina finita du- 294 plicem formam habent. prima est in qua masculina sunt ut Annibal Asdrubal neque alia fere propria quam Punica excepto Solis nomine, item feminina ut Tanaquil nomen Etruscum, et communia ut uigil pugil, quae

4 strumentum *B*[1]*R* || 10 in genitiuo plurali *om. BR add. d* || um *B* im *R* || 12 alii in i litteram *B* litteram *omissis ceteris R* alii in is syllabam *D* || 13 quidam *b* qui *BR* || 15 genubus et cornubus *BR* genibus et cornibus *br* || 18 litterae *om. R* || transiit *R* || et *om. R* || 31 hannibal *R* ||

omnia easdem declinationes habent. Altera species neutrorum est ut mel fel, quae hoc differunt a superiore declinatione quod monosyllaba sunt et L litteram per obliquos casus geminant. nam in nominatiuo qui E littera finiuntur ut proconsule naturam propriae praepositionis intuentur, ⟨pro quippe ablatiuo tantum praefer-
74 G tur. nam respiciunt cum proconsul dicitur non duabus uocibus sed composito nomine dici ut procurator propugnator nec quicquam obesse exemplo quod haec nomina possunt uerba ex se facere ut procuro propugno [nam praepositio perit] proconsulo autem non facit licet consulo faciat. tamen si proconsule dicatur in casu nominatiuo monoptoton erit, sed propter consuetudinem proconsul dicatur, ut declinari possit, quem ad modum illa quae L littera terminantur ut uigil mugil pugil, quoniam in plurali genitiuo mugilum dicimus et pugilum: nam si mugilis esset nominati-
295 uus ut agilis, mugilium faceret ut agilium. M littera etiam neutra finiuntur ut telum scamnum. sed hoc animaduertamus, quoniam quae in nominatiuo I ante ultimam syllabam habent in genitiuo singulari item datiuo et ablatiuo pluralibus eandem gemina-⟩re debent ut lilium folium, quoniam genitiuus aut pares syllabas nominatiuo habet ut scamnum scamni aut plures ut caput capitis, pauciores numquam. praeterea datiuus O littera finitus in I eam conuertit ut scamno scamni, sed consuetudo et auctoritas ueterum ingeni [et] consili imperi per tres syllabas maluit dicere. uasum an uas dici debeat quaeritur, quoniam quaecumque neutra non M littera nominatiuo finiuntur si pluralem reci-

2 est *om. B* || 3 cum *BR* ł quod R^{m} || 4 nam in nominatiuo qui E littera finiuntur ut proconsule naturam propriae praepositionis intuentur *scripsi* nam de proconsule in nominatiuo qui E littera finiunt naturam propriae praepositionis intuentur *BR* (*de punctuatum in B*) || 7 nam *D* non *B* || 9 nec *b* ne *BD* || 11 *glossam deleui* || *ante* proconsulo *uidetur* proconsul *et ante* consulo *addendum* consul || 20 quae in *b* quae *B* qui *D* || 21 in *om. B* || 27 ingenii et *(del. p)* consilii imperii $B^{1}R$ ||

piant, datiuo et ablatiuo in BVS cadunt. itaque monile monilibus genu genibus pecus pecoribus nomen nominibus marmor marmoribus, secundum quae uas uasibus facere debuit et in genitiuo horum uasum, quoniam quaecumque neutra singularia ablatiuo E littera finiuntur, genitiuum pluralem totidem syllabarum habent quot ablatiuum singularem ut a nemore nemorum capite capitum, sed hoc nomen per anomaliam declinatur et erit singulari nominatiuo uas, genitiuo uasis datiuo uasi ablatiuo a uasi, plurali autem numero sic declinabitur ut scamna. Lucretius tamen 75 G genitiuo uasi ut 'rarique facit lateramina uasi.' N littera 296 terminantur masculina ut flamen pecten, communia duobus generibus ut tibicen fidicen, quod frequentissimi auctores non probant, nam et tibicinam et fidicinam dicunt, item neutra ut nomen flumen. quae omnia manifesta declinatione uno modo declinantur. altera species est generis masculini, quae E litteram ante extremam N seruat ut lien rien, quae tamen ipsa quoque in ceteris ut superiora declinantur. gluten quoque his simile est licet Sallustius glutinum dixerit. item feminina quasi similia uidentur. iam ren singularis nominatiuus nec ullus alius ablatiuo excepto in usu est. Graeca, quae N finiuntur, praecedentes habent litteras A E I O ut Alcman Cephen delphin Phaethon, ex quibus quae AN EN IN terminantur exemplo superiorum declinantur ut fulmen numen fidicen, quae uero ON finiuntur, si producta ON Graece declinantur ⟨ut λέων, eandem litteram et apud nos producunt ut Cicero Scipio. ea autem, quae ex productione nominatiui casus corripiuntur in reliquis figurationibus ut Amphion Creon Aga-

---

12 *Lucr. VI 233* || litteramina *R* || 18 generis *om. R* || 19 seruant *R* || 21 (salustius *R*) *fragm. hist. IIII 2 Dietsch* || feminina *R* flemina *B* ał feminina *b* || 22 iam *scripsi* nam *BR* || reo[ł] reo[n] *R* reo ren *D* re[a]ọ[ł]r [u]eo *B* (*sed ex glossa supra scripta apparet scholiastam cod. B* ren *legisse*) || 25 cefen delfin *BR* || foeton *B* feton *R* || 28 Graece *scripsi* greca *BR* || 31 anfion *BD* || agamennon *BD* ||

memnon, amittunt apud nos N litteram in nominatiuo et comparabuntur his Latinis quae conuersis casibus correpta efferuntur ut uirgo turbo. quae apud Graecos recipiunt T litteram, apud nos quoque eandem habebunt, 297 ut Phaethon Phaethontis. R littera praecedente A terminatorum ut Caesar lar far par impar una forma est nisi quod neutrum in reliquis casibus R litteram geminat ut far farris. poetarum uero licentia haec nomina pluraliter dixit, cum omnia nomina, quae pondere aut mensura aestimamus, pluralem numerum non admittant ut aurum plumbum triticum oleum. Errant ergo qui parium dicunt, quoniam haec in plurali triptota sunt ut hi Caesares hos Caesares> o Caesares, nec potest accusatiuus I habere ante S si genitiuus 76 *G* ante V R habet. uidentur tamen qui parium dicunt nominatiuum pluralem generis neutri intueri et quoniam paria dicuntur ut suauia, facere parium ut suauium. 298 R littera praecedente E terminatorum species sunt sex. prima quae genitiuo casu nullum incrementum admittit et in I litteram mutatur ut aper niger macer: apri nigri macri. secunda haec tener lacer puer: teneri laceri pueri. tertia ut imber uter, quae a superioribus hoc differt quod haec in genitiuo S litteram accipit et datiuo I finitur et non crescit ut secunda species et in genitiuo plurali IVM litteris finitur. quarta ut mater pater frater, quae datiuis pluralibus non ut prima species apris sed fratribus facit, nec ut secunda syllaba crescit et in genitiuo plurali VM syllabam habet, dicimus enim patrum fratrum non ut tertia utrium imbrium. praeterea tres casus similes habet hi patres hos patres o patres, cum imber et uter hos imbris et utris faciat. quinta species est ut passer anser later mulier, quae a secunda specie hoc differunt quod illa cum incremento syllabae I littera finiuntur ut gener

4 t *D* e *B* || 5 foeton foetontis *BD* || littera *om. D* || 9 com *D* || 13 ut *B* u *D* || 15 habeat *R* || 19 amittit *B*¹*R* || 21 haec] hoc *R* || 22 inber *R* || 27 ut *om. BR add. D* || 29 ut utrium *R* || 30 similiter *B* || hii *BR* ||

generi, haec in S exeunt ut passer passeris et in ceteris discrepat. piper namque *et* cicer neutra in quinta specie habentur, nam ut passer ita declinantur in numero singulari, quem numquam egrediuntur. sexta species ut neuter uter. neutrius enim et utrius facit et declinantur ut cetera pronomina, quae in IVS litteras genitiuos et in I datiuos agunt. praeterea eos genitiuos et datiuos communes habent cum reliquis generibus id est feminino neutroque. R littera praecedente I 77 *G* una tantum species est uir. R littera praecedente O terminatorum species sunt duae, alia quae per obliquos casus producuntur ut sopor soporis color coloris, alia corripiuntur ut arbor arboris, sed uno modo declinantur. Castoris et Hectoris genitiuos ueteres produxerunt, sed nos corripimus, quoniam Graeci horum nominum genitiuos corripiunt. R littera praecedente V terminatorum species sunt duae: prima ut satur quae genitiuo I finitur ut saturi, secunda quorum genitiuus in IS litteras exit ut sulphur sulphuris augur <auguris. neutra autem quae VR litteris finiuntur alia retinent V litteram ut sulphur sulphuris, alia in O mutant ut ebur eboris. S littera finitorum nominum formae sunt octo. 299 nam aut A littera praeponitur ut Maecenas ciuitas aut E ut uerres moles, aut I ut panis, aut O ut custos nepos, alias V ut uetus Ligus, alias R ut iners, alias N ut serpens, alias P ut praeceps. S autem littera praecedente A species sunt duae. prima ut Maecenas Laenas, secunda ut nostras Priuernas quae a superioribus hoc differunt, quod communia sunt omnibus generibus et assumere debent I litteram in genitiuo plurali quae neutralibus in plurali nominatiuo accusatiuo uocatiuo familiaris est. igitur nostratium Priuernatium dicemus, quia sunt haec nostratia> Priuernatia, sed et praegnatium et optimatium dicimus, quia accusatiuus pluralis I litteram habet ut

2 et *add. Vulcanius* || 6 ius *p* us *BR* || 14 ectoris *R* || 19 sulfuris *D* || 21 in o mutant *D* immutant *B* || 22 nominum formae sunt *B* omnium sunt *D* || 31 acussatiuo *D* ||

hos et has optimatis et has praegnatis, quamuis
ueteres praegnatum et optimatum dixerunt. prae-
gnas autem feminini et neutri generis est. as et mas
cum sint monosyllaba, analogia non tenentur sed propria
quadam declinatione assis et maris faciunt et in plurali
300 assium marium. fas et nefas aptota sunt. Graeca
nomina, quae apud nos in AS exeunt, tres species habent.
prima est ut Olympias Pythias, nam Olympiadis et
Pythiadis facit. secunda ut Pallas Thoas Atlas,
nam Pallantis Thoantis Atlantis facit. tertia ut
Aeneas Pythagoras Lycas, nam facit Aeneae Py-
thagorae Lycae, quando nostra ratione nomina quae
genitiuo in E exeunt nominatiuo A *finiuntur* ut Catilinae
78 G Catilina. sed haec Graeca sunt: ideo in nominatiuo S litte-
ram retinent. quaedam tamen perdunt S litteram in nomi-
natiuo ut Nicia Mela. Ergo in his nominatiuis con-
suetudo seruanda est. S littera praecedente E termina-
301 torum species sunt quinque. prima quorum nominatiuus
et accusatiuus et uocatiuus plurales similes sunt, genitiuus
pluralis in VM exit ut Hercules proles, Herculum
prolum. secunda species est, quae a superiore hoc dif-
fert quod genitiuum pluralem in IVM compellit accusati-
uum in ES ut nubes rupes cautes. in qua forma
masculina non habentur. tertia, quae etiam si aliquam
inter se habent differentiam in declinatione, tamen quo-
niam incremento syllabarum pares sunt in obliquis casi-
bus, in unam speciem rediguntur ut Ceres bipes
merces, masculina autem exempla non sunt nisi Graeca
ut Chremes Laches. quarta species hoc differt a
praecedente quod per obliquos casus E in I compellit,
cum superior E litteram seruat: uidelicet quoniam in no-
minatiuo non ut superiora E producunt sed contrahunt
ut hospes antistes ales comes. quinta species a

---

4 et *ante* analogia *add. r* || 5 facit *R* || 6 assum *BR* *corr. p* || 11 phytagoras *R* || licas *BR* || phitagorae *R* || 12 licae *BR* || 13 finiuntur *add. p* || 20 ercules *B* || 24 habentur *D* habent *BR* || 28 masculini *Rb* || exempli *bR*[1] || 30 per obliquos *B* ||

superiore hoc differt quod genitiuus auctus syllaba I littera finitur, qui etiam datiuus habebitur, accusatiuo in EM exit, ablatiuo in E productam, cui adiecta RVM syllaba genitiuum pluralem facit. cuius numeri nominatiuum cum prima positione et uocatiuo ⟨singulari confundit, datiuum et ablatiuum BVS syllaba finit ut facies dies spes acies. sed consuetudo rei et spei corripuit, fortasse quod monosyllaba sunt. S littera praecurrente I 302 terminatorum alia crescunt per obliquos casus, alia intra modum positionis continentur, dumtaxat in numero singulari. eorum igitur quae non crescunt species sunt duae. prima generis masculini ut scrobis mensis, licet Lucanus exiguam scrobem dixerit, feminini et communis ut canis iuuenis, quorum declinatio liquet. secunda species hoc a superiore differt quod ablatiuum 79 *G* in I litteram finit, accusatiuum in IM, ut duo sola masculina Ligeris Tiberis, feminina clauis peluis turris sitis tussis. hanc rationem declinandi manifestam diminutio facit, quae I producta in omnibus istis pronuntiatur. itaque quotiens dubitamus de nominum enuntiatione,⟩ diminutionem eius consulemus. eorum quae syllaba crescunt species sunt duae, quarum altera corripit I litteram, in qua forma sunt masculina sanguis puluis lapis, feminina cuspis cassis, in quibus nihil interest quod alia in declinatione I conseruant alia in E transeunt, item quod alia DIS alia RIS syllaba in genitiuo finiantur. altera species I litteram producit in nominatiuo glis lis amnis quam et in obliquis similiter conseruant et in genitiuo plurali I ante VM syllabam dicimus glirium litium amnium non ut superiora lapidum cuspidum cassidum. S littera praecedente O ter- 303 minatorum cum sit paruum discrimen, una species potest

1 auctus *scripsi* aucta *BR* || 6 et *om. R* || 9 crescunt *Vulcanius* crescit *BD* || 10 continetur *BD corr. Vulc.* || dumtaxxat *D* || 11 species sunt tres *BD corr. marg. Vulc.* || 12 *Luc. VIII 576* || 14 ut canis *om. D* || 16 finiunt *D* || 20 quociens *D* || 26 ris syllaba *B* trissyllaba *R* || 27 is litteram *B* || glis amnis *B* lis *add. b* gliris (glis *r*) samnis *R* || 29 glirum *R* || 30 samnium *r* ||

esse. nam cum omnia in obliquis syllaba crescant, hoc differunt quod quaedam in genitiuo S litteram in T, quaedam in D, quaedam in R conuertunt ut nepos nepotis, custos custodis, monosyllaba masculina ut flos floris, ros roris, item neutrum os oris. in ossibus autem nominatiuum consuetudo facit os contra rationem quoniam in genitiuo R non habet. sed nec ossum potest dici, quoniam neutra quae nominatiuo M terminantur BVS syllabam non admittunt numero plurali. ergo in monosyllabo anologia non te-
304 netur. S littera praecurrente V terminatorum species sunt sex. in prima genitiuus I simplici, uocatiuus E terminantur ut Marcus Sextus, genitiuus ut Marci Sexti, uocatiuus ut Marce Sexte. secunda species a superiore hoc distat quod genitiuo I geminat et in uocatiuo I terminatur ut Antonius Iulius, huius Antonii Iulii facit et o Antoni Iuli. in ceteris cum
80 G superiore consentiunt. tertia species nominatiuum cum uocatiuo miscet et genitiuo easdem litteras producte conseruat, datiuo V et I, ablatiuo V, accusatiuo VM terminantur ut senatus fluctus exercitus quae pluraliter nominatiuum cum accusatiuo et uocatiuo in VS productum agunt, genitiuum in VM, datiuum et ablatiuum in BVS syllabam. quarta species incrementum syllabae per obliquos casus accipit ita tamen ut aliquam uarietatem inter se habeant. quaedam enim V litteram <retinent alias correptam alias productam, ut Ligus Liguris palus paludis uirtus uirtutis. quaedam eandem V litteram in E mutant ut uetus ueteris genus generis Venus Veneris, quaedam in O ut nemus nemoris, quaedam tamen uno modo declinantur. laus et fraus cum sint monosyllaba et duas uocales habeant iunctas in eadem specie habentur, quia similiter syllaba crescunt. quinta species prono-

8 nec *p* nunc *BR* || 9 amittunt *R* || 12 simplici *bR* simplicem *B* || uocatiuo B^1R || 24 syllaba *R* || 30 genus generis *om. B* || quaedam in o ut nemus nemoris *om. D* || 31 quaedam *p* quae *DB* ||

minum quae VS terminantur ut unus solus totus,
quae hoc modo declinantur unus unius uni unum
une ab uno uni unorum unis unos uni ab
unis. sexta in EVS ut hinuleus eculeus a uoca-
tiuo E littera geminata efferuntur ut eculee hinu-
lee. sed quidam malunt in EV ut Tydeu uocatiuo
Graece dicere. S littera finita praecedente I neutra 305
monoptota sunt ut tressis sexis. S littera praece-
dente V duae species sunt. prima quae in I genitiuum
agit et pluralem non habet ut uulgus pelagus. ui-
rus Lucretius uiri dicit,〉 quamquam rectius inflexum
maneat. in secunda specie sunt quae per obliquos
casus crescunt et genitiuo singulari in RIS litteras ex-
eunt ut genus nemus, ex quibus quaedam V in E
mutant ut olus oleris ulcus ulceris, quaedam in
O ut nemus nemoris pecus pecoris. in dubita-
tione ueniunt fenus et stercus, in E an in O mu-
tent, quoniam quae NVS syllaba finiuntur V in E mu-
tant ut uulnus genus funus et funeratus di- *81 G*
cimus. fenus enim exemplo non debet nocere, cum
inter dubia genera ponatur. item ueteres stercera-
tos agros dicebant, non stercoratos. S littera finita 306
nomina praecurrentibus N uel R omnia sunt unius ge-
neris, nisi quae ante S R habent interdum D recipiunt
ut socors socordis, interdum T ut sollers in-
ers. in plurali quoque excepto genitiuo et accusatiuo
omnibus casibus similiter declinantur. nam quaedam
in VM genitiuo, accusatiuo in ES exeunt ut Mars Aruns,
quaedam in IVM ut sapiens patiens, et ob hoc ac-
cusatiui eorum in IS exeunt. pleraque autem ex his
nomina tribus generibus communia sunt et I litteram,
quam habent neutra in nominatiuo plurali, dant etiam

3 une *p* unus *BD* || 4 in *om. B* || inuleus *BD* || 5 inulee *BD* || 8 monoptata *BD* || 11 *Lucr. II 476* || 17 faenus *B* foenus *R* (fenus *D*) || 19 funus *RB* fenus *r* foenus *b* || funeratus *B* feneratus *Rb* || 20 fenus *RB* al fu *add. b* || 21 stercoratus *R* || 22 sterceratus *R* || 25 solers *R* || 28 arruns *B* || 31 et n litteram *B* ||

genitiuis reliquorum generum cum quibus communia
307 sunt. T littera neutra tantum nomina quaedam pauca finiuntur ut git quod non declinatur, et caput sinciput. quidam cum lac dicunt, adiciunt T propter quod facit lactis. sed Vergilius ʻlac mihi non aestate nouum non frigore defit' quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, et ideo ueteres lacte in nominatiuo
308 dixerunt. X littera terminatorum quaedam in genitiuo plurali, in quibus omnia communia, in IVM exeunt, ob hoc accusatiuo in I et S: plurima uero genitiuo in V et M non praecurrente I et ob hoc in E et S accusatiuo exeunt. nam in reliquis consentiunt utpote cum singulariter omnia nominatiuo habeant X, genitiuum in I et S agant, datiuum in I littera, ablatiuum E definiant, adiectaque M accusatiuum definiant impleantque, pluraliter uero datiuum et ablatiuum BVS syllaba finiunt. ⟨nam de ceteris *de* quibus dissident ueteres, quidam atrocum et ferocum qua ratione omnium X littera finitorum una species uidebitur. huic X litterae omnes uocales praeferuntur ut capax frutex pernix atrox redux. ex his nominibus quaedam in nominatiuo producuntur, quaedam corripiuntur, quaedam consentiunt in nominatiuo, in obliquis
82 G dissentiunt. pax enim et rapax item rex et pumex item nux et lux primam positionem uariant. at nix et nutrix item nox et atrox sic in prima positione consentiunt ut discrepent per obliquos. et illud animaduertendum est quaedam ex his X litteram in G quaedam in C per declinationes compellere. lex enim legis, grex gregis facit et pix picis, nux nucis. nam in his, quae non sunt monosyllaba, non numquam X littera genetiuo in C conuertitur ut frutex fruticis ferox ferocis. supellex autem et senex et nix priuilegio quodam con-

5 *Verg. Buc. II 22* || 7 in *om. B* || 12 utpute *R* || 14 literam *R* || in c difiniant *R* || 15 difiniant *R* || 16 et ablatiuum bus *B* ablatiuumquibus *R* || de *addidi* || 21 quaedam *R* quae *B* || 24 lux *B* dux *D* || 26 animaduertendum — quaedam *om. D* || 27 his *D* is *B* || quaedam *ante* in g *del. in B add. D* || 28 *post* c *add.* quaedam in o *D* || 29 quae *B* quaedam *D* || 30 genitiuo *B* || 31 *post* ferocis *add.* facit *D* || 32 suppellex *BD* ||

tra rationem declinantur, quoniam supellex duabus⟩ syllabis crescit; quod uetat ratio. et senex ut in nominatiuo item genitiuo disyllabum manet, cum omnia X littera terminata crescant. et nix nec in C conuertitur ut pix nec in G ut rex sed in V cum consonans in uocalem transire non possit. in plurali autem genitiuo ablatiuus singularis formas uertit. nam in A aut O terminatus in RVM exit, E correpta in VM, producta in RVM, I terminatus in IVM, V terminatus in VVM. datiuus et ablatiuus pluralis item aut in IS exeunt aut in BVS, quae praecepta in scholis sunt tritiora. sed quotiens in IS exeunt longa syllaba terminantur, quotiens in BVS breui.

Decursis nominis regulis aequum est consequentia 309 dicere canonesque uerborum. genera uerborum sunt quinque: actiuum passiuum neutrum commune deponens. actiuum est quod in O exit et agendi significationem habet ut lego scribo. passiuum in R et patientis significationem monstrat ut scribor caedor. neutrum in O et neque agentis neque patientis plenam significationem habet ut sudo dormio: nescias enim agat quis an pa- *83 G* tiatur. commune et deponens in R exit, sed hoc interest quod in communi duo sunt significationes et agentis et patientis. cum dicimus enim osculor, nescis utrum osculor te an osculor a te. in deponenti autem aut agentis effectus est ut luctor, aut patientis ut morior. est etiam inpersonale ut sudatur curritur, quod ideo sic uocatur quod cum omnes personas contineat nullum habet certam.

Verborum autem modi sunt quinque, sed alii sex alii 310 septem alii octo alii nouem pauci decem esse dixerunt. qui uero quinque dicunt hos aiunt: indicatiuum imperatiuum optatiuum coniunctiuum infinitiuum, quem et perpetuum dicimus. qui sex memorant addunt promissiuum; qui septem, inpersonalem; qui octo, percontatiuum; qui nouem, subiectiuum et a coniunctiuo eum separant; qui

---

1 suppellex *BD* || 3 dissyllabus *B* || 5 cum *ante* consonans *add. br* || 10 scolis *R* || 11 eiciunt *BR* exeunt *b* || 13 nominibus *R* || 14 canonasque *B* || sunt *om.* *B*[1]*R* || 22 duae *r* || 27 habeat *R* || 31 infinitum *B* || 33 percunctatiuum *R* ||

decem, etiam hortatiuum adscribunt. sed hos superflue adiectos ratio non admittit.

311 Coniugationes autem, quas Graeci συζυγίας appellant, tres esse non dubium est, quae in uerbis actiuis neutralibusue in secunda persona tempore ⟨praesenti monstrantur. nam quotiens finalis syllaba in AS exit, prima est; in ES, secunda; in IS, tertia: ut cantas uides audis — si producta sit haec tertia, nam si correpta sit curris. harum omnium coniugationum uerba in prima positione ante ultimam litteram tres tantum uocales recipiunt E I V ut sedeo lanio irruo, consonantes autem omnes exceptis F K et Q ut libo uaco cado lego traho inpello amo cano scalpo curro lasso 84 G peto nexo. his accedunt I et V loco consonantium positae ut aio adiuuo. sed nec F excludunt cum dicamus triumfo, quamquam a Graecis ueniat et per P et H potius conscribatur. praeterea ab eo quod dicimus faris et fatur primam uerbi personam uolunt for. et de Q littera dubitatur. nam dicimus eliquo et aequo et in huius modi uerbis V littera nec uocalis locum ut est inruo nec consonantis ut est adiuuo ualeat optinere.

312 Harum omnium coniugationum in de-⟩clinando formae sunt triginta sex exceptis defectiuis et impersonalibus et inchoatiuis. primae coniugationis uerba, quae uel O littera nulla alia praecedente uocali terminantur uel praeeunte uocali qualibet, formas habent quattuor. secundae coniugationis uerba formas habent sex. tertiae coniugationis correptae uerba formas habent uiginti. sic quaecumque uerba indicatiuo modo tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur formas habent sex, quae VO formas habent duas, quae nulla praecedente uocali O littera terminantur formas habent duodecim. ter-

1 ortatiuum *B* || 3 synzygias *B* sinzygias *R* || 8 correcta *D* || 12 uaco do *D* || 13 amo *om. D* || curo *D* || 14 accedunt *Koppius* accidunt *B* ascendunt *D* || 16 trimfo *B* triumpho *bD* || ueniunt quae per *D* || 17 conscribuntur *D* || 18 et *om. D* || 21 obtinere *D* || 26 habet *B*¹*R* || secundae — sex *om.* B ||

tiae coniugationis productae uerba quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur formas habent quinque. quaecumque autem uerba cuiuscumque coniugationis indicatiuo modo tempore praesenti persona prima uel nulla praecedente uocali uel qualibet alia praecedente O littera terminantur, eorum declinatio hoc numero formarum continetur, de quibus singulis dicam.

Primae coniugationis uerba indicatiuo modo tempore 313 praesenti persona prima aut O littera nulla alia praecedente uocali terminantur ut amo canto, aut EO ut commeo calceo, aut IO ut lanio satio, aut VO ut aestuo continuo. primae coniugationis uerba imperatiuo modo *85 G* tempore praesenti ad secundam personam A littera producta terminantur ut amo ama canto canta. infinitiuo modo ad imperatiuum RE syllaba manente productione terminantur ut ama amare canta cantare. item prima coniugatio: quae indicatiuo modo tempore praeterito specie absoluta adiecta ad imperatiuum modum VI syllaba manente productione terminantur ut commeo commea commeaui, lanio lania laniaui, satio satia satiaui, eodem modo eodem tempore specie inchoatiua adiecta ad imperatiuum modum BAM syllaba terminatur ut commea commeabam, lania laniabam, aestua aestuabam. prima coniugatio ⟨eodem modo [eodem tempore] specie recordatiua adiectis ad imperatiuum modum VERAM syllabis M terminat partes, ut commea commeaueram, lania laniaueram, aestua aestuaueram. prima coniugatione eodem modo tempore futuro adiecta ad imperatiuum modum BO syllaba terminantur ut commea commeabo, lania laniabo, aestua aestuabo. quae uero indicatiuo modo 314 tempore praesenti ad primam personam O littera nulla alia praecedente uocali terminantur, ea indicatiuo modo

---

23 syllabam B^1R || 26 eodem tempore *deleui* || 27 syllabis m terminat partes *B* syllabam terminantur partes *D* syllabis terminant partes *b* || 29 primae coniugationis *D* || 31 lanio *D* ||

tempore praeterito specie absoluta et exacta quattuor modis proferuntur. et est primus, qui similem regulam his habet, quae indicatiuo modo tempore praesenti prima persona penultimam uocalem habent ut amo ama amaui amabam amaueram amabo amare. secundus est qui O in I conuertit et penultimam in praeterito⟩ perfecto, tertiam ab ultima in plusquamperfecto [V] producit ut adiuuo adiuui adiuueram. tertius qui similem quidem regulam habet primi modi sed detracta A littera disiungit: seco secui secabam se-
86 G cabo secare. facit enim specie absoluta secui et exacta secueram. quarta est quae per geminationem syllabae profertur ut sto sta steti steteram stabo stare. huic simile do da dedi dabam dederam dabo dare correpta littera A contra regulam in eo quod est dabam dabo dare profertur.

315 Secundae coniugationis uerba indicatiuo modo tempore praesenti persona prima EO litteris terminantur ut uideo uides, moneo mones. secundae coniugationis uerba imperatiuo modo tempore praesenti ad secundam personam E littera producta terminantur ut uideo uide, moneo mone. secundae coniugationis uerba infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum modum RE syllaba manente productione terminantur ut uide uidere, mone monere. secundae coniugationis uerba indicatiuo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta septem modis declinantur. et est primus qui formam regulae custodit. nam forma haec est cum secundae coniugationis uerbum indicatiuo modo tempore praeterito quidem perfecto adiecta ad imperatiuum modum VI syllaba manente productione terminatur ut deleo deleui, plusquamperfecto autem adiectis ad imperatiuum modum VERAM syllabis terminantur ut dele deleueram. secundus est cum indicatiui modi primae personae E et O litterae transeunt in I ut sedeo sedi et in exacta se-

4 habet *D* || 8 u *B* e *R quod deleui* || 19 secundae — imperatiuo modo *om. R* || 30 adiecto *R* || 33 dele *om.* B^1R || 35 litteris B^1R ||

deram. tertius est cum E et O in V et I mutantur ut caleo calui, moneo monui, calueram monueram. quartus est cum E et O in I mutant et consonantem quae praecedit in S ut mulgeo mulsi mulseram. quintus est cum E et O in I mutant, praecedens uero consonans in X mutatur ut luceo et lugeo luxi luxeram. sextus est qui per duplicationem syllabae profertur ut spondeo spopondi spoponderam. septi- 87 G mus est qui resoluitur in formam passiuorum ut audeo ausus sum es est ausus eram eras erat. ⟨secundae coniugationis uerba indicatiuo modo specie inchoatiua adiecta ad imperatiuum BAM syllaba manente productione terminantur ut uide uidebam, mone monebam. secundae coniugationis uerba indicatiuo modo tempore futuro adiecta ad imperatiuum modum BO syllaba manente productione terminantur ut uide uidebo, mone monebo.

Tertiae coniugationis correptae uerba indicatiuo modo 316 tempore praesenti persona prima aut O littera nulla alia praecedente uocali terminantur ut lego legis peto petis; aut I, rapio rapis facio facis; aut V ut induo irruo. tertiae coniugationis correptae uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima O littera nulla alia praecedente uocali terminantur, eadem imperatiuo modo tempore praesenti persona secunda E correpta, praecedente consonante⟩ primae positionis terminanter ut lego lege, peto pete; quae V et O, ea imperatiuo modo V et E retinebunt ut induo indue, irruo irrue. tertiae coniugationis correptae uerba infiniti modi adiecta ad imperatiuum modum RE syllaba manente correptione terminantur ut lege legere, pete petere. tertiae coniugationis uerba, quae indicatiuo modo 317 tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur, ea praeteritum perfectum et plusquamperfectum sex modis enuntiant. primus est qui tertiae coniugationis pro-

5 mutant *om. B* || 6 luceo et *om. R* || 11 incoatiua *B* || 17 mane manebo *D* || 19 personae primae *D* || 23 personae primae *D* || 24 eadem *BD* eodem tempore *b* ||

ductae integram regulam sequitur: hic est qui imperatiui modi regulam in productionem uertit et in absoluta specie assumit VI syllabam et in exacta VERAM ut cupio cupiui cupiueram. haec eadem tamen interdum sublata V littera in absoluta specie et geminata I, in ex-
88 G acta uero correpta eadem pronuntiantur ut cupii cupieram. secundus modus est qui primae positionis uerbo O litteram deponit et praeeuntem syllabam seu mutata uocali seu perseuerante producit: facio feci, fugio fugi; in exacta uero specie I deposita et in E mutata RAM syllabam assumit ut feceram fugeram. tertius modus est cum I et O in V et I conuertuntur ut elicio elicui elicueram. quartus depositis I et O litteris et praeeunte consonante per S geminum enuntiatur ut percutio percussi percusseram. quintus qui per X, ut aspicio aspexi aspexeram. sextus qui per geminationem syllabae enuntiatur ut pario peperi pe-
318 pereram. tertiae coniugationis correptae uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima VO litteris terminantur, ea praeterito et absoluto et exacto duobus modis enuntiantur. et est primus cum primae positionis uerba O in I commutant ut induo indui indueram, secundus qui per X pronuntiatur ut instruo
319 instruxi instruxeram. tertiae correptae uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima O littera nulla alia uocali praecedente terminantur, ea in-<di-catiuo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta duodecim modis declinantur. et est primus qui tertiae coniugationis productae integram formam sequitur, ut supra ostendimus in his uerbis, quae tertiae coniugationis correptae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur. ut enim est cupio cupiui cupiueram sic peto petiui petiueram. haec quoque V litteram interdum subtrahunt et I geminant ut

---

9 producitur *bR* || 13 et *punctuatum in B om. R* || 19 u et o litteris *Grotii cod.* o littera *BR* uo littera *b* || 23 quippe x *R* || 24 correpta *R* || 25 litteram *D* || 27 specie *B* persona prima *D* || 30 coniugationes correpta *D* ||

petii petieram. secundus est cum O in I conuertitur, qui primae positionis uerbi O litteram in I commutat et praeeuntem syllabam seu mutata uocali seu perseuerante producit, deposita etiam consonante si fuerit media, in quam⟩ prima uocalis desinat ut ago egi egeram, lego legi legeram; eorum autem quae in consonantem 89 G
desinunt exempla sunt haec frango fregi fregeram, fundo fudi fuderam. quartus est qui mediam consonantem deponit et praeeuntem uocalem corripit ut findo fidi fideram, scindo scidi scideram. quintus O littera deposita V et I assumit, ut molo molui molueram, colo colui colueram. sextus, qui deposita O S et I assumit ut carpo carpsi carpseram, scribo scripsi scripseram. septimus qui O deposita et praeeunte consonante per S geminum pronuntiatur, ut meto messui messueram. octauus qui simili correptione per unum S praeeunte uocali producta declinatur ut trudo trusi truseram. nonus qui per X annuntiatur ut expungo expunxi expunxeram, ungo unxi unxeram. decimus qui per geminationem primae syllabae profertur ut pungo pupugi pupugeram, curro cucurri cucurreram. undecimus qui uerborum compositorum ultimam syllabam geminat ut trado tradidi tradideram, reddo reddidi reddideram. duodecimus qui in formam passiuorum resoluitur ut fido fisus sum es est fisus eram eras erat. haec om- 320
nia tertiae coniugationis correptae uerba indicatiuo modo tempore praeterito specie inchoatiua adiecta ad imperatiuum modum BAM syllaba praecedente consonante primae positionis uocali *E* adiecta productione terminantur ut lege legebam, pete petebam exceptis his quae I ante O habuerint in prima positione. ea enim adiecta I littera ad imperatiuum modum et adiecta BAM syllaba producta E terminantur ut rapio rape rapiebam.

---

19 expugxeram *B* || 28 incoactiua *B* || 30 e *add. p* || 32 in prima positione *om. BD add. R*[m] || 33 modum *om. B* ||

tertiae coniugationis correptae uerba indicatiuo modo tempore futuro sublata E littera et adiecta AM syllaba terminantur ut lege legam, pete petam, indue induam exceptis his quae I ante O habuerint in prima positione. ea enim E in I conuertunt et assumpta AM syllaba faciunt futurum ut rapio rape rapiam, facio
90 G face faciam.

321 Tertiae coniugationis productae uerba indicatiuo modo tempore praesenti ⟨primae personae aut EO litteris terminantur ut adeo adis, prodeo prodis; aut IO audio audis, nutrio nutris. tertiae coniugationis productae uerba imperatiuo modo tempore praesenti in secunda persona I producta terminantur, ut adeo adi, prodeo prodi, audio audi, nutrio nutri. haec infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum modum RE syllaba manente productione terminantur ut adi adire, prodi prodire. tertiae coniugationis uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima EO litteris terminantur, ea modo indicatiuo tempore praeterito specie absoluta adiecta ad imperatiuum modum VI syllaba terminantur ut adeo adiui, exacta autem uerba RAM ut adiueram; sed consuetudo saepe breuitatem appetens V litteram subtrahit et absoluta ingeminat I⟩ ut adii prodii adieram prodieram. inchoatiua quoque specie adiecta ad imperatiuum modum BAM
322 syllaba terminantur ut adibam prodibam. quae uero indicatiuo modo tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur, ea tempore praeterito specie absolutae et exactae formae quinque modis enuntiantur. et est primus modus similis superiori ut nutrio nutriui nutrieram nutrii nutrieram et audii audieram ut apud Vergilium 'audieras et fama fuit.' specie tantum inchoatiua distant. omnia enim tertiae coniugationis pro-

5 assumta *R* || 10 ut *om. D* || 15 in infinitiuo *b* || modo *om. D* || 17 indicatiuo modo *D* || 21 adiuui *D* || uerba *om. D* || 22 *ad* ram *add.* al uerba D^m || adiuuaram *D* || 28 speciei *b* || 29 et *R* aut *B* || 30 modus *om. B (R?)* || 32 uirgilium *B (Ecl. VIIII 11)* ||

ductae uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti persona prima IO litteris terminantur, ea eodem modo tempore praeterito specie inchoatiua E producta manente nouissimae syllabae adiciunt BAM ut audiebam ueniebam operiebam; quamquam haec ueteres sine E littera 91 G pronuntiabant ut Vergilius 'nutribat Tyrrhusque pater, cui regia parent armenta'. secundus modus est cum O amissa praecedens syllaba producitur ut uenio ueni ueneram. tertius cum I et O in V et I mutant ut operio operui operueram. quartus qui depositis I et O praecedentem consonantem in S conuertit ut sarcio sarsi sarseram. quintus qui per X enuntiatur ut uincio uinxi uinxeram. tertiae coniugationis 323 productae uerba, quae indicatiuo modo tempore praesenti EO litteris terminantur, ea tempore futuro eodem modo BO syllaba adiecta ad imperatiuum modum terminantur ut adeo adi adibo, prodeo prodi prodibo; quae uero IO, adiecta ad imperatiuum modum AM syllaba terminantur ut audio audi audiam, nutrio nutri nutriam, quamuis Terentius protulerit per BO. inde apparet geminam esse pronuntiationem. dixit enim 'iam scibo ubi 324 siet'. indicatiuo modo tempore praesenti eorum, quae EO litteris terminantur, sunt uerba quae a diuerso praesenti praeteritum simile habent ut luceo et lugeo: luxi enim facit. item ⟨cernit et crescit creuit facit. sunt alia quae una uerbi positione duas coniugationes teneant ut pando mando: faciunt enim pandas et pandis, mandas et mandis. uerba casibus iunguntur interdum singulis ita: genitiuo ut misereor tui, datiuo ut suadeo tibi, accusatiuo ut moneo te, ablatiuo ut utor illo: interdum duobus ut ablatiuo et accusatiuo, ut fungor hanc rem et illa re.

Haec satis ad exempla analogiae dixisse sufficiat.

---

6 uirgilius *b (Aen. VII 485)* || tyrrusque *BR* || 9 mittunt *corr. in* mutant *supra script.* mittunt *B* mittunt *R* || 20 terrentius *b (Adelph. 361)* || 23 diuerbo *R* || 24 similem *BR corr. p* || 26 tenet *D* || 31 accusatiuo et ablatiuo *D* ||

quae enim his formis conspecta fuerint non teneri, pro certo anomala iudicanda. quae strictim exigueque memorabo, ut contra rationem etiam usum quendam usur-
92 G passe detegamus aut etiam contra regulam defecisse.

325 Cum nominatiuo singulari reus et deus similia sint, quare plurali hi rei dicuntur et usus dicit hi di contra regulam, cum dei tantum dici> deberet, praesertim cum genitiuus nominatiuo suo duabus syllabis non debeat longior inueniri, quod hic eueniet si dicamus deorum? cur Thoas et Aeas cum similia sint Thoantis et Aeantis faciant, Aeneas non facit Aeneantis sed Aeneae? cur cum hic biceps et triceps dicamus, genitiuus duabus contra regulam syllabis crescat et bicipitis aut tricipitis dicamus non bicipis aut tricipis? unde uenit ut aliger frugifer accipiter habeant omnes casus, Iuppiter duos habeat? cum sanctus pius bonus similia sint, cur dicimus sanctior, et pior non dicimus? deinde sanctior sanctissimus: bonior bonissimus non dicamus? cum dicat Vergilius 'fandi atque nefandi' cum a nefando dicamus nefarius, a fando farius non dicitur? quare seiunctus amissa praepositione dicitur iunctus, securus et sedulus eadem perdita non ualeant memorari? cum dicamus singuli uiri, singulae mulieres, singula scrinia; quare non dicimus singulus uir, singula mulier, singulum scrinium? cum uenor piscor aucupor similia sint, cur uenator et piscator dicitur et aucupator non dicitur sed auceps? cur uolo non habet imperatiuum? cur fare primam uerbi personam non habet? quare soleo praeteritum perfectum non habet? cum canta et laua similia sint, cur cantaui faciat, et lauaui non faciat? item corusca et tona: coruscaui facit, tonaui non facit? quid quod ego unum casum recipit? cum calciatus armatus togatus

2 exiguaque *B* || 6 hi dii *BD* || 7 deberent *BR corr. p* || 12 cur cum *B* circum *R* || 19 uirgilius *br (Aen. I 543)* || 33 rego *b* || 34 calceatus *B*¹ ||

penulatus paria uideantur, quare calceo et armo dicimus, toga et penulo non admittitur? nominatiuus singularis in VS exiens in omnibus positiuis E productam habet in aduerbiis, ut doctus docte, auarus auare, parcus parce: bonus et malus cur corripit in aduerbio E bene et male? cum habilis habiliter dicamus, cur facilis faciliter non dicimus? item cum difficulter dicamus, cur faculter dici non poterit? cum audax audacter dicatur, cur uerax ueracter non dicimus sed uere? cur singulatim dicimus, binatim ternatimque non dicimus? ⟨et alia huius modi, quae possem innumera memorare ni ad cetera properarem.'

326 Haec cum Grammatice uelut serum exordium instauratura dixisset, propter superi senatus Iouisque fastidium Minerua talibus interuenit 'ni fallor octo partes orationis uelut incunabula repetitura intimare disponis adiciens soloecismorum causas barbarasque formas, tum alia loquendi uitia, quae apud uates inclitos plurimum celebrata, quae nunc tropos nunc metaplasmos nunc schemata [figuras] ex eodemque cuncta uitia uelut decoris fonte manantia, quae adtestentur aut nescientis errorem aut adfectatam doctioribus uenustatem. quae si ab scholaribus inchoamentis in senatum caelitum ducis, decursae peritiae gratiam deflorabis. nam si rhythmicum quid metricumque, sic ut⟩ inter cirratos audes, assumpseris, profecto Musices impetu, cuius praeuertis officium, discerperis. formam igitur praedictae praeceptionis absolueris, si praecipuis memoratis iam te ab inchoamentorum uulgarium uilitatibus uindicaris. his germanae uerbis cum

1 uidebantur B^1R || 2 admittit *BR corr. p* || 5 cur *B* cum *punctuatum R* || 10 uere *BR* ueraciter *r* || 14 serum *scripsi* rerum *BR* || 17 adicies *B* || 19 inclytos *b* || 20 scemata *D* || figuras *deleui* (figurarum *D*) || 23 doctoribus *B* || scolaribus *B* || 25 namsyritmicum *B* || 26 cyrratos *R* || 28 praefectae *R* ||

sponso Delius annuebant et Grammaticen ad uirginis transire obsequia compulerunt. ac tunc aliam feminarum pari sponsalium munere conferendam Clarius intromisit.

94 *G*

LIBER IIII

DE ARTE DIALECTICA

327 Haec quoque contortis stringens effamina nodis,
qua sine nil sequitur nilque repugnat item,
in coetum superum ueniens primordia fandi
aduehit et scholicum praestruit axioma
ambiguis memorans uocem consistere uerbis
nil normale putans ni fuat adsocium.
sed licet ipse modos demum bis quinque profatus
pallens afflictim uerset Aristoteles,
Stoica circumeant ludantque sophismata sensus
perdita neque umquam cornua fronte ferant,
Chrysippus cumulet proprium *et* consummat aceruum
Carneadesque parem uim gerat helleboro,
nullus apex tot prole uirum par accidit umquam

1 grammaticem *R* || 3 *subscriptum* MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE (AFRI CARTHAGINIENSIS *add. B*) DE ARTE GRAMMATICA LIBER III (TERTIVS *R*) EXPLICIT INCIPIT DE ARTE DIALECTICA LIBER IIII (FELICITER *add. B*) *in BR* || 9 aduehit *r* aduenit *BR* || excolicum (*quod Koppius quo in codice non inuenerit uelim dixisset*) *BR corr. p* || axiomas *BR*[1] || 10 uerbis *Grotius* uersus *BR* || 14 sofismata *BR* || 16 crysippus *B* || et *addidi* || consumat *R* || 17 elleboro *BR* || 18 prole *corruptum uidetur* ||

nec tibi tam felix sortis honos cecidit,
inter templa deum fas est Dialectica fari
et Ioue conspecto iure docentis agis.

Quae igitur introgressa et Delio conuocante pallidior 328
paululum femina sed acri admodum uisu et uibrantibus continua mobili-⟨tate luminibus, cui crines tortuosi decentique inflexione crispati et nexiles uidebantur, qui tamen deducti per quosdam consequentes gradus ita formam totius capitis circulabant ut nihil deesse cerneres, nihil superfluum detineres. cui quidem pallium Athenarumque uestitus sed gestamen in manibus fuerat inopinum ac prorsus gymnasiis omnibus inexpertum. in laeua quippe serpens gyris inmanibus inuolutus, in dextra formulae 95 G
quaedam florentibus discolora uenustate ceris sollerter effigiatae latentis hami nexu interius tenebantur, sed quoniam eius laeua sub pallio occulebat insidias uiperinas, cunctis dextera praebebatur. denique ex illis formulis siquis aliquam percepisset mox adprensus hamo ad latentis anguis uirosos circulos trahebatur, qui tamen mox emergens primo⟩ spinosorum dentium acumine uenenato assiduis hominem morsibus adfligebat, dehinc ambitu multiplici circumactum ad condiciones propositas coartabat. si autem quamlibet formulam nullus uellet adsumere, quibusdam obuiis interrogatiunculis occupabat aut latenter in eos anguem serpere stimulabat, donec nexilis complexio circumuentos ad interrogantis arbitrium strangularet. ipsa autem femina contractioris uidebatur corporis 329
habitusque furui, uerum dumalibus hirta sentis nescio quid uulgo inexplanabile loquebatur. nam uniuersalem dedicatiuam particulari abdicatiuae obliquam sed ambas posse uertier asserebat uniuocis aequiuoca conectendo ac solam se discernere uerum quid falsumue sit uelut quadam diuinantis fiducia loquebatur. haec se educatam 330
dicebat Aegyptiorum rupe atque in Parmenidis exinde

---

18 adprehensus amo *D* || 28 abitusque *R* || irta *BR* || sentis *Heinsius in Ouid. Burm. II p. 964* setis *BR* || 32 falsumne *BR corr. p* || 34 atqui *B* ||

gymnasium atque Atticam demeasse illicque uersipellis studii calumniante proposito etiam Socratis sibi Platonis-
331 que amplitudinem mancipasse. hanc igitur fraudulenta semper argumentatione uersutam ac de circumuentis pluribus gloriantem cum Cyllenius κηρυκείῳ geminus anguis assurgens adlambere feminam crebris linguarum micatibus adtemptaret tuncque etiam Tritonida Gorgo cognoscentis quodam gaudio sibilaret ‘nimirum’ inquit Bromius qui facetior est deorum eamque penitus nesciebat ‘haec aut ex arenis Libyae anhelantis adducitur, quod et capillitium implexum docet et amicitia uenenorum aut fidendum pharmacopolam esse Marsicae nationis. ita namque agnitione uiperea et blanda anguium adulatione
96 G delinitur. quod ni est, ex illius hami fraude colligitur quod circulatrix pellacissima et petrarum Marsicarum in-
332 cola comprobatur.’ quo dicto cum complures deorum quantum decuerat arriderent, Pallas aliquanto concussior iocum emergentis inhibuit memorans hanc admodum sobriam, quod quibusdam diuis penitus denegatum, etiam inter germanas quae probandae sunt acriores, a nullo posse, ⟨cum asserta protulerit, derideri. illa autem, quae in argumentum uirosae assertionis acrimoniaeque detulerat, tradere eam iubet ac se ad insinuandae sollertiae
333 habitum comparare. tunc lubrici anguis circulatos orbes et hiatus cum Grammatice, quae insinuatione peracta propter adstabat, accipere formidaret, ipsi diuae, quae etiam Medusaeos crines edomuit, cum figuris illicibus et hamatis illis formulis committuntur. ita crinali decore mera Cecropis atque Attica comprobatur maximeque quod

2 studi *R* || 5 ceryceo *BR corr. Heinsius in Ouid. Burm. I p. 605* || 7 tritonia *BR corr. Koppius* || cognoscens *Grotius* || 8 quodam *Heinsius in Ouid. Burm. I p. 605* quoniam *BR* || 9 perspiciebat *pro* nesciebat *coni. Heinsius l. l.* || 10 libiae *BR* || anelantis *B* || 11 inflexum *Heinsius l. l.* implexum *BR* || 12 formacopulam *BR corr. Salmasius exercit. Plin. p. 739 a F (ed. 1689)* || 14 delinitur *Heinsius l. l.* diligitur *BR* || 15 petrarum *Heinsius* moetarum *B* metarum *R* || 18 irridentis *scripsi* emergentis *BR* || āmodum *B* || 20 inter *b* ter *BR* || acriorem *B* acriore *b* || 22 uerosae *Db* ||

eam palliatorum populus et Graiae iuuentutis electio se-
quebatur, prudentiam feminae ingeniumque mirata. Iup-
piter autem iudicandis implendisque uirtutibus posteram
Romuleis uirtutibus Graiam aestimans leuitatem quicquid
nosset illa Latiari promere praecepit facultate. ac mox 334
Dialectica quamquam parum digne⟩ Latine loqui posse
crederetur, tamen promptiore fiducia restrictisque qua-
dam obtutus uibratione luminibus etiam ante uerba for-
midabilis sic exorsa

'Ni Varronis mei inter Latiares glorias celebrati mihi 335
eruditio industriaque suppeteret, possem femina Doricae
nationis apud Romuleae uocis examina aut admodum rudis
aut satis barbara repperiri. quippe post Platonis aureum
flumen atque Aristotelicam facultatem Marci Terentii
prima me in Latinam uocem pellexit industria ac fandi
possibilitatem per scholas Ausonias comparauit. his igitur 336
praeceptis parere colluctans nec Graia deseram ordine
disserendi nec Laurentis assertionis effamina remorabor. *97 G*
ac prius illud compertum uolo mihi Romanos togatamque
gentem uocabulum nondum nouare potuisse ac Dialecti-
cen, sicut Athenis sum solita, nuncupari meique prorsus
iuris esse quicquid artes ceterae prolocuntur. nam neque 337
ipsam quam aures uestrae probauere Grammaticam neque
alteram opimi oris praecluem facultate uel illam forma-
rum diuersa radio ac puluere liniantem sine meis posse
rationibus explicari quis dubitet? quippe in dicione mea 338
iureque consistunt sex normae, quis constant ceterae disci-
plinae. nam prima est de loquendo, secunda de elo-
quendo, tertia de proloquendo, quarta de proloquiorum
summa, quinta de iudicando quae pertinet ad iudicatio-
nem poetarum et carminum, sexta quae dicenda rhetori-
bus commodata est. in prima autem parte quaeritur quid 339

---

10 laciares *R* || 12 exanima *R* || āmodum *B* || 14 ter-rentii *R* || 16 scolas *BR* || his *p* hinc *BR* || 21 prorsum B^1R || 24 opinioris *R* opinionis *r* || iraecluen *B* iraeduen *addita* s *R corr. Meursius* || illarum *B* ł illam *b* || 25 liniante *R* || 31 rethoribus *R* ||

sit genus, quid forma, quid differentia, quid accidens, quid
uero proprium, quid definitio, quid totum, quid pars, qui in
diuidendo modus, qui in partiendo, quid sit aequiuocum,
quid uniuocum, quid ut ita dicam pluriuocum. debetis
quippe insolentiam perferre sermonis qui Graiam disser-
340 tare Latialiter compulistis. quae ergo rebus uerba sua
sint, quae aliena et quot modis aliena ⟨sint, quid sit sub-
stantia, quid qualitas, quid quantitas, quid relatiuum, quid
loci, quid temporis, quid situs, quid habitus, quid facere,
quid pati, quae sibi opposita et quot modis sibi opponantur,
341 haec in prima nostri parte censentur. in secunda uero,
quam de eloquendo dixi, quaeritur quid sit nomen, quid
uerbum, quid ex his iunctum, quae ex his subiectiua pars
sententiae sit, quae declaratiua, qui subiectiuae modus sit,
qui declaratiuae, quatenus nomen accipiatur, quatenus uer-
bum, quatenus sit perfecta sententia ut possit esse prolo-
342 quium. excipit hanc pars tertia de proloquendo. in ea
quaeritur quantum ad propositum hodiernae sufficiat bre-
98 G uitatis quae sint differentiae proloquiorum⟩ in quantitate,
quae in qualitate, quid sit uniuersale, quid particulare, quid
indefinitum, quae sint aientia quae negantia, quam uim ha-
beant singula et quem ad modum inter se adfecta sint.
343 hinc progreditur ad quartam partem, quam esse diximus
de proloquiorum summa. in ea quaeritur quid sit sum-
ptum, quid illatio, quid syllogismus, quid symperasma, quid
sit praedicatiuus syllogismus, quid condicionalis et quid
intersit, quot formae sint praedicatiui generis et quae sint,
utrum certum ordinem teneant et si tenent quae sit eius-
dem ordinis ratio, quot modos habeant singulae et utrum
hi modi certum ordinem teneant et si ita est quae sit eius-
dem ordinis ratio, deinde condicionalis syllogismi quot
primi modi ac necessarii sint, qui etiam istorum ordo sit,
quid inter se differant. haec sunt quae praesenti arbitror
cognitioni asserendisque sufficere.

---

1 deferentia *R* || 2 quid in diuidendo *R* || 7 quod B^1R || 16 sit *om. D deletum in B* || ut *om.* B^1D || 22 quemāmodum *B* | 23 *de* progreditur *cf. Priscian. I 396, 16 Hertz.* || 25 sylogismus *B* || 31 syllogysmi *B* || 34 cogniscioni *R* ||

Quid ergo genus sit exordia repetens, quo uniuersa discurram, primitus intimabo.

GENVS est multarum formarum per unum nomen 344 complexio ut animal: formae eius ut homo seu equus et cetera. sed non numquam aliquae formae ita generi subiciuntur ut etiam ipsae aliis sub se positis genus esse possint, ut hominum genus, quod animali forma est, barbaris et Romanis genus. usque eo genus esse potest, donec eius formas diuidens ad indiuiduum aliquod uenias. ut si homines diuidas in masculos et feminas, item masculos in pueros adolescentes et senes, item pueros in infantes et loquentes, item puerum si uelis diuidere in Catamitum aut alium quempiam certae personae puerum, non est genus, quod iam ad indiuiduum peruenit. uti autem eo genere debemus, quod est praesenti negotio proximum, ut si de homine quaeratur, eius genus animal debemus assumere, quod ei proximum est. nam si substantiam *99 G* dixerimus, quantum ad rationem pertinet uerum est, quantum ad necessitatem superfluum.

FORMAS easdem dicimus, quas et SPECIES. FORMAE 345 ergo sunt, quae subditae generi tenent definitionem eius et nomen, ut homo equus leo <quoniam formae sunt animalis, potest et homo et equus et leo animal dici, *quod* nomen et corpus animae participans, quae definitio generis esse cognoscitur.

DIFFERENTIA est sufficiens ad id quod susceperis 346 discretio, ut si quaeratur quid inter hominem intersit et equum, sufficit ut dicamus quod homo bipes est, equus quadrupes. animaduertere autem debemus quod quia multae sunt in rebus singulis differentiae, unam quamque rem dissimiliter nos posse diuidere, quotiens in ea poterimus alias atque alias differentias inuenire. nam

7 animalis *br* || 9 aliquid *BR* || 21 de formis *ante* formas *add. B* || 25 nomen *post* participans *positum in BR:* quod nomen *ante* et corpus *inseruit Grotius* || animae *Grotius* anima *BR* || diffinitio *B* deffinitio *b* ||

si ani al uoluerimus diuidere, possumus in sexus quod alia sunt masculina alia feminina, possumus in aetates quod alia sunt ortiua alia iuuenilia alia senilia, possumus in q antitates quod alia sunt parua alia magna alia media, possumus in uarietates motus quod alia sunt gra ientia alia serpentia alia natantia alia uolantia, possumus in habitaculorum diuersitates quod alia sunt aquatilia alia terrena alia aeria alia ut non nulli dicunt ignea, * * * * * * * possumus in linguae sonum quod alia sunt loquentia alia gementia alia latrantia alia ululantia. sciamus tamen et singulas perfectas esse diuisiones et omnes in singulis inueniri. nam masculina animalia possunt et ab ortu recentia et parua et gradientia et terre-
100 G stria et bipedia et loquentia esse. ergo quauis uti licet, ea tamen debes, quae est apta suscepto negotio. nam si tibi sit de hominum laude dicendum, in rationabilia et stolida diuidere oportebit, ut eo facile possit intellegi inter omnia animalia rerum natura quanti homines habuerit, quibus solis ad se cognoscendum ratiocinari permisit.

347 ACCIDENS est quod non nisi eidem formae sed non semper euenit, ut rhetorica non nisi homini accidit sed ei potest et non accidere, ut quamuis sit aliquis homo non sit tamen orator.

348 PROPRIVM est quod et eidem formae et ita semper accidit ut unam quamque rem ab omnium communione discriminet ut in homine risus. nam nec ridere quisquam nisi homo potest, nec homo cum uoluerit, quantum in eius natura est, ridere non potest. et differentia proprio eo distat quod differentia unam quamque rem ab eo tantum distinguit unde quaestio est, proprium uero ab omnibus. nam cum hominem a leone per differentiam

1 uidere *D* || 3 et *BD* alia *b* || iuuenilia *Grotius* iuuentutis *BD* || 5 uarietatem B^1 || 6 alia uolantia *om.* DB^1 || 9 lacunam *indicauit Grotius* || 14 quamuis *R* || *post* licet *add.* omnibus R^m || 17 stollida *R* || 19 cognoscendam *B* || 20 de accidenti *ante* accidens *add. BR* || 21 rethorica *R* || 22 quoduis B^1R || 24 quid sit proprium *ante* proprium *add. BR* || formae *om. B add.* R^m || 26 nec *om. R* ||

uolentes discernere dixerimus quod leo ferus est homo autem mitis, id solum uidemur discernere quod ad susceptum negotium pertinet. dicendo enim 'leo ferus est homo mitis' nec hominem ab aliis mitibus animalibus nec leonem a ceteris bestiis seiunximus, cum uero hominem 'animal risibile' dixerimus, eo a ceterorum animantium generalitate discreuimus.

DEFINITIO est cum inuoluta unius cuiusque rei notitia 349
aperte ac breuiter explicatur. in hac tria uitanda sunt: ne quid falsum, ne quid plus, ne quid minus significetur. *101 G*
falsum est hoc modo 'homo est animal ⟨immortale'. nullus enim homo immortalis est et ideo falsum est. plus enim dicitur tali modo 'homo est animal mortale'. et hoc enim quamuis breuiter dictum sit plus tamen est, quod ad omnia animalia pertinet. minus significatur hoc modo 'homo est animal grammaticum'. quamuis enim non sit nisi homo animal grammaticum, non tamen omnis homo grammaticus. definitio plena est hoc modo 'homo est animal rationale mortale'. addendo enim mortale separauimus a dis, addendo rationale separauimus a feris.

TOTVM est quod duabus pluribusue in se partibus 350
positis non semper nomen, definitionem tamen numquam accommodat. et hoc non nisi in indiuiduis inuenitur, ut si hominem designemus et eius partes singula membra faciamus, intellegimus id ipsum totum esse, quia certum hominem constituimus et definitionem et nomen ipsius totius non posse in partes cadere. non enim aut brachium solum aut caput, hominem⟩ dicere poterimus aut ipsius definitionem singula membra recipiunt. sed animaduertendum est quod aliquando OMNE pro TOTO dicere pos-

5 dum *R* || 7 discreuerimus *R* || 8 quid sit definitio *ante* definitio *add. BR* || 9 ac *R* || 11 nullus enim — 13 animal mortale *om.* B^1 || *pro uerbis* nullus enim— 13 tali modo *haec leguntur* quamuis enim homo animal esse uerum sit falsum tamen est inmortalem (aut irrationalem *add. d*) plus est hoc modo *in D* || 13 mortale *om. D* || et *b* ex *BD* || 20 diis *Db* || 21 quid sit totum *ante* totum *add.* B^m *D* || 22 difinitionem *D* || 24 menbra *D* || 25 intelligimus *D* || quia *B* quod *D* || 28 capud *D* ||

sumus sed alio quodam intellectu. nam TOTVM etiam in singulis, OMNE in multis agnoscitur. nam cum dicimus homo Cicero, *Cicero* quia unus est in eo TOTVS intellegitur, homo autem quia inperitus et artifex et uir et mulier esse potest, melius OMNE accipimus.

351 PARTES sunt, quae in toto esse intelleguntur, et ex quibus totum constat.

102 G 352 DIVIDERE usque eo debemus donec ad indiuiduum ueniatur, et hoc fit cum per differentias ad paucitatem genera redigimus et eis ita formas subicimus, ut et ipsae singulae aliis sub se positis etiam genera esse possint. ut animal si breuiter primo diuidere uoluerimus, per differentias possumus, quod alia sunt gradientia alia serpentia alia natantia alia uolantia. hinc item, hoc est de singulis formis possumus genera facere ut dicamus animalia gradientia genus esse et ei formas subiciamus, quod alia sunt humana, alia ferina. et ex his possunt esse aliae formae, per quas si necesse fuerit ad indiuiduum poterit perueniri. sed hoc non in omni assertione facere oportet, sed in suptili quadam disputatione. tunc autem in oratione hoc modo possumus diuidere cum id exigit obscuritas causae. quod si causa non sit obscura, diuisionis quidem ratio inesse et tractari debet sed multum apparere non debet.

353 PARTIENDI differentiae non frequenter occurrunt atque ita sine his infinita potest esse partitio, si usque ad indiuiduum uoluerimus peruenire. nam si certum hominem pro toto dicamus et eius partes breuiter colligere uoluerimus, differentiae non suppetunt partium, et certarum partium nominibus uti cogemur, ut dicamus caput pedes et reliqua, quae si conplecti breuiter uoluerimus, quoniam differentiae desunt, non possumus singula colligere, quia *103 G* multa sunt et aut inpossibile erit aut longum.

3 Cicero *addidi* || 5 omnem *R* || 6 quid sit pars *ante* partes *add. BR* || 8 qui in diuidendo modus (modos *R*) *ante* diuidere *add. BR* || 20 subtili *R* || 25 qui in partiendo modus *ante* partiendi *add. BR* || 29 ceterarum B^1R^1 ||

Interes tautem inter DIVISIONEM et PARTITIONEM 354 quod in diuisione per formas currimus, in partitione ⟨per partes. formae autem sunt, quae generi subiciuntur et eius definitionem tenere possunt et nomen. partes sunt quae in toto sunt et definitionem numquam, nomen interdum totius recipere possunt. possumus tamen unam eandemque rem et pro genere et pro toto accipere sed alia quadam ui. ut est homo, quem si in adulescentem senem et puerum diuidere uoluerimus, genus est et formae eius. quem si in caput pedes et manus partiri uoluerimus, totum est et partes eius, quia adulescens senex et puer, quas formas esse diximus, et nomen hominis recipiunt et definitionem, ut et senex dicatur homo animal rationale mortale, et puer et adulescens. caput uero et pedes, quas partes esse diximus, neque definitionem hominis neque nomen accipere possunt, quia nec caput⟩ potest dici homo animal risibile nec pedes nec manus.

AEQVIVOCVM est quando multarum rerum unum 355 est nomen, sed non eadem definitio ut leo. nam quantum ad nomen pertinet, uerus et pictus et caelestis leo dicitur; quantum ad definitionem, aliter uerus definitur aliter pictus et aliter caelestis.

VNIVOCVM est quando duarum aut plurium rerum 356 unum nomen est et definitio ut uestis. nam et birrus et tunica et nomen uestis habent et definitionem possunt accipere. ergo hoc uniuocum in generis serie intellegitur, quod et nomen et definitionem dat formis suis.

PLVRIVOCVM est quando multis nominibus una res 104 G 357 dicitur ut gladius. nam et ensis et mucro idem significant.

6 totum *D* || 8 adolescentem *D* || 11 *et* 15 adolescens *D* || 13 et *ante* senex *om. D* || 19 quid sit aequiuocum (equiuocum *R*) *ante* aequiuocum *add. BR* || 24 quid sit uniuocum *ante* uniuocum *add. BR* || 25 byrrus *BR* || 27 intelligitur *R* || 28 dant *R* || 29 quid sit pluriuocum *ante* pluriuocum *add. BR* || 30 significat B^1R^1 ||

358 Rebus SVA sunt uerba, quae naturalia atque etiam propria dicimus ut lapis lignum et cetera.

359 ALIENA sunt quae ratione aliqua mutuantur uel propter necessitatem uel propter decorem. propter necessitatem ut dicimus uites gemmare, laetas segetes. hic enim quoniam proprium deficit, alieno usi sumus. neque enim aut uites aliud quam gemmare aut segetes aliud quam laetas possumus dicere. propter decorem autem dicimus fluctuare segetes. possumus enim aliud moueri dicere, sed quoniam ornatum non est, alieno utimur.

360 ALIENA uerba tribus modis fiunt aut per similitudinem aut per contraria aut per differentias. per similitudinem, ut sunt quae in grammaticae tropis numerantur ut hoc ipsum quod dixi fluctuare segetes. ex hoc genere sunt etiam illa, quae ex toto partem aut ex parte totum significant in hunc modum ut decenter uerborum habeant propinquitatem. haec enim similitudinis genere placuit includi. per contrarium uerba dicuntur quando contra quam dicimus accipiuntur, ut Parcas dicimus Fata cum non parcant, et lucum cum non luceat. hoc
105 G grammatici κατ' ἀντίφρασιν uocant. per differentiam aliena uerba sunt cum sine ulla ratione ex aliis assumuntur, ut si hominem ⟨neque corpore durum neque ingenio stolidum lapidem dicamus. sed his uti non conuenit. stultum est enim aut nihil significantia uerba aut nimis aliena proferre. propriis autem similibus et contrariis uti fas est.

361 [Antequam de hac dicam, quaedam docenda sunt.] omne quicquid dicimus aut subiectum est aut de subiecto aut in subiecto est. SVBIECTVM est prima substantia,

1 quae sunt uerba *ante* rebus *add. BR* || 3 quae aliena *ante* aliena *add. BR* || 5 *cf. Cic. Or. 31* || 11 utitur *B* || 12 quot modis aliena uerba fiant (aliena sint *R*) *ante* aliena *add. Br* || 13 aut differentia *B* || 22 cata antifrasin *B* catantifrasin *R* || differentias *R* || 27 et similibus *D* || 29 quid sit substantia *ante* antequam *add. BD* || antequam — sunt *deleui* || 31 est *ante* subiectum *om. D* || aut de subiecto et in subiecto *ante* subiectum est prima s. *add. B* ||

quod ipsum nulli accidit alii inseparabiliter, ei tamen alia accidunt, ut Cicero est non nomen sed quod eo nomine significatur. DE SVBIECTO est quod de ipso subiecto dicitur et dat ei et definitionem suam et nomen ut homo. nam et homo Cicero et animal rationale mortale. ita et nomen et definitio, quae est de subiecto, eidem subiecto accessit; ideoque hoc, quod de subiecto⟩ dicitur, in generibus uel in formis inuenitur. IN SUBIECTO est quod neque nomen neque definitionem dat subiecto sed in ipso subiecto ita esse intellegitur ut sine eo esse non possit ut rhetorica. nam nec nomen eius potest subiectum recipere nec definitionem. neque enim aut rhetorica Cicero aut bene dicendi scientia Cicero: in eo autem intellegitur cum id ipse uocari non possit. aliud est de subiecto aliud in subiecto. in subiecto est [362] disciplina. nam eadem rhetoricae de subiecto est, Ciceroni in subiecto. PRIMA ergo SVBSTANTIA subiectum est, SECVNDA quae de ipsa prima dicitur ut sit Cicero prima substantia, homo et animal secunda. iam in subiecto omnes consequentes praedicationes esse intelleguntur, itaque de singulis uideamus. quid qualitas? [106 G] [363] QVALITAS est, secundum quam dicimus quale est ut candor. et ex hoc intellegi licet et qualitatem in subiecto esse, cum candor necessario in aliquo sit, sine quo esse non possit: utique ipsum aliquid, in quo est, subiectum est. quid quantitas? QVANTITAS est, secundum quam dicimus quantum est ut bipedale. etiam ista in subiecto intellegi necesse est. quid relatiuum? RELATIVVM est, quod ad aliquid uocant ut pater frater. et

---

8 quid sit subiectum *ante* in subiecto *add. BR* || 10 non possit *R* non possit esse *r* || 11 rethorica *BR* || 12 rethorica *B* || 14 *mire turbata haec inde a Vulcanio* || esse *post* eo *add. r* || 15 quid de (e *R*) subiecto et in subiecto est (quod *add. B*) *ante* aliud *add. BR* || aliud *BR* aliud est *b* aliud in subiecto est *R* aliud in subiecto *B* || 16 rhetoricae *R* rethoricae *B uterque deleta posteriore* e || de subiecto est *punctuata in R* || 17 est *post* Ciceroni ponendum esse *significatum in R* || erga *R* || 18 sit *D* si *BR* || 27 etiam *del. in B* ista *add. bR* || 29 ad *om. R*[1] || aliqui *R* ||

haec utique in subiecto sunt. nam necesse est ut haec omnia ad aliquid sint et si non nulla sunt, de quibus dicantur, illa quae dicuntur, in anima uidebuntur. quid LOCI? id est quod dicimus Romae: Roma substantia est, ipsi Romae hoc accidit. quid TEMPORIS? ut heri nuper uesperi. quorum motu tempus intellegitur substantiae sunt, ut sol, cuius cursu tempus intellegimus, et quae aliquam intellegentiam morae in nobis faciunt. quid SITVS? ut puta iacet sedet. quid HABITVS? ut calciatus armatus: substantia est homo et haec illi accidunt. quid FACERE? ut secare urere. quid PATI? ut secari uri.

364 *Prima* SVBSTANTIA est quae nec in subiecto est inseparabiliter neque de ullo subiecto praedicatur. insepa-
107 G rabiliter autem ad hoc definitioni adiectum est, quod omnis prima substantia quamuis in loco aliquo sit tamen ab eo separari et migrare potest, ut Cicero ita in curia esse intellegitur, ut inde possit aliquo discedere, et pars primae substantiae ⟨quamuis in toto sit non tamen inseparabiliter: nam siue re ipsa siue cogitatione separari a corpore nostro brachium potest. at uero rhetorica ita est in animo Ciceronis ut etiam si aliquo casu esse destiterit non tamen intellegatur migrare, quoniam nec cum esse coepit, intellegitur aduenisse.

365 SECVNDA SVBSTANTIA est quae de prima, ut dictum est, praedicatur ut homo de Cicerone et animal de homine et Cicerone. et quicquid genus est primae substantiae, secunda substantia esse intellegitur. ita ergo substantiis omnibus commune est non esse in subiecto. prima uero nec de subiecto est substantia nec intendi nec remitti potest id est recipere magis et minus. et si qui-

1 subiecta *R* || 2 omnia *b* nomina *BR* || si *om.* B^1R || sint *om. B* || 5 haec accidunt (*corr. ex* accidit) *R* || eri *R* || 9 calceatus *b* || 13 item de substantia *ante* substantia *add. BR* || prima *addidi* || 15 ad *B* ob *R* || 17 intelligatur *R* || 21 ad *D* || rethorica *BD* || 23 caepit *D* || 25 de secunda substantia *ante* secunda *add. BD* || 29 cummune *D* || 30 primo *D et in edd. inde a p* || 31 remiti *D* ||

dem nemo homine alio magis homo est et nec ipse unus homo magis cras erit homo quam hodie fuit, et in diuersis non magis equus equus est quam homo homo. hoc autem obseruandum est in sub-⟩stantiis, inter consortes suas id est ut primam primae conpares, secundam secundae. nam si secundam primae compares, magis substantia est prima quam secunda. prima enim rem magis declarat, secunda uero habet quandam communionum ambiguitatem. nam cum dico Cicero, iam quiddam indiuiduum certumque significo: cum dico homo, quoniam cuncti sumus huic appellationi subditi, incertum est quem significem. ita ergo fit ut magis sit substantia prima quam secunda, quia rem certius ostendit. magis ergo et minus substantia 366 non recipit inter consortes suas. item substantia contrarium nihil habet. nam nihil homini aut equo contrarium. sed si quis dixerit Clodium Ciceroni fuisse contrarium, *108 G* intellegit non ipsas substantias fuisse contrarias sed qualitates, quae in ipsis erant ut malitiam bonitati aut uitium uirtuti aut iniustitiam iustitiae. uidetur autem substantiae proprium quod una eademque capax est contrariorum quadam sui permutatione, ut lapis cum idem sit, potest nunc albus esse nunc niger, idem tamen lapis esse non desinit, et Cicero primo stultus postea sapiens idem tamen Cicero esse non desinit.

QVALITATEM esse diximus, secundum quam dicimur 367 quales. qualitatum forma una est, in qua dispositio quaedam et habitus mentis esse intellegitur, ut in omnibus perceptis artibus, sapientia grammatica rhetorica ceterisque quae ita haerent animo ut difficile amitti possint. sed in his aliqua perfecta sunt, aliqua inperfecta. ut siqui grammaticae arti operam dederit in plerisque tamen fallatur, nondum potest dici HABITVS sed tantum dicitur

---

3 ecus equs *D* || 4 obsseruandum *D* || 8 communionem ambiguitatum *BR corr. p* || 17 intellegit *B* intellegat *bR* || 21 supermutatione B^1R || 25 item de qualitate *ante* qualitatem *add. BR* || dicimus quale est *r* || 27 *et* 32 abitus *R* || 28 rethorica *B* || 30 si quis *p* || 32 tantum *b* tamen *BR* ||

DISPOSITIO. ita non omnis dispositio habitus, omnis
368 autem habitus dispositio esse intellegitur. secunda species est earum qualitatum, quas recte passibiles diximus, ut dulce atque amarum calidum uel frigidum, non quod ex his eaedem substantiae aliquid patiantur, sed quod sensus nostros aliquid pati cogant. cogit enim aliquid pati et tangentem calor et dulcedo gustantem. item quae nobis ⟨ex aliqua passione naturae inoleuerint, secundum quas pallidus quisque uel ruber dicitur, non tamen ita ut quis aliqua repentina causa uel pallet uel rubet. nam ipsae passiones rectius, non qualitates appellantur, si quidem secundum has non dicimur quales. non enim sequitur ut qui pallet sit pallidus, aut qui amat amator, aut qui est ebrius ebriosus. illae igitur pas-
109 G
369 siones sunt, hae qualitates. tertia species est earum qualitatum, quae non ex eo quod iam quisque est sed ex eo quod esse potest intelleguntur ut dicimus fragile lignum, non quod iam fractum sit sed quod frangi possit. nam et palaestricum corpus duobus modis dicimus et id quod palaestra conpositum est, et id quod natura ita formatum ut huic arti accommodatum sit,⟩ quamuis ea non sit inbutum. illud tamen a palaestra recte dicitur palaestricum quod ipsius artis habet effectum, non autem inuenitur ipsius qualitatis nomen unde sit denominatum et deriuatum palaestricum illud quod nondum est sed esse potest. quare cognoscendum est dici quasdam substantias ex qualitatibus, quarum nomina non inueniuntur. namque ut bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate. ita ergo palaestricum, quod intellegimus ex eo quod percipere possit palaestram, non habet certum qualitatis nomen ex quo dictum uidetur, constat tamen a qualitate esse
370 dictum. quarta species est earum qualitatum, secundum quas formas figurasque intellegimus, ut quadrum rotundum pulchrum deforme et similia. recipit qua-

1 *et* 2 abitus *R* || 5 eadem *R* || 7 pati ut *R (?)* || 8 inoluerint *D* || 15 hae *D* eae *B* et non *b* || 19 palestrium *D* || 21 acommodatum *B* acummodatum *D* || inbutum *D* inbutus *B* imbutus *R* || 24 diriuatum *R* || 27 nam *R* ||

litas magis et minus, nec tamen omnis. nihil enim quadrum magis altero quadro quadrum est. magis autem aliquid candido candidum dici potest. et quaestio est in plerisque utrum magis iustus *alter* altero dici possit. plerisque autem subtiliter uidentur adtendisse qui qualitates ipsas non dicunt recipere magis et minus sed ea quae ab his denominantur, ut iustitia sit ipsa una quaedam perfecta notio, ut non dici possit 'magis haec iustitia quam illa est' dici tamen potest 'magis hic iustus quam ille est' item dici non potest 'magis haec sanitas quam illa est' dici tamen possit 'magis hic sanus quam ille est'. ex quo fit ut substantia non recipiat magis et minus, qualitates quidem per ipsas substantias possint recipere. item contrarium qualitas habet nec tamen omnis. nam *110 G* sanitati cum sit inbecillitas contraria, nihil est quadro rotundoue contrarium. uidendum est autem quoniam quicquid contrarium qualitati est qualitas sit necesse est. dulcedo autem qualitas, qualitas igitur amaritudo et similia.

QVANTITAS bipertita est, quod alia discreta est alia 371 continua. DISCRETA ut numeri et orationis, CONTINVA ut lineae ac temporis. item alia quantitatis diuisio est quod alia situm quendam partium habet, alia non habet. nam linea situ quodam partium intellegitur, si quidem dici potest quae pars eius quo loco sit, dextramque ac sinistram uidetur habere. at uero numerus aut oratio aut ⟨tempus nihil horum habent, quamuis ordinem habere possint ut sit in his aliquid primum et secundum et ultimum et medium, nihil tamen quod in loco intellegatur. quantitas omnis caret contrario. quid enim bipedali tri- 372 pedaliue contrarium? et si quis dixerit contraria esse maius et minus, quae uidentur esse uerba quantitatis, sciat non esse definitam quantitatem. itaque siquis dicat aliquid maius esse, uidetur esse ei contrarium quod minus est. si certum quaesiuero 'quo maius est'? et responderit quod tripedali, apparet nihil esse contrarium. ipsa sibi

---

4 utrumne *R* || alter *addidi quamquam omitti poterat* || 19 item de quantitate *ante* quantitas *add. BR* || 31 maius *D* magis *B* || 32 quis *om* B^1D ||

autem quae dicuntur maiora et minora, relatiue dici ma-
nifestum est. quodlibet enim minori comparatum maius
est, idemque maiori comparatum⟩ minus est. si igitur
maius et minus contraria sunt, cogimur confiteri, quod
ualde absurdum est, posse alicui rei uno tempore simul eue-
nire contraria. rursus aliud absurdum cogimur intellegere
unam eandemque rem sibimet esse contrariam. si quidem res
111 G una diuersis quantitatibus comparata potest eodem tempore
373 maior et minor esse. quantitas non recipit maius et minus.
non enim quinque magis quinque sunt quam duo duo, aut item
duo aliis duobus magis duo sunt aut magis cras duo erunt
quam hodie sunt. est autem proprium quantitatis quod se-
cundum hanc dicimus par et impar, ut qualitatis proprium
est quod secundum hanc dicimus simile atque dissimile,
quamuis in diuersis rebus utrumque liceat abusiue usurpari.
374 RELATIVVM est, quod hoc ipsum, quod dicitur, ali-
cuius est uel ad aliquid quolibet modo referri potest ut
filius non sine patre uel matre et seruus non sine domino
375 potest intellegi neque sine his illi uicissim. dicuntur au-
tem relatiua tribus modis: aut alicuius ut filius, aut
alicui ut uicinus, aut ad aliquid ut duplum, quoniam
duplum ad aliquid simplum est. omnia relatiua his, ad
quae referuntur, uice mutua respondent. nam quem ad
modum filius patris filius est, sic pater filii alicuius pater
est. et respondent ita ut aliqua isdem casibus respon-
deant, aliqua casus mutent. nam quod de filio dixi, item
de seruo dicere possumus, quoniam seruus domini seruus
est, dominus serui dominus. haec ita sibi respondent
ut eosdem casus in conuersione custodiant. ita quoque
duplum ad aliquod simplum est et simplum ad aliquod
duplum est, ita maior minore aliquo maior est et minor
maiore aliquo minor est. manifestum est ergo ista casus
in conuersione seruare. at uero scientia cum sit relatiua,

---

11 idem *BR corr. p* || dualis *BR* duo aliis *b* || 16 quid sit relatiuum *ante* relatiuum *add. BR* || 22 *ante* omnia *add.* K *B* || 25 hisdem *BR* || 26 quod *om. B¹R* || 30 ad aliquod simplum est et simplum ad aliquod duplum est *b* ad simplum est item *BR* || 32 ista *Grotius* ita *BR* ||

alicuius enim rei scibilis scientia est, in conuersione id ad quod refertur casum mutat. nam quo modo dicimus 'scientia scibilis rei est' non possumus dicere 'scibilis res scientiae est' sed 'scibilis res scientia scibilis est'. item sensus rei alicuius sensibilis sensus est, contra sensibilis res sensu ⟨sensibilis est. haec ergo non ut quae supra dicta sunt seruatis eisdem casibus sed mutatis con- *112 G* uertuntur. quaedam relatiua his, ad quae referuntur, et 376 in tempore concordant eaque simul esse incipiunt simul desinunt, ut seruus esse non potest nisi cum esse coeperit dominus et cum dominus esse desierit seruus esse desinit, et item dominus cum seruum non habuerit dominus dici non potest. at uero noscibilis res prior est natura quam notio. nam si noscibilia tollas notio non erit, at uero si notionem tollas potest aliquid esse noscibile, quamuis desit ille qui nouit. relatiua possunt habere⟩ contrarium 377 sed non omnia. namque inscientiae scientia contraria, amicitiae inimicitia, at uero duplo nihil contrarium neque maiori uel minori: quae quisquis [ista] contraria putauerit, cogitur confiteri unam eandemque rem uno atque eodem tempore posse sibi esse contrariam. si quidem maior minori comparatus maior est idemque maiori comparatus minor est uno atque eodem tempore, quod contrariis euenire nullo modo potest. nam quo tempore homo stultus, non eodem tempore sapiens esse potest, neque quo tempore albus est, eodem tempore niger esse potest: quod quia euenire non posse in maiore et minore ostendimus, fateamur necesse est maius et minus non esse contrarium. item duplum simplo non esse contrarium, quoniam hoc idem duplum potest esse ad aliquid simplum. non igitur omnia relatiua possunt habere contrarium. item maius et minus quaedam recipiunt, quaedam non. nam magis hic amicus illo est, hoc magis duplum illo duplo esse non potest propterea, quia si duplum est, ita duplum est, ut plus

---

2 quo modo *br* quod *BR* || 6 res *om. B* || sensus *BR* || 7 hisdem *B* || 10 *pro* cum *bis* cō *B* || 15 notiones *D* || 19 quis *R* || ista *deleui* || 21 contrariam *p* contraria *BR* || 26 posset B^1R || 29 item *scripsi* ita *BR* ||

aliquid minusue si fuerit non sit duplum. quaeritur utrum 378 aliqua substantia dici possit relatiue. sed de prima substantia dici non posse relatiue nulla quaestio est. non enim Cicero alicuius dici potest aut ad aliquid referri. item equus: nam quis equus ut Rhoebus non alicuius est hoc ipso quod Rhoebus est sed quod iumentum est alicuius *113 G* iumentum est. non ergo prima substantia relatiue dici potest neque pars eius quaelibet, quae sine dubio et ipsa prima substantia *est*. nam quem ad modum Cicero prima substantia est, ita manus eius. manus uero non eius sed specialiter manus ita ut secunda substantia relatiue dici non potest. non enim sua conuersione respondent, ut si dicamus 'manus Ciceronis', non Cicero manu Cicero est, neque ipsa manus ob hoc manus, quia Ciceronis est, sed quia ita adfecta est, manus dicitur, non quod alicuius sit. non ergo ut diximus prima substantia neque partes eius relatiue dici possunt. quaeritur ergo de partibus secundae substantiae. nam de ipsa substantia nulla quaestio est. non enim homo alicuius homo sed manus specialiter alicuius hominis manus est, et ut mutua conuersione respondeat, alicuius manuati manus est, ut possimus ita conuertere, quia et <manuatum aliquid manu manuatum est. item ungula non primae substantiae ungula sed alicuius ungulati, quia et ungulatum aliquid ungula ungulatum, ut mutuam possit habere conuersionem, quod relatiuis esse diximus proprium. si ergo maneat illa relatiuorum definitio, ut relatiuum sit quicquid alicuius dici potest, difficile resistimus dici partes secundarum substantiarum relatiue. si uero illa definitio mutata sit, ut relatiua sint ea, quae ad aliquid referuntur excepto eo quod in aliquo sunt, nulla incidit in hanc definitionem substantia. quem ad modum seruitus excepto eo quod in eodem seruo est id est in aliquo homine refertur ad dominum. at uero penna ita

5 nam *Monacens.* 6 iam *BR* || hroebus *R* || 6 rhebus *R* || 9 est *add. p* || 13 manu *B* manui *R* manus *br* || 16 dicimus *B* || parte *B* || 20 est *om. B* || 24 est *ante* ut *add. D* || 25 relatiuus *D* || 27 dificile *D* || 29 sit *scripsi* ita *BD* || 30 excoepto *B* || 32 eo *om. D* || 33 *et 117, 1* pinna *B*[1] ||

pennati alicuius penna est ut ex-⟩cepto eo quod in aliquo
pennato est ad nihil referri possit. sane admonendi sumus 379
ne nos pudeat uerba noua facere pro necessitate conuersionis. nam si mutua conuersio non respondet, non relatiue enuntiamus. hoc modo: cum dico p e n n a m uolens eam ostendere relatiuam, non me pudeat p e n n a t u m aliquid propter conuersionem dicere. est enim pennatum *114 G*
ita usitatum ut aures non offendat. si de pede agatur, non pudeat simili deriuatione fingere notum conuersioni uerbum. item scire oportet eum, qui relatiuum aliquid ad quid referatur ignorat, nec omnino utrum ad aliquid referri possit id quod dicit scire posse. hoc modo: cum dicimus ‘hoc duplum est’ nosti simplum eius, id est ad quod duplum sit, aut si illud ignoras, nec omnino utrum duplum sit scire potes.

FACERE et PATI possunt habere contrarium ut cale- 380
facere refrigerare et calefieri refrigerari. habent etiam magis et minus ut magis et minus urere et magis et minus uri.

SITVS omnis denominatiue dicitur ut sedere ab ses- 381
sione, stare ab statione. et quamuis non numquam nomina deficiant, ex quibus situs denominantur ratio tamen non deficit.

De illis tribus quae restant supra dicta exempla suf- 382
ficiunt. QVANDO enim dicimus ut h e r i c r a s, VBI ut R o m a e A t h e n i s, HABITVM ut c a l c i a t u m a r m a t u m. quid horum recipiat magis et minus cum in sermone inciderit facile apparet.

Istae sunt decem praedicationes, ex quibus aliquid 383
necessario singillatim enuntiamus. nam quicquid omnino dixerimus quod aliquid significet, nondum tamen intellegi possit an uerum an falsum sit, unum est de his decem

1 pinnati B^1 || 2 pinnato B^1R || ammonendi *BR* || 3 noua uerba *R* || pro *b* ut *BR* || 5 nuntiamus B^1R || pinnam B^1R || 6 *et* 7 pinnatum B^1R || 9 diriuatione *B* || 15 potest *R* || 16 quid facere quid pati *ante* facere *add.* *BR* || 18 et *D* ut *BR* || 20 ab *BR* a *b* || 25 eri *B* || 26 habitum *R* || calceatum B^1 || 27 sermonem *b* ||

exceptis dumtaxat illis uerborum quodam modo articulis. sunt enim pleraque a grammaticis in orationis partibus enuntiata, quae omnino per se nihil ualent aut aliquid significant plenum, nisi cum fuerint uerbis adiuncta ut
115 G coniunctiones praepositiones et quicquid tale illi docent.

384 Restat ut de oppositis dicamus. sunt autem OPPOSITA quae sibi ueluti ex aduerso uidentur obsistere ut CONTRARIA. nec tamen omnia quae opponuntur sibi, contraria ⟨sunt, sed omnia contraria opposita sunt. opponuntur autem sibi ita ut aut relatiue opponantur ut magnum paruo et dimidium duplo, aut ut contraria ut stultitia sapientiae, aut habitus orbationi ut cernentia caecitati, aut aientia negationi ut 'Cicero disputat' 'Cicero non disputat'. haec autem inter se non nihil differunt. nam RELATIVVM RELATIVO ita opponitur, ut hoc ipsum quod opponitur eius sit cui opponitur, aut ad id quocumque modo referatur. nam dimidium opponitur duplo et eiusdem dupli dimidium est. ita ergo illi opponitur ut eius sit, *cui opponitur.* et paruum opponitur magno, ut eius sit ita, ut ipsum paruum ad hoc magnum cui opponitur paruum sit.
385 CONTRARIA uero ita⟩ sibi opponuntur ut non eorum sint quibus opponuntur, sed tamen ad ea quocumque modo referantur, si quidem stultitia sapientiae ita contraria est, ut non eiusdem sapientiae stultitia sit sed ut ad illam sit stultitia. sciendum tamen est quaedam contraria medium habere, quaedam non habere. namque sunt talia, ut in ea re in qua esse possunt, alterutra uice necessario insint et medio careant, ut sanitas et inbecillitas. haec duo contraria natura insunt corporibus animalium atque ita uice alterutra necessario insunt ut diximus, ut in quo animalis corpore sanitas non est, necessario inbecillitas sit, et in quo inbecillitas non est, necessario [ut] sanitas sit. at uero

10 relatiuo *B* relatiua *bD* || oponantur *D* || 11 aut contrarium *B* || 13 agentia *BD* || 17 referantur *D* || 18 cui opponitur *add. p* || 22 *ante* ad ea *add.* sed tamen *b* aut *R* || 24 sed ut *p* ut *BR* aut *b* || 26 talia ut *scripsi* alia ut *BR* alia quae ita ut *p* || 27 necessarium *RB*[1] || 31 inbecillitas est *B*[1]*R* || 32 inbicillitas *R* || ut *om. p* ||

candidum et nigrum cum sint contraria et naturaliter in corporibus inueniantur, propterea medio non carent, quia non necesse est corpus aliquod candidum esse aut nigrum. potest enim ita deesse candidum, ut non insit nigrum atque hoc modo ex alia parte. ergo color aliquis medius *116 G* inueniri potest ut luteus uel uiridis. HABITVS et ORBATIO 386 ita sibi opponuntur ut in ea re, cui euenire possunt, alterum eorum necessario insit ex illo dumtaxat tempore, quo ea natura esse permittit. ut dentatum eum dicimus, qui dentes habet, edentulum uero non illum dicimus, qui dentes non habet, sed cui natura inest ut habeat ex illo tempore, quo natura permittit ut habeat. nam neque lapidem recte dicimus edentulum, qui numquam dentes habet, neque infantem. quamuis enim aliquando habere possit, nondum tamen illo tempore ut habeat natura permittit. hoc ergo tertium genus oppositorum differt a primo relatiuorum eo, quod cernentia ita opponitur caecitati, ut eiusdem caecitatis non sit aut ad eam quodam modo referatur. a secundo genere, id est contrariorum, illud differt ab his dumtaxat contrariis quae habent medium, quod cernentia et caecitas intelleguntur erga oculos, ut alterum eorum necessario insit. hoc ergo differunt ab his contrariis quae habent medium, quia illorum alterum non necessario inest substantiae, horum autem [medium] nessario. ab his uero contrariis, quae medio carent, haec ipsa opposita differunt, quod illa, rei cui natura insunt, omni tempore ⟨alterutra uice accidant necesse est, ut corpori animalis sanitas et inbecillitas. nam alterum eorum semper est in corpore animalis, haec autem possunt aliquo tempore ei rei, cui natura inesse possunt, utraque deesse aliquando ut infans, dum nondum tempus est, quo dentes habere possit, neque dentatus neque edentulus dicitur, et oculi alicuius animantis nondum adueniente tem-

---

11 et *ante* ex *add. Grotius* || 14 enim *om. BR*[1] || 20 *post* quae *add.* Ñ *r* || 22 ergo *om. R* || 24 medium *post* autem *add. R*[m] *om. BD deleuit Koppius* || 26 ista *B* || 27 accedant *B* || 28 nam *om. B* || 31 dum nondum tempus est *B* dum non est tempus *D* ||

pore, quo uidere possint, neque caeci neque uidentes dicuntur et tamen medium non habent. igitur contrariorum, quae medio carent, duae species sunt id est eorum, quae alterutra uice accidunt rei in qua esse possunt nullo medio intercedente ut sanitas et inbecillitas, et eorum quae 117 G simul deesse possunt substantiae, in qua simul esse non possunt, et tamen cum simul desunt nihil medium intercedit ut cernentia et caecitas uel habitus et orbitas dentium. 387 quartum genus oppositorum est⟩ AIENTIA et NEGANTIA ut 'Cicero disputat' 'Cicero non disputat'. haec a superioribus differunt quod illa singillatim dici possunt, haec non nisi conexe dicuntur. a relatiuis hoc differunt quod illa etiam relatiue dicuntur, haec autem non relatiue. non enim *disputans* ad *non disputantem* refertur. a contrariis hoc differunt quod illa si conexe dicantur tam diu aut uera aut falsa sunt, quam diu est illud in quo inesse possunt, cum autem hoc esse destiterit neque uera neque falsa sunt ut 'aut stultus est ille aut sapiens est' ille quam diu uiuit horum alterum uerum est, cum ipse esse destiterit, utraque falsa sunt, quia ille, qui non est, neque stultus neque sapiens esse potest. at uero 'Cicero disputat' et 'Cicero non disputat' ita sibi opponuntur ut et dum uiuit Cicero alterum eorum necessario sit, et ipso mortuo falsum est quidem quod disputat, uerum tamen est quod non disputat. hoc modo discernuntur haec et ab habitu atque orbatione. nam qui non est, neque caecus est neque uidens. nec sane moueare quod uidemur iam de proloquiis aliquid dixisse, de quibus postea dicendum est. hoc namque factum est occasione oppositorum.

---

1 possent *D* || 2 aliquid *post* tamen *add. D* || 7 et tamen — 8 dentium *om. B*[1] || 9 contrariorum *B* oppositorum *D* || 4 rei cui inesse *D* || 6 substantia *D* || non simul esse *D* || 7 intercidit *b* || 9 est oppositorum *D* || 10 Cicero non disputat *om. B*[1]*R* || 12 haec nixi conexe *R* || 13 etiam illa *BR* *corr. p* || (13 quod etiam — 14 refertur *om. B*[1]) || quod etiam illa duo a contrariis hoc differunt quod illa si conexe dicantur *R* || 17 distiterit *R* || 19 ille *ante* quam diu *add. B*[1]*R*[1] || 20 distiterit *R* ||

Nomen est quod aliquam rem significat et per casus 388 flecti potest. uerbum est quod aliquid significat et per *118 G* tempora flecti potest. ut Cicero nomen, disputat uerbum. haec a se in uicem separata non nihil quidem significare, uerum tamen uel falsum dici non possunt. cum autem fuerint coniuncta, iam possunt et adfirmari et negari, ut 'Cicero disputat' iam dici potest 'Cicero non disputat'. [esse autem debet ***** nominatiuus casus nominis et tertia uerbi persona.] prima persona significat aliquid quod iam affirmari et negari possit et in hominem tantum cadit. in ea autem intellegitur nomen etiam si non dicatur, ut d i s p u t o [totum] plenum est, etiam si non dicas e g o. item secunda persona et ipsa iam ueritati aut falsitati obnoxia est sed etiam ipsa in hominem cadit, et ei nec recte dicimus d i s p u t a s, qui nec audire nec intellegere quod dicitur potest. ergo et hoc cum dicatur sine nomine, tamen ibi nomen intellegitur. aliter figurate utimur siue prima siue secunda persona ut aut loquentem eum inducas qui loqui non potest, aut ad eum conuertamus orationem, qui neque audire neque intellegere potest. tertia uero persona non hominis tantum est sed aliarum 389 etiam ⟨rerum, et simul ac dicta fuerit non continuo intellegitur, nisi forte de deo dicatur aliquid, quod de eo solo potest intellegi, ut cum dicimus p l u i t: iam potest esse uerum aut falsum, cum non addamus nomen: notum est enim qui pluat. cum uero dicimus d i s p u t a t, cum aliquid iam significet, non tamen uerum aut falsum dici potest, si nomen non addetur. et quamuis de homine hoc tantum possit intellegi, quia non de uno dici potest, necessario subdendum est nomen. et r e s i s t i t cum dicimus, tertia uerbi⟩ persona est *et* exigit nomen non hominis

---

1 de nomine quid sit *ante* nomen *add. BR* || 2 *ante* uerbum *add.* k quid uerbum *B* quid uerbum *R* || 4 a se *scripsi* ab *BR* || 6 fuerit *R* || 8 *excidisse uidetur* proloquium; *sed totam sententiam ex p. 122, 6 perperam repetitam deleui* || 9 prima persona *om.* B^1R^1 || 10 affirmari et *om.* B^1R || possit *b* non sit *BR* non possit *r* || 11 autem *om. B* || 12 totum *ante* plenum *add. R om. B* || 22 simul ut *b* || 23 deo *Leidenses Oudendorpii (ad Apul. metam. p. 311)* eo *BD* || 26 enim *om.* B^1D || 31 et *addidi* ||

tantum sed cuiuslibet, quod resistere potest. prima igitur et secunda persona et de homine tantum possunt intellegi
119 G et solae dictae possunt aut uerae aut falsae dici, quia cum his etiam nomina intelleguntur. tertia uero et non omnis sola dici potest et non de solo homine intellegitur. quod ergo fuerit ex nominatiuo casu nominis et tertia uerbi
390 persona coniunctum, PROLOQVIVM dicitur, ita ut iam necessario aut uerum sit aut falsum aut dubium. namque 'homo animal est' omnes iudicamus uerum esse et 'omne animal homo est' omnes iudicamus falsum. dubium est 'ille disputat' quamuis necessario aut disputet aut non disputet, nobis tamen dubium est. alterum [nihil] horum necessarium esse intellegimus, sed quid uerum sit nescimus. ubi uero illa uerba sunt, quae inpersonalia dicuntur, non ex nominatiuo casu impletur sententia sed alios casus recipit ut disputatur cum dicitur, plena sententia est si ablatiuum adiungas hoc est a Cicerone. et paenitet cum dicitur, plena sententia est, si accusatiuum adiungas
391 id est Ciceronem. [et multa sunt alia.] illud tamen constat personalia uerba non implere sententiam nisi *cum* nominatiuo casu et tertia uerbi persona. sunt etiam sententiae quae quamuis constent ex nomine et uerbo adfirmari tamen aut negari non possunt. quae non PROLOQVIA sed ELOQVIA dici non nullis placuit. ut est modus imperatiuus. cum dicimus curre, iam plena sententia est. nam nec solum intellegi sed etiam fieri potest quod dicis. negari tamen non potest. non enim hoc negat qui dixerit noli currere. hoc enim non est aduersum ei quod dictum est curre, ut hoc sit uerum illud falsum. [ut possit nasci quaestio.] nam de aientia et negatione quaestio sine dubio nascitur ut ille currit et ille non currit: quaestio est utrum currat. curre autem et

---

2 possunt *b* potest *BR* || 4 etsi non omnis *b* || 10 *post* falsum *add.* esse *r* || dubium est *om. R* || 12 nihil *deleui; eadem de causa ante* nihil *add.* non *b* || 13 uerum *scripsi* horum *BR* || 17 penitet *BR* || 18 et — alia *deleui* || 20 cum *add. p* || 25 discimus *R* || 29 *ad* curre *add.* aiax *R*m || currere *R* || 30 ut — quaestio *deleui* || 31 et *om. R* || 32 *post* currat *add.* an non *R*m ||

noli currere non facit quaestionem utrum currat.
nulla quidem quaestio hic potest intellegi utrum currere
debeat. hoc enim ex aientia et negatione natum est ut
currere debet et currere non debet. hoc facit
et optatiuus modus. cum enim plena sit sententia cum *120 G*
dicamus utinam scribam, utinam non scribam,
non potest hinc nasci quaestio utrum scribat. sed plera- 392
que talia sunt: haec ad exemplum sufficiant. quod ergo
fuerit iunctum ex nomine et uerbo, si plenum nomen et
plenum ⟨uerbum sit, necessario facit sententiam sed non
necessario facit proloquium. si enim est [quod iam est],
adfirmari et negari potest. et supra diximus, multa dici
plena sententia, quae tamen adfirmari et negari non pos-
sunt. plenum igitur proloquium est 'omnis homo animal
est' et quamuis natura illud exigat ut primo nomen et
postea uerbum dicatur, ut dictum est, non desinit uerum
esse proloquium etiam si dicas 'est animal omnis homo'.

Quicquid accesserit huic sententiae cui parti accedat
diligenter uidendum est. nam sunt proloquii partes duae. 393
quae in nomine una: SVBIECTIVA dicitur,⟩ quae in uerbo
DECLARATIVA. subicitur enim quid sit et declaratur quid de
illo possit intellegi. cum ergo dicimus Cicero disputat, si
accedat huic sententiae in Tusculano, declaratiue acces-
sit, si accedat Romanus, subiectiue. item si accedat pru-
denter et copiose, declaratiue. item si dicitur cum
Catone, declaratiue accessit. quicquid igitur nomina-
tiuo casui accedit, subiectiue accedit. quicquid declaratiue
accedit, uariis casibus et modis accedit. nam subiectiue
non possunt alii casus accedere, declaratiue non nisi alii
excepto nominatiuo. illud tamen sciendum posse fieri ut 394
uerbum sit in subiectiua, nomen in declaratiua, sed ita

---

2 curre *R* || 3 utrum currere debeat *r* || 5 et *add. Vulc.* || 6 utinam scribam *om.* B^1R^1 || 11 quod iam est *ab interpolatore additum est, qui non intellegebat ad* si enim est *audiendum esse* proloquium || 13 adfirmari et negari non possunt *b* affirmari non possunt et negari non possunt *D* adfirmari possit et negari possit *B* || 21 declinatiua *R* || 25 item si dicitur — declaratiue *om. R* || 26 accessit *B* cessit *R* || 29 alii *scripsi* uarii *BR* || 30 est *ante* posse *add. R* || 31 declinatiua *R* ||

uerbum in subiectiua ut aliquod pronomen secum uice
121 G nominis teneat. ita etiam nomen est in declaratiua ut teneat secum aliquod uerbum, ex quo eius uicem impleat. uelut si dicamus 'qui disputat Cicero est' q u i d i s p u t a t subiectiua est, C i c e r o e s t declaratiua, sed illam subie-
395 ctiuam pronomen facit, hanc declaratiuam uerbum. in hac igitur parte illud dicimus quem ad modum iuncta sunt nec tamen possunt plenam facere sententiam. et si faciunt, quem ad modum falsitati et ueritati non sint obnoxiae sententiae, quamuis sint plenae, et quem ad modum ad id perueniatur ut iam non solum plena sententia sit sed etiam necessario uera aut falsa.

396 Tertia pars sequitur, in qua dicendum iam est de ipsis proloquiis, ad quorum intellectum in superiori parte peruenimus. PROLOQVIA igitur differentias habent binas, in quantitate et qualitate. QVANTITATIS differentia est quod alia sunt uniuersalia alia particularia alia indefinita. VNIVERSALE est ut 'omnis homo animal est'. PARTICVLARE ut 'quidam homo ambulat'. INDEFINITVM ut 'homo ambulat'. quod igitur indefinite dicimus, necessario particulariter accipimus, non necessario uniuersaliter. et quoniam id potissimum enumerandum quod securum habet intellectum, indefinitum pro particulari accipitur. erunt ergo duae differentiae in quantitate, quod aliud est uniuersale proloquium, aliud particulare. in qualitate item duae, quarum DEDICATIVA altera, altera ABDICATIVA. dedicatiuum est 'omnis ⟨uoluptas bonum', abdicatiuum ut 'omnis uoluptas non bonum'.

122 G
397 Vniuersale igitur dedicatiuum non necessario sequitur conuersio. non enim 'si omnis homo animal est, omne animal homo est'. uniuersale autem abdicatiuum

5 cicero est *b* cicero *BR* || 7 discimus *b* || 7 *et* 9 *et* 10 quemammodum *B* || 8 possint *B* || 13 *ante* tertia *add.* quod est proloquium *BR* || 19 ambulat *b* animal est *BR* || 22 quae quoniam *B* quae quoniam *R* et quoniam *b* || 26 qualia *B* quia *b* quarum alia *R* || altera abdicatiua *BR* alia abdicatiua *r* || 29 quemad (ā *B*) modum conuertantur *ante* uniuersale *add.* *BD* ||

necessario sequitur conuersio. 'si enim omnis uoluptas bonum non est, omne bonum non est uoluptas' et 'si omnis homo non est animal mutum, omne animal mutum non est homo'. particulare⟩ autem dedicatiuum habet necessario conuersionem. nam 'si quidam homo animal est, quoddam animal homo est'. particulare uero abdicatiuum non habet necessariam conuersionem. 'non' enim 'si quoddam animal non est rationale, quoddam rationale non est animal'. uniuersalis ergo dedicatiua et particularis abdicatiua non necessario recurrunt. uniuersalis autem abdicatiua et particularis dedicatiua necessario conuertuntur, ita tamen ut facta conuersione in declaratiua particula negatio maneat. nam utique conuersio ita fit ut quae particula fuit declaratiua, eadem subiectiua sit. ergo cum dico 'omnis uoluptas bonum non est' omnis uoluptas subiectiua, non est bonum declaratiua. si conuertam 'omne bonum uoluptas non est' facta est quidem subiectiua quae fuit declaratiua, negatio tamen hanc particulam tenet, quae facta est declaratiua. et si uelim sic dicere 'nulla noluptas bonum est' conuertendum est sic 'nullum bonum uoluptas est'. sed propter duo pro- 398
loquia, quae diximus non necessario conuerti, debemus intendere omnia quae proloquiis attribuuntur, per quae recte aut non recte proponi possunt, ut uerum aut falsum possint ostendere. haec autem quinque sunt iam superius demonstrata: genus species differentia accidens et proprium. ex his duo faciunt illa proloquia recurrere, alia tria nullo modo. namque 'ut omnis homo animal est *123 G*
rationale mortale, ita omne animal rationale mortale homo est' et 'quem ad modum omnis homo risibilis est, ita omne risibile homo est'. rursum in particulari abdicatiua uidendum est quid sit proprium non esse. ut enim proprium est hominis esse risibile, ita proprium est risibile non esse praeter hominem. ergo si particulare

---

4 deindicatiuum *B* || 6 homo animal *R* || 8 rationalem *R* || 9 et *om. B* || 23 attribuntur B^1R || 27 ex hiis duo *add. b* ex his duo sunt quae *add.* R^m || decurrere *B* || 30 quemammodum *BR* || risibile B^1R || 33 homines B^1R ||

abdicatiuum proponamus sic ‘quiddam risibile non est praeter hominem’ recurrit sine dubio ‘quiddam praeter hominem non esse risibile’. item ‘quiddam inanimum inrationale inmortale non est homo, quidam homo non est
399 inanimum irrationale inmortale’. item sunt aliae conuersiones, quae faciunt easdem proloquiorum particulas indefinitas etiam negatione scilicet de loco migrante. nam particulae indefinitae fiunt hoc modo homo, non homo; animal, non animal; et ideo indefinitum est, quia negas tantum hoc esse, non dicis quid sit. cum ergo dico ‘omnis homo animal est’ si uelim recte conuertere, ⟨adhibeo negationes, ut fiant particulae indefinitae. si enim uerum ‘omnis homo animal est’ et uerum est ‘omne non animal non homo’. hac conuersione usus est in rhetoricis Cicero ‘deinde si constitutio et ipsa et pars *constitutionis* eius quaelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio est nec pars
400 constitutionis’. item particularis abdicatiua potest hoc modo conuerti ‘si enim quoddam animal homo non est, quoddam non homo animal est’⟩ et in hac conuersione obseruandum est, quod ubi non est negatio cum directo proponimus, ibi fit dum conuertimus. hanc uicissim conuersionem recipiunt duo proloquia, quae illam primam non necessario recipiebant. solum uniuersale abdicatiuum non illam aliam recipit. uocetur ergo docendi causa illa prima conuersio, haec secunda. haec autem proloquia
124 G quem ad modum inter se adfecta sint hoc modo manife-
401 stius apparebit. quattuor lineis quadrata formula exprimatur. inprimo angulo superioris lineae scribatur uniuersalis dedicatiua et in alio eiusdem angulo uniuersalis abdicatiua, item infra ad primum angulum inferioris lineae particularis dedicatiua, ad angu-

4 quiddam *b* || 13 *ante* uerum *b post* uerum *D add.* est || 14 rethoricis *D (de inu. 1, 10)* || 15 constitutionis *ex Cicerone add. Koppius* || 17 ea — est *om. D* || 21 quod *om.* $B^{1}R$ || derecte *R* || 22 si dum *BR* ibi sit dum *b* ibi fit si dum *r* || 24 necessario *om.* $B^{1}R$ || 25 aliam *om. B* || docendi *Vulc.* dicendi *BR* || 30 uniuersalis *om.* BR^{1} ||

lum reliquum particularis abdicatiua, deinde ducantur angulares lineae ab uniuersali dedicatiua ad particularem abdicatiuam et ab uniuersali abdicatiua ad particularem dedicatiuam. duae igitur superiores simul confirmari non possunt, simul negari possunt. nam non potest simul uerum esse 'omnis uoluptas bonum est' et 402 'omnis uoluptas non est bonum'. possunt autem simul *125 G* esse 'non omnis uoluptas bonum est' 'non omnis uoluptas non est bonum'. duae uero inferiores uicissim simul negari non possunt, simul confirmari possunt. nam utique non potest simul negari 'quaedam uoluptas bonum' et 'non quaedam uoluptas non bonum' esse. at uero potest et 'quaedam uoluptas bonum' esse et 'quaedem uoluptas bonum non' esse. angulares autem neque simul adfirmari neque simul negari possunt. nam si uerum est 'omnis uoluptas bonum est' falsum est 'quaedam uoluptas non est bonum'. item si falsum est 'omnis uoluptas non est bonum' uerum est 'quaedam uoluptas est bonum'. hoc item contingit, si prius particularem uicissim nomines, nam si uerum est 'quaedam uoluptas non est bonum' falsum est 'omnis uoluptas bonum est'. item si uerum est 'quaedam uoluptas bonum est' falsum est 'omnis uoluptas non est bonum'. item uniuersalis dedicatiua con- 403 firmata particularem suam necessario confirmat, negata non necessario eam negat. nam si uerum est 'omnis uoluptas bonum est' necessario uerum est 'quaedam uolu-

---

4 *Koppius formulam ex p repetiit: nihil tale in BR inuenitur: in D formula est sed simplicior quam Koppii* || 6 et *om. BR*[1] || 10 *ante* utique *perperam* non *tolerauit Koppius, quod codd. non agnoscunt* || 11 *ante* quaedam *add.* simul non *BR* simul negari non *b* (negari *etiam add.* R^m) || *post* bonum *add.* est *b* || *post* et *om.* non B^1R || 12 *post* uoluptas *om.* non B^1R^1 || esse *BR* est *br* || *post* potest *add.* simul affirmari bR^m || 17 falsum *B* uerum *b* || 18 uerum *B* falsum *b* || bonum est *b* non est bonum *B* || 20 nam *b* item *BR* || 20—23 omnis uoluptas non est bonum, uerum est, falsum est quaedam uoluptas bonum est. et si falsum est omnis uoluptas non est bonum, uerum est quaedam uoluptas bonum est *RB, quod in textu exhibui praebent bD* ||

ptas bonum est’. at uero si superiorem negemus hoc modo ‘non omnis uoluptas bonum est’ potest fieri ut ‘quaedam uoluptas bonum’ sit. particularis item dedicatiua confirmata non necessario uniuersalem suam confirmat, negata ⟨necessario illam negat. nam si uerum est ‘quaedam uoluptas bonum est’ non sequitur ut ‘omnis etiam uoluptas bonum’ sit. si uero ‘quaedam uoluptas bonum non est’, falsum est ‘omnis uoluptas bonum est’. in duabus reliquis hoc obseruabis. . . . .

404 Plenam sententiam cum proposuerimus aliquid ex
126 G ea uolentes efficere, cum concessa fuerit SVMPTVM dicitur. huic etiam uni sententiae alia certa ratione debet innecti et utique propter id, quod inferre uolumus, concedenda⟩
405 et haec cum concessa fuerit, SVMPTVM dicitur. ex duobus sumptis ratione sibimet nexis conficitur ILLATIO. quae illatio sumptum propterea dici non potest, quia non expectas ut hoc etiam tibi aduersarius concedat sed eo inuito sequitur, si modo ratione seruata fuerit illatum. et ut hoc planum fiat exemplo, putemus quaestionem esse utrum uoluptas utilis sit. si proponamus ita ‘omnis uoluptas bonum est’ plena quidem sententia est: sumptum efficitur, si hoc aduersarius concedat. quo concesso adiungenda est alia sententia ‘omne autem bonum utile est’. si hoc etiam concesserit, efficitur sumptum. ex quibus duobus sumptis etiam inuito eo sequitur ‘omnis igitur uoluptas utilis est’.

406 Hoc totum, quod constat ex duobus sumptis et illatione, RATIOCINATIO a nobis, a Graecis συλλογισμός appellatur. est ergo ratiocinatio ex duobus pluribusue concessis ad id quod non conceditur necessaria peruentio. possunt ergo plura esse sumpta sed minus [a] duobus esse non possunt. et enim est integra ratiocinatio, si ad illud quod uolumus ostendere, utilem esse uoluptatem, tribus etiam sumptis peruenire uelimus ut ‘omnis uoluptas se-

---

9 *excidisse non nulla perspexit Koppius* || 10 quid sumptum et quid illatio *BD add. ante* plenam || 12 rationatione *D* || 14 *post* duobus *add.* igitur *b* || 15 pallatio quod *R* || 18 si moderatione *R* || 28 syllogismus *RB* || 31 a *del. Grotius* ||

cundum naturam est, omne quod secundum naturam est bonum est, omne bonum utile est, omnis igitur uoluptas utilis est'. ex hoc apparet plura etiam licere addere si oportuerit. non numquam etiam concludimus inferentes 407 non quidem id quod conficitur, sed quod ex eo ipso, quod inferre debemus, necessario conficitur hoc modo 'omnis uirtus bonum est, omne bonum utile est, omnis igitur uirtus non nocet'. inferendum erat 'omnis igitur uirtus utilis': ex eo necessario sequitur n o n n o c e r e, *127G* quod enim utile est numquam nocet. hoc a Graecis συμπέρασμα dicitur, a nobis dici potest CONFINIS CONCLVSIO.

Ratiocinatio igitur siue propriam et suam siue confinem habens conclusionem diuiditur in duo genera: praedicatiuum et condicionalem *syllogismum*.

PRAEDICATIVVS est in quo sumpta ita sibi innexa 408 sunt, ut aliquo extrinsecus addito suppleantur, ut hoc quod supra dictum est 'omnis uoluptas bonum est, omne bonum utile est'. uidemus itaque non totum quod supra positum est dictum, sed unam inde partem sumptam declaratiuam, quae secundo proloquio facta est subiectiua. quod proloquium secundum ut impleret sententiam, aliquid petiuit extrinsecus ⟨id est u t i l e e s t. huius illatio conficitur ex eo, quod accessit et ex eo, quod non est repetitum id est 'omnis igitur uoluptas utilis est'. huius generis tres formae sunt. prima est in qua declaratiua particula superioris sumpti sequentis efficitur subiectiua, aut subiectiua superioris declaratiua sequentis. declaratiua superioris fit subiectiua sequentis ut in superiori proposito exemplo. subiectiua superioris fit declaratiua sequentis si hoc modo uelis conuertere 'omne bonum utile est, omnis uoluptas bonum est, omnis igitur uoluptas utilis est'.⟩ secunda forma est, in qua declaratiua superioris sumpti eadem est

---

9 est *post* utilis *add.* *r* || 11 symplerosma RB^1 || 15 conditionalem *R* || syllogismum *add. Monac. 3 et 6* || 16 quid sit praedicatiuus syllogismus (silogismus *B*) *ante* praedicatiuus *add.* *BR* || nexa *R* || 19 itaque non *p* utique nec *BR* || 21 in *post* quae *add.* *b* || 25 utile B^1R || 32 utile B^1D ||

‘quoddam iustum non est turpe, omne malum turpe, quoddam igitur iustum non est malum’.

413 TERTIAE FORMAE PRIMVS modus est in quo conficitur ex duobus uniuersalibus dedicatiuis particulare dedicatiuum directum ut est ‘omne iustum honestum, omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum’. SECVNDVS modus est in quo conficitur ex particulari dedicatiuo et uniuersali dedicatiuo particulare dedicatiuum directum ut est ‘quoddam iustum honestum, omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum’. TERTIVS modus est in quo conficitur ex uniuersali dedicatiuo et particulari dedicatiuo particulare dedicatiuum item directum ut est ‘omne honestum iustum, quoddam honestum bonum, quoddam igitur iustum bonum’. QVARTVS modus est in quo conficitur ex uniuersali dedicatiuo et uniuersali abdicatiuo particulare abdicatiuum directum ut est ‘omne iustum honestum, nullum iustum malum, quoddam igitur honestum non est malum’. QVINTVS modus est in quo conficitur ex particulari dedicatiuo et uniuersali abdicatiuo particulare abdicatiuum directum ‘quoddam iustum honestum, nullum iustum malum, quoddam igitur honestum non est malum’. ⟨SEXTVS modus est in quo conficitur ex uniuersali dedicatiuo et particulari abdicatiuo particulare abdicatiuum directum ut est ‘omne iustum honestum, quoddam iustum non est malum, quoddam igitur honestum non est malum’. omnes igitur modi
131 G certum ordinem tenent eiusdemque ordinis ratio est, quae in ipsis formis⟩ demonstrata est.

414 CONDICIONALIS syllogismus est cuius propositio et plenum argumentum et plenum id de quo quaestio est continet, ita ut assumpto argumento iam certum inferri possit de quo quaestio erat ad hunc modum. ponamus quaestionem esse utrum sit utilis rhetorica, et uolentes utilem probare, argumentum ab huius definitione capia-

5 directim *B* || 8 directim *BR*[1] || 11 in quo conficitur *om. B* || 12 item *R* ut est *B* || directim *BR*[1] || 13 ut est *om. B* || 20 directim *BR*[1] || 29 de condicionali syllogismo *ante* condicionalis *add. BR* || 34 huius *Br* hus *R* ||

mus, quod est bene dicendi scientia. ex huius argumento et illa quaestione condicionalis syllogismus ponitur sic 'si rhetorica est bene dicendi scientia, utilis est'. assumimus argumentum ita 'est autem rhetorica bene dicendi scientia'. haec duo qui concesserit, etiam inuitus concedat necesse est utilem esse rhetoricam, quod erat dubium ante quam propositio et assumptio concederetur. nihil tamen in assumptione accessit extrinsecus. quod est proprium praedicatiui syllogismi. hic PRIMVS modus a dialecticis appellatur, qui est AB ANTECEDENTIBVS propterea quoniam argumentum quem ad modum positum est, ita et assumptum, hoc tantum modo differens quod cum condicione positum est et sine condicione assumptum. SECVNDVS modus est qui appellatur A CON- 415 SEQVENTIBVS, in quo ipsum argumentum quaestionem sequitur, non quaestio argumentum hoc modo 'si est rhetorica utilis, est bene dicendi scientia'. assumitur argumentum a contrario id est per negationem sic 'non est autem bene dicendi scientia, non utilis est igitur'. TER- 416 TIVS modus est, qui appellatur A REPVGNANTIBVS, in quo demonstratur non posse simul hoc esse et illud non esse, in quo cum fuerit adsumptum unum, aliud necessario tolletur, ut cum fuerit adsumptum e s s e, n o n e s s e tollatur hoc modo 'non est bene dicendi scientia rhetorica *132 G* et non est utilis, est autem bene dicendi scientia, utilis est igitur': confectum est 'utilem esse' sublato eo quod 'non esse utilem' propositum erat. hi tres modi ex uno argumento possunt confici et unam rem omnes probare possunt. nec interest in propositione quam partem [in] primo ponas utrum argumenti utrum quaestionis, dum modo condicionis ratio conseruetur. cum dixeris 'si rhetorica est bene dicendi scientia, utilis est' potes et sic proponere 'utilis est rhetorica, si bene dicendi scientia

---

3 rethorica *R quod notare desinam* || 11 quemammodum *BR* || 13 conditione *bis R* || 14 apellatur *B* || 23 id est *ante* ut *add. B deletum in R* || 24 a *post* scientia *add. R* || 26 utile *Br* utilis *R* || 27 positum *R* || hii *R* || 29 in *deleuit Vulc.* || 32 potes *scripsi* potest *BR* ||

417 est. hoc etiam in duobus aliis experiri licet. QVARTVS
modus dictus est, qui PER DISIVNCTIONEM efficitur, ita
ut uno assumpto aliud necessario negatum sit hoc modo
'aut sanus est aut inbecillis, sanus est autem, non est igi-
418 tur inbecillis'. QVINTVS modus est, qui etiam PER DIS-
IVNCTIONEM efficitur, ita ut uno negato aliud necessario
sit hoc modo 'aut sanus est aut inbecillis, non est autem
419 sanus, est igitur inbecillis'. additi sunt alii duo modi,
qui per ⟨argumentum istorum duorum fieri possunt, non
tamen per disiunctionen sed PER NEGATIONEM. est ergo
SEXTVS modus in quo demonstratur non posse simul et
hoc esse et illud. assumitur per unius confirmationem,
concluditur per alterius infirmationem hoc modo 'non est
sanus et inbecillis, sanus est autem, non igitur inbecillis'.
SEPTIMVS modus proponitur sic et in eo assumitur ut in
420 quinto atque ita concluditur. ad rem facilius intellegen-
dam his quaedam formae iunguntur ita ut rebus⟩ ipsis,
non dictis ratiocinandi uis intellegatur. est PRIMI modi
forma haec 'si primum, secundum: primum autem, secun-
dum igitur'. SECVNDI haec 'si non primum, nec secun-
133 G dum: secundum autem, et primum igitur'. TERTII haec
'non et primum et non secundum: primum autem, igitur
et secundum'. QVARTI haec 'aut primum aut secundum:
primum autem, non igitur secundum. QVINTI haec 'aut
primum aut secundum: non autem primum, igitur secun-
dum'. SEXTI haec 'non et primum et secundum: pri-
mum autem, non igitur secundum'. SEPTIMI haec 'non
et primum et secundum: non primum autem, igitur se-
421 cundum'. sciendum tamen est ex uno argumento posse
fieri tres superiores modos et ex uno argumento alios
quattuor. huius autem ordinis ratio est ut primus modus

---

2 dictus *om. R* || 3 absumpto *R* || 4 inbicillis *R* || 5 quintus — 8 inbecillis *om. BR* || 7 autem *om. B* || 8 est *om. R* || 19 haec *om. R* || primum — igitur *om. BR add.* B^m R^m || 20 si non primum non secundum non secundum autem non primum igitur *BR deletis prima* non *in R, prima et secunda in B; tertia et quarta additis a sec. manu in B, omissis in R* || 21 tertia *B* || 27 haec *om. R* || 28 autem *om. B* ||

sit qui appellatur ab antecedentibus, quia utique quod antecedit prius est, secundus a consequentibus eadem ratione ut ipso nomine suo primum se debere sequi etiam in ordine uideatur ostendere. restat qui sit tertius in eodem argumento a repugnantibus. non enim potest ad disiunctionem transilire, quae iam non potest ex eodem argumento fieri. erit ergo quartus modus quasi ad aliud argumentum primus. et ibi utique antecedere debet, in quo per confirmationem assumitur. prior est enim confirmatio negatione. quintus debet esse idem sed per disiunctionem, sed post eum propterea, quia in eo per confirmationem assumitur, in hoc autem per negationem. hoc in duobus reliquis licet intellegi.

Miscentur autem sibi multis modis syllogismi ut in 422
una ratiocinatione et praedicatiui generis et condicionalis formas agnoscas hoc modo. si quaestio sit utrum utilis sit ipsa dialectica, proponendum est 'si bene disputare utile est, utilis est bene disputandi scientia: at bene disputare utile est, utilis est igitur dialectica'. sane uidendum est in praedicatiuo syllogismo quod de propositione sibi assumptionem uindicet. nam extrinsecus aliquid eam accipere manifestum est. in eo autem quod sibi, ut diximus, de *134 G*
propositione uindicat adtendendum est utrum recte uindicet propter seruatas memoratasque formas. efficitur enim ut quod in propositione ad declaratiuam partem pertinere uidebatur, in assumptione ostendatur ad subiectiuam pertinere. et item si aliter assumas, hoc ipsum pertinebit ad declaratiuam hoc modo. notum est in prima forma ita assumi ut aut declaratiua propositionis subiectiua sit assumptionis, aut subiectiua propositionis eadem et declaratiua sit assumptionis, ut si proposueris sic 'omnis ars frequenti exercitatione meditanda est, dictio autem exercitatio est rhetoricae, <rhetorica igitur frequenti dictione

---

3 ipse *BR* || 5 potest *br* possemus *BR* || 12 in — negationem *om.* B^1R^1 || 17 est *R* esse *B* || 18 aut *R* || 29 ita assumi (*deinde deleta* ut aut) subiectiua assumptionis si proposueris sic *B* *omissis ceteris* || *post* ut aut *add.* aut, *deinde deletum* subiectiua *in R* || declaratiua—declaratiua sit *om.* R^1 ||

meditanda est' in propositione exercitatio ad declaratiuam partem pertinere uidebatur, in assumptione ipsa exercitatio ita ad declaratiuam pertinet. quo modo ergo forma seruata est? scilicet quia relictum est aliquid in declaratiua propositionis quod non uenerit in declaratiuam assumptionis unde possit fieri conclusio hoc est meditanda est. nam si uellem sic assumere 'rhetorica autem ars est' totum seruaretur ad conclusionem 'rhetorica igitur frequenti exercitatione meditanda est'. ex hoc apparet multa esse communia quae possent uel subiectiue uel declaratiue adiungi pro⟩ ut se habuerit assumptio.'

423 Talibus insistente Dialectica et ad quaedam non minus inextricabilia quam caliginosa properante Pallas nutu Maiugenae festinantis interuenit

'perita fandi iam progressum comprime,
ne implexa tortos stringat intimatio
et multinodos perpeti anfractus diu
Hymen recuset. editum est compendio
quicquid decenter docta disputatio
multo astruendum contulit uolumine,
sat est profundae fons decens scientiae,
quae abstrusa promit nil morosum disserens
praeteruolando nilque ignotum deserens,
135 G nam quae supersunt fraude multa consita,
quis falsa captos circuit deceptio,
dum ambage ficta praestruis sophismata
captentulisue ludis illigantibus
pellax soritas cumque sensim congeris
formasue, mendas comprobat quas ueritas,
nefas Tonantis garriat sub auribus
facinusque dirum, quippe summi caelites
odere turpis omne falsum feminae.

---

5 declaratiua *B* || 8 seruabatur *BD corr. Mon. 3* || 9 frequentiae *D om. B* || 11 se *D* si *BR* || 12 insistentibus *B* || et *om. B* || 13 caligosa *B* || 14 nutum *BR* || 16 inflexa *BR* || tortos *B* tortus *bR* || 18 ymen *BR* || 21 frons *R* || 25 quae *R*¹ || 26 sofismata *BR* || 32 turpis *B*¹*R*¹ ||

nam si reuoluas, quid cauilla saeuius?
dudum locuta circulatrix indecens
fies profecto decipula, si astruxeris.
facessat ergo uersilis profunditas
relicumque tempus liqueris sororibus.'

his auditis Dialectica cunctabunda paululum, tamen diuae 424
praeceptis paritura respondit

'uenerandos mihi fatus reuerendosque secuta
referam iussa pedem atque ilicet exorsa silebunt.
licet unam decuit iussae permittere culpam,
ut honoris pretio cederet inferre relatus,
⟨populum Cecropidarum bene quo palliatarum
Bromius conciperet contumias nosse dolere,
mage quam crediderat uipeream noscere posset
et iners Marsica dudum fieret praestigiatrix
neque me conspiceret somnificam uel temulentam
ioca passim blaterantem Iouialibus sub orsis.
tamen uni famulandum⟩ est tibi uirgo: reticemus.'

haec dicens uelut repressa conticuit compluresque eam diuorum, qui inter initia deriserant, horruerunt.

---

1 uoluas *BR*[1] || 2 locutus *B*[1]*R*[1] || 5 reliqumque *b* reliquumque *R* || 8 uenerandus *BR corr. p* || reuerendusque *br* || 9 illic et *B* || 10 decuit iussae *b* decuisse *BR* || 11 ut *p* et *BR* || cederet *BR* cederem *b* || 12 cicropidarum quo bene *D* || 13 contumelias *D* || 15 fleret *BR* fieret *b* || 17 ioca *Grotius* loca *BD* || 21 ntia *R* || orruerunt *B*[1]*R*[1] || *subscriptum* DE ARTE DIALECTICA EXPLICIT LIBER IIII *in BR* ||

LIBER V

DE RHETORICA

136 G
425 Interea sonuere tubae raucusque per aethram
cantus, et ignoto caelum clangore remugit:
turbati expauere dei uulgusque minorum
caelicolum trepidat causarum et nescia corda
horrent ne ueteris renouentur crimina Phlegrae.
tunc Amnes Faunique Pales Ephialta Napeae
respectant proceres nulloque assurgere motu
cernunt attoniti uicibusque alterna profantes
mirantur placidam per pectora sacra quietem.
tum primum posita Siluanus forte cupresso
percitus ac trepidans dextram tendebat inermem
Deliacos poscens arcus atque Herculis arma,
Portuni trifidam suspirans flagitat hastam,
Gradiui frameam non ausus poscere, falcem
Saturni bello suetus disquirit agresti,
diffidensque sui respectat tela Tonantis.

426 Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum, ecce quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris, uultus etiam decore luculenta femina insignis ingreditur, cui galeatus uertex ac regali caput maiestate sertatum, arma in manibus quibus se uel communire solita uel aduersarios uulnerare fulminea quadam corusca-

---

inscriptum INCIPIT DE RETHORICA LIBER V *in BR* || 7 horrent ne *Susius* haerent et *BR* || phlaegrae *BR* || 12 tunc *b* || 13 inermen *R* || 14 deliacos poscens B^m Della composcens *BR* Dellaque composcens *rb* || 20 sublimissimi BR^m (limis *in ras., in qua prima littera* t *fuerat*) subtilismi *R* || 23 sertatum arma in manibus *B in ras.* ||

tione renidebant. subarmalis autem uestis illi peplo quo-
dam circa umeros inuoluto Latiariter tegebatur, quod om- *137 G*
nium figurarum lumine uariatum cunctorum schemata
praeferebat, pectus autem exquisitissimis gemmarum co-
loribus balteatum. haec cum in progressu arma concus- 427
serat, uelut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissul-
tantibus fracta diceres crepitare tonitrua: denique credi-
tum quod instar Iouis eadem posset etiam fulmina iaculari.
nam ueluti potens rerum ⟨omnium regina et impellere
quo uellet et unde uellet deducere et in lacrimas flectere
et in rabiem concitare et in alios etiam uultus sensusque
conuertere tam urbes quam exercitus proeliantes, quae-
cumque poterat agmina populorum. haec etiam senatum
rostra iudicia domuisse in gente Romulea, Athenis uero
curiam gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse ac
totam funditus Graeciam miscuisse ferebatur. hac uero 428
loquente qui uultus uocisue sonus quantaque excellentia
celsitudoque sermonis!⟩ audire operae pretium etiam su-
peris fuit tantae inuentionis ingenium, tam fecundae uber-
tatis eloquium, tam capacis memoriae recordationisque
thesaurum. qualis disponendi ordo, quam pronuntiandi
congruens modulatio, qui gestus in motu, quae profunditas
in conceptu! denique exilis in modicis, in mediocribus
facilis, in elatione flammatrix. reddebatque cunctos in am-
biguis dociles, in persuasione cedentes, in conlisione dis-
cordes, in laudibus arrogantes. at uero cum quid commo-
tum publici nominis attestatione clamauerat, fluctuare per-
misceri ardere omnia uidebantur. hanc igitur feminam 429
auratae uocis et quasdam diadematum gemmas regnorum-
que fundentem ingens inlustrium uirorum sequebatur
agmen. inter quos proximi eidem duo diuerso habitu
nationeque praenitentes, quorum unus erat pallio circum-
actus alterque trabeatus. diuersus utrique oris sonus,
licet alius etiam Athenis se diceret Graia didicisse ac

6 fulgureae *b* || 9 ueluti npotens *R* uelut impotens *B* || 10 quo *b* quod *BD* || 15 gimnasia *D* || 19 fecundae *Rb* facundae *B* || 27 permiscere B^1R^1 || 31 proxime *R* ||

promptus gymnasiorum studiis et reluctantibus semper
138 G Academiae altercationibus haberetur. ambo tamen noui
profectique paupertatis sinu. et cum alterum Quirinalis
eques, alium fabrilis procrearet industria, ita praeclues
linguae excellentia floruerunt, ut post curiarum fata im-
meritasque mortes uirtute astra conscenderent, immor-
430 talitate gloriae saecula superarent. de uno tamen, quem
Athenarum populus ac palliata agmina sequebantur, haec
fama conuenerat, quod acerrimus idem et procellis in-
dignantis oceani fremituque uiolentior. denique de illo
uersus huius modi ferebatur

δεινὸϲ ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

431 alter uero, quem consularis purpura et coniurationis ex-
tinctae laurea redimibat, mox ut ingressus curiam supe-
rum et in Iouis gratulatus est se uenisse conspectum, cla-
mare laetior coepit 'o nos beatos o rem publicam fortu-
432 natam o praeclaram laudem consulatus mei'. post hos
tamen in diuersis agminibus oratores emeriti ac prae se
ferentes insignium culmen meritaque linguarum Aeschinem
Isocratem Lysiamque conspiceres, tum in togatis agmini-
bus † Sosantios Gracchos † Regulum Plinium Fronto-
433 nemque. uerum ante cunctos atque ipsam ducem omnium
feminam senex quidam signum [ac] praeuiam uirgam
gestans lictoris Romulei praecedebat usu atque in eiusdem
uirgae culmine ⟨corax oris aurati uenientis feminae au-
434 spicio praeuolabat. ille autem, qui gestabat uirgulam,
Tisias dictus cunctisque uetustior atque elatior uidebatur.
nam et suos minores ceteros, ipsam illam ducem respe-
ctans superpositum coruum commune pignus filiamque
435 memorabat. quo argumento commoti quam plures deorum

12 Hom. Il. XI 654 16 Cic. in Cat. II § 10

3 profectique *Susius* protectique *BR* || 5 curarum *B*[1]*R* (duriora fata *Vonckius*) || facta *r* || 6 conscenderant *B*[1] || 7 de uno *B* denuo *R* || 9 item *B*[1] || 12 ΔΙΝΟϹaΝΗΡ.ΤaΚaΚΕΝ-ΚaΙaΝaΙΤΙωΝ.ΗΤ*ΟΙΤΟ (ΗΤΙΟΙΤΙ *R*) *BR* || 13 alterum *B* || 14 redimebat *R* || ut ingressus est *b* ingressus *BR* || 19 escinem *BR* || 21 sosantios *BR* Crassos Antonios *Koppius* Catones *Halmius* || graeos *R* || 23 ac *deleui* || 27 dictus est *b* ||

eam quidem nobilissimam feminam sed aut Apollinis cognatam credidere si Graia est, aut si Romulea de gente Coruini. cui aenigmati illud adiectum,〉 quod intrepida et fiduciae promptioris tam Palladis quam ipsius Cyllenii deosculata pectus cuiusdam propinquae familiaritatis indicia patefecit. denique non nulli superum cum inter tre- *139 G* pidationem bucinae praecinentis et admirationem amicitiae superorum incerti diutius diuinatorem Phoebum cuperent sciscitari nondum Ioue maximo disquirente, tumultuarie quae esset inquirunt. ac tunc illa respectans 436 superos uniuersos aliquanto commotiorque sic coepit 'patrem maximum Iouem ceterosque caelites, quos in causis pluribus saepe sum deprecata atque ipsum conuentum superae consessionis attestor nihil mihi magis inconsentaneum atque indecens aestimari, quam ut quae semper in foro iudiciisque quam pluribus accusauerim multos aliosque defenderim et uiribus gloriam deluctationis annixa mihi de discriminum fatis promeriti euentus praeconia compararim, nunc apud uos superi, quis placere inmortalitatis instar [ac pretium] uidebatur, inuita compellor scholarium iuuenilium monitus et exilia decantatae artis praecepta memorare. neque enim hoc nobis adscribit inopia, cum redundantes turmae suppetant consequentum, cum absque his, qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentum quoque perfregere subsellia, etiam alios habeam qui minutias praeceptorum et artis intimae commenta perscripserint, inter utrumque uero columen sectatorum praeniteat Tullius meus, qui non solum in foro senatu rostrisque grandiloquae facultatis maiestate tonuerit, uerum etiam ipsius artis praecepta commentus libros quam plures saeculorum usibus consecrarit. quod 437

2 esset *Halmius* || 3 adiectum est *Db* || 4 promptionis tam Pallidis qua *R* || cillenii *b* cilleni *BR* || 6 inter *Halmius* in *BR* || trepidationem *BR* trepidatione *br* || 7 ammirationem *BR* ammiratione *b* || 8 phebum *R* || 11 aliquando *Halmius* || 14 concessionis *B*[1] || 20 ac pretium *deleui* || compellar *b* || 21 scholarum *b* || 23 suppetunt *b* || consequentium *b* || 24 cum *scripsi* nam *BR* || 25 cognoscentium *b* || 28 non forum in solo *B*[1] ||

cum ita sit, emeritae granditatis pudor et celebrati quan-
tum pote nominis gloria haec inchoamentorum primordia
detrectaret excurrere, ni et hoc ad immortalitatis prae-
mium proficeret quod iubetis, ac fiducia me perennitatis
accendat exequi uel primordia tamen Ioue cum superis
imperante. accingar igitur haec aridiora percurrere
minus quidem quam publicitus soleo placitura, quamquam
si Pallados aures atque Arcadicam rationem beniuolae
maiestatis participaret assensio, ne nunc quidem apud uos
140 G maximi caelites displicebo. quippe sum ipsa Rhetorica,
438 quam alii artem, uirtutem alii dixere, alii disciplinam. ar-
tem uero idcirco quia doceor, licet Plato huic uocabulo re-
fragetur. uirtutem autem ⟨dicunt, qui mihi bene dicendi
inesse scientiam compererunt. qui edisci uero dicendi
intimam rationem et percipi posse non nesciunt, fidenter
me asserunt disciplinam.

439 OFFICIVM uero meum est dicere apposite ad persua-
dendum, FINIS persuadere id quod est propositum dictione.
quae quidem uerba mei Ciceronis attestor, cuius etiam
exemplis me per omnes insinuo praeceptionis ductus con-
440 sequenter usuram. MATERIES autem duplex est, ubi et
unde fiat oratio: VBI, [ut] cum ipsius membra adgredior
quaestionis: VNDE, cum res inuentae uerbaque sociantur.

441 QVAESTIO ipsa aut FINITA est aut INFINITA. finita
est, cum nascitur de certo facto demonstratque⟩ personam,
ut in Rosciana quaeritur Ciceronis utrum interfecerit
patrem Roscius. infinita illa est, quae generaliter quaerit
utrum sit aliquid appetendum, ut an philosophandum sit
in Hortensio disputatur. in superiore autem crebro assi-
dueque conluctor atque eam Graecis placuit ὑπόθεςιν no-

---

2 pote *scripsi* puto *BR* || 4 fiducia me *Halmius* fiduciam *BR* fiducia *br* || 5 accendat *Rb* accedat *B* || primordia *br* primora *BR* || 7 quam pollicitus *b* || 8 archadicam *D* archadiam *BR* || 9 assensio, ne nunc *Grotius* assensione. nunc *b* assensionem nunc *R* ascensionem. nunc *B* || 11 alii disciplinam *r* alteri disc. *BR* || 17 apposite *p* apropositae *B* proposite *Db* || 18 in dictione *b* || 20 insinuatio *D* || 22 ut *del. Koppius* || 24 quaestio autem ipsa *Db* || 26 ut *om.* B^1R^1 ||

minari. in infinita uero uniuersitatis astruendae sibi fiduciam uindicante tunc potius uersor, cum otium ac disputationes adgredior, licet plerumque etiam pars ipsa, quae thesis dicitur, in causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro et pila plurimum ualentia ministrarit. an aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur 'ex quibus causis mors obueniat repentina' ac *141 G* pro Milone similiter 'an mundus prudentia gubernetur'. denique e meis sectatoribus quidam acri admodum ac subtilissima ratione commoti nullam esse attestantur hypothesin [quaestionem], *nam* cuncta quae in defensione pro reis contraque eos in accusationibus retractantur, ad generales quaestiones poterunt applicari.

Iam uero partes officii mei quinque esse non dubium. 442 nam est inuentio dispositio elocutio memoria pronuntiatio. iudicatio enim, quae a non nullis dicitur, partibus cunctis adscribitur idcircoque ipsa pars non poterit rite censeri, licet dicendum quid silendumue sit dispensatio iudicationis examinet. INVENTIO est quaestionum argumentorumque sagax inuestigatrixque comprehensio. DISPOSITIO est quae ordinem rebus attribuit. ELOCVTIO quae arripit uerba uel propria uel translata, quaeque noua facit ueteraque componit. MEMORIA firma rerum uerborumque custodia est. PRONVNTIATIO uocis motus gestusque pro rerum et uerborum dignitate moderatio. sed ex his inuentionem certum est esse potissimam, cuius opus est causae quaestiones excutere et argumenta probatu idonea repperire.

Quaestionum uero duplex species. aliae sunt enim 443 principales, aliae incidentes. PRINCIPALES sunt status ex quibus nascitur causa, quas Tullius constitutiones ap-

---

30 Cic. de Inv. I § 10 et saepius

---

1 in infinita *Rb* infinita *BD* || 4 ammentatas *BR* || 9 e *om.* B^1R^1 || ammodum *B* || 11 quaestio *BR* quaestionem *b*: *del. Halmius* || nam *add. Halmius* || 14 dubium est *b* || 15 *et* 21 eloqutio *B* eloquutio *R* || 18 dicendum quid silendumue *BR* (silendum *R*) quid dicendum quid silendum *r* || 24 questusque B^1 || 25 dignitatem *R* ||

pellat. INCIDENTES uero, quae dum tractatur causa nascuntur, dum argumenta uel scripta refutando in plures
142 G causa diducitur quaestiones, ut sit principalis 'utrum Clodium iure occiderit Milo' incidens ⟨'uter utri insidias compararit'.

444 Principales igitur status sunt numero tres, an sit, quid sit, quale sit. AN SIT coniectura est ut 'an patrem occiderit Roscius' QVID SIT finis ut 'an minuerit Cornelius maiestatem' QVALE SIT qualitas ut 'an Saturninus iure necatus sit'. sed ne forsan moueat, quod praetereo quartum statum, quem Hermagoras inuenit, subtilior ratio est eum non statum sed partem dicere qualitatis, quod in eius expositione monstrabo.

445 Nunc dicendum est quo modo status inueniantur in causa. inueniuntur igitur per intentionem⟩ et depulsionem. INTENTIO est obiectio eius facti quod in iudicium uenit. DEPVLSIO quaedam resistens intentioni ut si dicatur 'occidisti patrem: non occidi'. ex his duabus inter se concurrentibus uocibus nascitur quaestio, quae dicitur STATVS, quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat. sed facile est uidere quid obiecto crimini respondeatur. illud facile non est quid debeat intendi, utrum factum ut 'hominem occidisti' an nomen facti ut 'homicidium fecisti'. et licet uideatur idem esse, tamen in superiore obiectione si negabitur, coniectura erit, cum dixerit 'non occidi': in hoc ubi nomen rei intenditur, potest et finis uideri, ut si dicat 'non feci homicidium', † quicumque homo an cum innocens occiditur. quod si non factum obicias sed criminis nomen, negatione diuersae partis non erit manifestum qui status existat. nescias enim quid neget qui ita negat 'non feci homici-

3 deducitur *R* || 4 incedens *r* incidentes *R* || 9 magestatem *D* || 14 nunci *B*[1] || inueniatur *B*[1] inuenitur *D* inueniuntur *d* || 17 resistens intentioni negatio *b* || 21 obietto *R* || 26 rei nomen *R* (?) || 28 quicumque *BR* an quicumque *br*. *tale aliquid latere putem* homicidium est enim non cum quicumque homo sed cum innocens occiditur || nocens *b* || 31 negat qui ita negat *Rb* negat qui ita neget *B corr. Halmius* ||

dium', utrum quia nullum hominem iugularit an quia tyranni interfectio homicidium non uocetur. est igitur 143 G
intendendum ipsum illud quod factum est, ut si id negauerit aduersarius habeas coniecturam, si eo concesso nomen criminis excluserit intendas finem. quod si concesso 446
facto factique uocabulo licuisse sibi uel oportuisse facere dixerit, qualitas in causa uersatur, quae aut de re aut de actione congreditur: de re ut 'Milon*ne* facere licuisset' de actione 'an seruo uel addicto tribunos liceat appellare: an habere ignominioso liceat contionem' quae species qualitatis TRANSLATIO nominatur. item cauere debemus ne intendamus auditoris officium et sola status qualitas fiat. nam qui causam cognoscit, propositum habet efficere aliquid, id est aut damnare aliquem aut absoluere.

Auditoris autem sunt genera tria. unum eius, qui 447
secundum aequitatem aliquid statuit et is est perpense IVDEX. aliud eius, qui honestate uel utilitate incerta dubius alienae sententiae persuasionem inexplicabilis DELIBERATOR exspectat. tertium genus eius est, qui facti honestatem uel turpitudinem libera aestimatione perpendit, hunc AESTIMATOREM conuenit nominari. haec igitur sunt tria causarum genera, quae hypothesi continentur, id est iudicialis deliberatiua et demonstratiua.

Sed cum omnes praedictarum rerum auditores ⟨du- 448
bitatio sui deducat officii, quaerendum discrimen est et proprietas singulorum. nam et iudex, cuius officium est damnare reum uel absoluere, possessionem dare uel auferre, priusquam cognouerit causam, dubitat quo modo utatur officio. et qui deliberat ambigua mentis opinione differtur. et laudationis arbiter an rite quis laudetur aestimanti contemplatione dispensat. sed cum in diuersum haec distrahantur officia, tum illud maxime discrimen adtendimus, quem ad modum⟩ temporibus uarientur. nam deliberatio futuri tantum temporis continet quaestionem,

4 concessa *B*[1] || 5 intendas *scripsi* intellegas *BR* || 7 ad de re *B*[1] || 8 Milonine *scripsi* miloni *BR* || 15 auditores *R* || 16 alius *B*[1] || 22 continetur *B* || 25 officio *D* || 30 aestimati *b* || 33 uariantur *b* ||

144 G ut si deliberet Cato an se debeat ne uictorem aspiciat Caesarem trucidare. at uero iudiciale genus tam praeteriti quam futuri non numquam temporis inuenitur. sed in praeterito tantum de facto coniectura. ex futuro qualitas frequenter innascitur, ut suo loco promptius asseretur. laudatiuum etiam genus in praeteritis factis omne consistit sed a iudiciali genere fine discernitur. nam aliud est absoluere innocentem aequitatis imperio, aliud laudibus prosequi gloriosum insignium contemplatione meritorum. accedit quod in iudiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis [quisque tam de suis quam etiam de rebus externis], in laudatiuo aestimator auscultat *an* uera congruaque memorentur, licet nouella etiam id contulerint blandimenta ut suae praedicationis fiat arbiter qui laudatur.
449 ergo oportet attentius intueri, ne ea, quae auditoris officium habuerit, intendamus, ut si Verri, quod damnandus sit, edicatur. ille quippe se damnandum non esse respondet et utrum damnandus sit sola qualitas apparebit. igitur a facti obiectione nascitur intentio, ut si eidem dicas 'Siciliam spoliasti' responsuro 'non feci' coniectura componitur. stultum quippe est id, quod in arbitrio manet iudicis, aut certum facti nomen, non ipsum crimen intendere. cauendum aeque ne, cum lex ulla uel scriptura in causa tractatur, intentio sumatur ex lege, ut si dicas 'lex te murum uetabat ascendere peregrinum' sed illud potius dicendum 'murum ascendisti' ut si negauerit, non sit pugna de lege, sed de facto, cui accedit lex; si confessus erit factum, tunc contra legem fecisse uideatur. ceterum si negato facto fuerit lex uel quaeuis scriptura recitata, su-

4 facto *BR* de facto *b alia corr. in B* ex facto: in praet. facto tantum coniectura *Halmius* || 5 asserentur *BR corr. p* || 10 cognitur *R* || 11 alienis quisque *BR* alienis in deliberatiuo uero quisque *b m. multo recentiore;* in deliberatiuo *add.* R^m '*est inepta interpolatio*' *Halmius* || tam *om.* B^1R^1 || 12 an *add. Halmius* || 16 habuerint *br* || 17 damandum *R* || respondit BR^1 (respondebit *Halmius*) || 18 qualitate *Halmius* || 19 affecti obiectione *R* || 22 certum *scripsi* certe *BR* || 23 scripturae B^1R || 27 confessus erit factum *scripsi* confessus ex facto *BR* || 29 negatio R^1 || uel *om.* B^1 || superflua *p* superfluo *BR* ||

perflua uidebitur contentio, quando non iuris sed ueritatis altercatio contineat quaestionem. hoc uitio plerique falsi sunt.

Sed et praeter illos tres, quos status asserui, alios 450
quattuor uel quinque de scripti qualitate manantes esse dixerunt. qui licet suas in diuisione causae partes obti- *145 G*
neant, tamen numquam principali loco nascuntur, quia nisi fuerit quod probetur, nemo ad probandum recitat legem uel aliquam scripti formam. id autem quod probatur status est, qui ex primo conflictu semper existit. ceterae quaestio-⟨nes controuersiae uel incidentes sunt perhibendae.

Sic igitur inueniendi status facilis erit ratio, cum ne- 451
que nomen admissi neque auditoris officium neque legem aut scriptum aliquod *ingerimus* intentionis loco [quae obici poterit]. itaque talis intentio 'hominem occidisti' depulsio 'non occidi': quaestio ex his oritur 'an occiderit' in quo statu erit CONIECTVRA. sed cum intentioni ius facti opposuerit reus, fit QVALITAS, ut a Milone non factum negatur sed de facti iure contentio est. occidisse enim se fatebatur Clodium⟩ sed id iure fecisse. huic depulsioni subicitur ratio, quae non una simplexue est. nam potest unum atque idem factum propter uarias causas uideri probabile, ut hoc idem quod insidiatorem occiderat Milo una ratio fuit, alia quod hostem rei publicae et tyrannidis affectatione suspectum se interemisse memorabat. in quibus assertis fit quidem qualitas sed diuersae species eius erumpunt. nam prima relatiua, altera comparatiua qualitas fulget. quod si intentioni non ius facti sed negatio nominis opponatur, quamuis negatio depulsionis uice di-

---

3 sunt *om* B^1R^1 || 4 sed praeter *R* || 15 ingerimus *add. Halm.* || quae *Halmius* qui *B*, *om. Rb* || quae—poterit *deleui* || 16 intentio est *b* || 17 is *D* || 21 fatebatur *Db* fatebitur *B* || 22 est *Halmius* sit *BR* || potest *B* post *R* || 25 et *del. Christius* || 26 affectatione *Grotius* affectione *BR* || suspectum *scripsi* (*Vell. 2, 35, 3*) succensum *BR* || 27 assertis fit *D* assertisunt *BR* assertis est *b* || 30 apponatur *BR corr. p* || depulsionis uice (ue R^1) dicatur *Rb* depulsioni subdicatur *B* ||

catur, tamen non faciet coniecturam, quia non factum sed nomen facti destruitur ut in hoc 'adulterii actio sit. cum repudiata uxore stupratorem qui repudiauerat maritus inuenit, accusat adulterii. reus contra dicit nec factum negat sed adulterii nomen excludit et quaerit quid sit adulterium' quod est DEFINITIVAE CONTROVERSIAE. igitur con-
452 iectura ipsius facti negatio est, finis non admissi sed nomi-
146 G nis, idcircoque etiam depulsio ingesti criminis, quia cum facto aliud nomen imponitur, imminens obiecto crimini periculum denegatur ut in hoc obiectu 'pocula templi e sacerdotis domo furatus es: sacrilegium fecisti'. repellit 'pocula quidem abstuli sed quia de domo non templo, furtum non sacrilegium nuncupandum'. in quo etiam facti alia quaedam uidetur esse negatio. non enim hoc ad deorum iniuriam spectat admissum sed ad dispendium sacerdotis, cum de domo pocula subtrahantur. hic utraque factum definitione tractandum, id est et quid sit sacrilegium et quid furtum.

453 Nunc de qualitate dicendum, cuius multiplex natura diuisionem partium primo desiderat, ut ea decursa singularum proprietas explicetur. qualitas igitur aut de re aut de actione est. de re cum eius facti quod in iudicium uenit ratio causaue tractatur, uel cum quid fieri oporteat disceptatur ut 'an iure Clodium Milo iugularit' uel 'an domus Tullio restituenda fuerit'. de actione autem cum quaeritur an admittenda sit actio et iudicium faciendum. quae pars quoniam iuris aequitate perpenditur recte eam in species qualitatis subtilius adgregamus, aliter autem Hermagoras, *qui* quasi constitutionem nouam a qualitate distinguere et translationem uel praescriptionem uocare
454 maluerat. sed haec po-<sterius. qualitas aut futuri temporis aestimata aut praeteriti. et praeteriti IVRIDICIALIS,

13 alia *Grotius* alta *BR* || 14 uidentur *B* || 16 subtrahuntur *Halmius* || 18 dicendum est *b* || 19 prima *R* || 23 iugularit *Br* iugularet *R* || 27 aliter autem Hermogenes, qui quasi *Halmius* aliam autem Hermagoras quasi *BR* || 28 a qualitate *E* aut qualitatem *BR* || 29 praescriptionem *D* perscriptionem *BR* || 30 aut futuri t. aestimata aut praeteriti. et praeteriti *b* ut fut. t. aestimata et praeteriti *BD* ||

futuri NEGOTIALIS QVALITAS. in utraque iuris assertio
est. in iuridiciali naturae, in negotiali legis aut consue-
tudinis asserta uersantur. iuridicialis autem diuiditur in
absolutam et assumptiuam. ABSOLVTA est quae factum
ipsum sui natura et iure defendit. ASSVMPTIVA quae
cum in facto ipso nihil probabile repperiat, confugit ad
ipsam causam eamque iustam [ut facere deberet] allegat,
ut cum Milo non potest dicere hominem licuisse iugulare, *147 G*
causam occidendi astruxit insidias⟩ Clodianas. illinc as-
sumptiuae nomen accepit, quia cum absolute factum tueri
non possit, confugit ad causas.

Haec igitur assumptiua partes habet quattuor: rela-
tionem remotionem comparationem concessionem. RE- 455
LATIO est cum de facto confessus culpam in eum, quem
perculit, refert ut in Clodium Milo, Orestes in matrem,
Horatius in sororem, qui idcirco a se perhibuit iugulatam,
quia eius prouocatus iniuria in facinus sit coactus. RE- 456
MOTIO est cum obiectum crimen in alterum uel in aliud
ab eo, qui percellitur, remouetur. in alium ut Tiberius
Gracchus in Mancinum, qui auctor faciendi foederis fuit,
quod tam senatus quam populus inprobarat. item in tali
causa ‘legatus nisi intra triginta dies profectus erit, capite
puniatur. quaestor sumptum legato non dedit. tempus
emensum est. accusatus contra dicit et crimen obiectum
remouet in quaestorem’. in aliud autem remouet, si
morbo tardatus in infortunium suum causam remoueat
tarditatis. remouetur uero aut ipsum factum si ad alterius
attinuisse dicitur potestatem, aut causa cum alterius uitio
quid accidisse dicatur. COMPARATIO est, quam COM- 457

1 futuri uero *b* || in utroque *b* || asertio *D* || 3 in iuri-dicialis B^1 || 6 recipiat *D* || 7 iuste B^1 iniustam *D* || ut — deberet *deleui* || 8 posset *Halmius* || 9 illic B^1R || 14 confessus culpam in eum quem perculit *scripsi* confesso (confessio *B*) culpam in eum qui pertulit (pertulerit B^1) *BR* || 15 oratius *R* || 18 alium *Halmius* || aliud habes qui *R* || 22 profecturus B^1 || 26 tardatus *B* tardus *R* || 28 causa cum alterius uitio quid accid. *Halm.* causam alterius uitio (uitioq; *B*) qui accidisse *BR* causa alterius uitii q̄ accidisse *b* || 29 compensionem *R* ||

PENSATIONEM noui a posterioribus perhiberi, non cum crimini beneficium alterius temporis subrogatur sed cum factum iure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur. nam si meritum alterius temporis uelut in compensationis gratiam memoratur, ad deprecatiuam potius admouendum est qualitatem, quae ueniali specie continetur: haec uero rite se fecisse contendit ut Verris illa responsio 'magno' inquit 'decumas uendidi' quod factum compensat utilitate beneficii. in hac quippe parte facti confessio est sed immanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. at in illa criminis factique una confessio
148 G est sed aut ab animo se purgat aut purgatione cessante
458 ad humanitatis miseranda respirat. uerum haec qualitas uenialis in bina asserta discernitur: purgationem et deprecationem. nam PVRGATIO est, cum confesso facinore animum uoluntatemque purgamus: cuius modos tres esse non dubium id est inprudentiam casum necessitatem. inprudentia est cum a uoto scientiaque nostra aliquid dimouemus ut 'quidam in uenando iaculum intorsit ⟨in beluam et hominem delitiscentem retibus interemit': quae pars error dicitur atque ei subduntur ignoratio uinulentia obliuio fatuitas dementia ceteraque quae errorem admittentis excusant. casus uero culpam euentus exonerat, ut qui cum uictimis ad diem sacrum non *uenit cum* occurrerit fluminis incrementis. scelus autem necessitate commisit qui praecepto ducis insontem hominem iugulauit. inter quos modos hoc interest, quod inprudentia fallit, casus prohibet, necessitas cogit. DEPRECATIO autem nihil causationis associat sed in⟩ exorandi humilitatem precesque suspirat.

459 Ceteras quaestiones, quas status dicunt incidentes, aduertant qui † talium didicerunt, sic ut interius demon-

---

7 Cic. Verr. III § 40

---

4 compensationib; *B*[1] || 8 decomas *B* || 12 se purgat *Christius* separatur *BR* || 13 inhumanitatis *B*[1]*R* || 18 demouemus *R*[1] || 20 delitescentem *bD* || 21 dicitur *p* edicitur *BD* || ignorantia *b* || uinolentia *b* || 24 uenit cum *addidi* || 32 praecepta *uel* rationem talium *Halmius* ||

strationem formet primae uocis ingestio. plerumque enim secunda uim intentionis incutiet, ut in hoc 'uiro forti praemium quod uolet: qui fortiter fecit petit praemium nuptias uxoris alienae'. in quo qui petit praemium, quia nullum putat e diuerso, nihil intendit sed maritus contradictor intendit, licet secundo loco uideatur assurgere. cui per depulsionem uir fortis obstabit tamquam petitionem praemii quod poposcerat accusanti, praemium iustum esse contendens, tamquam si factum aliquod iure tueretur. item quaestiones legales, quas tamquam status causis inci- 460 dere memoraui, non eadem regula percensentur quippe quae in secunda conflictatione prorumpunt. nam prima qualitati tribuitur. igitur illa intentionis ac depulsionis *149 G* regula in qualitatis praedicta parte turbatur.

Nunc τὸ κρινόμενον quod Graeci dicunt consequen- 461 ter assumam. nam cum intentio et depulsio statum constitutionemque signaret, si coniectura fuerit, iudicationi praebebit pariter rationem. neque enim est quod possit ponderari iudicio nisi ipsa negatio. in qualitate uero uel fine alio loco, quam status apparet, necesse est [confessa] depulsio facti habeat rationem, quam item accusator infirmet, et uelut secundaria quaestio procreatur per rationem inpugnationemque rationis. hic illud iudicabile potest uersari idque est quod aestimator iusti ratione perpendat, posse in quauis causa et omnis status existere. et multae rationes infirmationesque numerosae perindeque iudicationum semina copiosa, cum unum uidelicet factum multiplici ratione defenditur ut Tullius pro Milone quod insidiatorem et quod hostem publicae quietis occiderit. in his igitur ille status potius apparebit, quem orator pro utilitate defensionis sumpserit. illa etiam ratio ex oratoris plerumque adstructione colligitur tuncque uelut rationales alii status emergent ac sic ad probationes scriptura profertur.

1 informet *b* || 5 e *om. R* || 12 conflictatione *R* || 18 pariter iterationem B^1R^1 || 19 ponderare B^1R || 20 est ut confessa *b* (confessa *deleui*) || 23 posse uersari idque esse *BR quod correxi* || 24 idque necesse est esse *b* || 31 illa enim *b* || 33 hac *R* || si B^1R || probationis *B* ||

462 Hinc IVDICATIO LEGALIS orietur, cuius sunt species quinque. una est, cum scripto aliquid pluraue ambigua continentur, quae a Graecis ἀμφιβολία memoratur, ut ex ⟨communione nominis res plerumque confunditur ut est illud 'quidam TAVRVM legauit, quo nomine seruum habuerat admodum pretiosum. uerum ille heres taurum hoc est bouem dedit, quia fecit nomen amphibolum quaestionem'. item ex nominum distinctione per syllabam ut 'quidam habuit propinquos duos unum Lesium nomine aliumque Milesium, heredemque constituens sic locutus est HERES ESTO MILESI. qua distinctionis ambage cer- *150 G* tamen exortum dum heres 'esto mi' distinguit,⟩ qui Lesius dicebatur: alius uero continua nominis iugitate 'Mile- 463 sium' dicit heredem. sunt item modi, quos dialectica conprehendit astructio. item species scriptionalis est quaestionis, quae ex uerbis et sententia scriptionis emergit, ut in hoc 'peregrinus murum ne ascendat. quidam obsessa ciuitate conscendit hostemque deiecit. arguitur.' hic reus legis sententia, uerbis nititur accusator.

464 Tertium quaestionis est genus cum contrariae leges utrimque secum colliduntur, ut in illo 'mas templum Cereris ne ingrediatur'. item 'qui parentibus opem non tulerit puniatur. in templo Cereris uapulanti matri ingressus opem filius tulit. accusatur.' facit hic conflictum diuersitas legum, quarum interpretatio colliditur, ut cui potius auscultandum sit appareat.

465 Quarta de scripto quaestio est, quae dicitur syllogismus, cum ex eo quod scriptum est, id quod non est scriptum argumentatione colligimus, ut in hoc 'exulem intra fines deprehensum liceat occidere. quidam inuentum exulem uerberauit. accusatur. a defensore colligitur, quod minus permisso sit, fieri licuisse'. huic insunt modi quattuor: a simili, a consequenti, a maiore ad minus, a contra-

---

3 et *b* || 7 amphibolam *B corr. ex* amphibolum || 9 quidam *D* qui *B* || 16 sententiis *b* || 27 descriptio *B sed posterior* i *expuncta* discripto *R* descriptionalis *rb* || 28 id quod non est scriptum *om.* *B*¹*R* || 32 licuisse *Grotius* debuisse *BR* ||

rio. a simili ita ut 'quia patris interfector culleo insuitur, haec poena manere debeat matricidam'. a consequenti sic 'tyrannicidae praemium. qui suasit tyranno deponere dominatum praemium petit. colligit par esse meritum, quia reddidit libertatem'. a maiore ad minus [supra dixi enim] 'exulem permittitur iugulare, licet etiam uerberare', a contrario 'si uir fortis meretur praemium, desertor dignus est poena'.

Finitiua superest quaestio de scripti ambiguitate de- 466
manans, cum aliquod uerbum in lege uel testamento dubium est et definitione clarescit ut 'nocte cum telo deprehensum liceat occidere, quendam cum fuste nocte depre- 151 G
hensum magistratus occidit. reus est caedis. lege se quidem tuetur sed telum quid sit inquirit'. quod quaestionis genus hoc a principalibus statibus differt, quia non de facto unde orta causatio est, sed de scripti tantum definitione disquiritur. discutitur igitur ab his legalibus status principales esse discretos et hos incidentes dici, illos autem, a quibus causa nascitur, uel constitutiones uel status rectius appellari.

Iam nunc decursis constitutionibus controuersias 467
DELIBERATIVI ac DEMONTRATIVI generis uideamus. nam et causarum ⟨tria genera esse dubium non est et in omni causa statum debere uersari, licet in deliberatiuo quidam qualitatem negotialem consistere, quod de futuro deliberat, existimarint. tamen ita qualitas plerumque censenda est ut alii quoque status huic generi posse accidere non negentur. nunc status in talibus ita reperiri posse firmamus, ut non ex intentionis depulsione, quem ad modum in conflictibus monstratum est, regulam teneamus. quid enim aut quis intendet, uel ordine solito per-

1 insinuitur B^1 || 5 supra dixi enim *deleui* || 6 licet eum *b* || 13 legem *R* || 16 horta *R* || 20 rectius *Halmius* certus *B* certius *R* || 21 controuersis B^1 || 26 liberat B^1 || aestimarint *B* || ita *bD* id *B* || 27 accidere *BD* accedere *Halmius* || 28 repperiri *D* || 30 regulam teneamus. quid enim *Rb* regulatim; Qui enim *B*: '*uidetur totus locus graui uitio laborare quod tollere nescimus*' *Halmius* ||

suasor dissuasorue confligunt, cum alterum⟩ deligere in astructionibus non uetemur? sed tamen accusatoris partes dissuasor uidetur arripere. qui enim inhonestum uel inutile illud quod dissuadet ostendit, pro certo ipsum uidetur accusare negotium. persuasor uero partes arripit defensoris et negotii tractatum qualibet obiectione contrarietatis absoluit. ex quo et persuasor depellere et dissuasor intendere memorandi. ac sic conflictione partium facta status poterit apparere, ut in tali causa 'crebro ad muros exercitu fugiente deliberat imperator utrum diruat'. muros excindi cum dicit, nonne uidetur si fecerit accusari, deinde grauiter et seditiose id exercitum perpessurum? in quo coniectura fiet de commotionis euentu. ac mox si dicat 'uictoriam non uocandam si praesidium ciuitatis excinditur' finis accessit. definiendum
152 G quippe qualis status moenium uictoriam faciat celebrari. tunc si dissuasor addat 'sine consilio senatus id fieri non debere' praescriptio etiam uidetur accedere. certum est igitur et intentionem dissuasori iure assignari et deliberatiui cunctos status promptius apparere. sciendum tamen ne dissuasor uelut sententiam dicens prohibeat tamquam iudex, cum eius officium hoc sit ne faciat persuadere inhonestae rei uel inutilis ratione monstrata.

468 Iam nunc in DEMONSTRATIVO quem ad modum status emergat non est facile memoratu idcirco, quia non statim laudem uituperatio consectatur, ut quisquis laudabilis non est uituperabilis habeatur, uel contra qui uituperatione caruerit laudibus fastigetur, ut si laudandus ex eo quis dicatur quia homicidium non commisit. est ergo medium [nomen], quod priuationem placuit memorari, propterea quia qui laude priuatur non confestim uituperationi permittitur uel

---

1 diligere *B*[1]*D* || 7 dissuasor intendere et persuasor depellere *Db* persuasor intendere et dissuasor depellere *B* persuasor depellere et dissuasor depellere *R corr. Halmius* || 10 *post* diruat *add.* muros *b* || 12 accusare *B*[1]*R*[1] || 19 iuris *B*[1] iuri *R* ł iure *R*[m] || assignari *Halmius* signari *BR* || deliberatiuis *B*[1]*R* || 23 uel *codex Grotii* uelut *BR* || 29 nomen *deleui* || 31 uituperatione *R* ||

contra. sic tamen status demonstratiui generis apparet, cum laudatorem uituperatoremque constitues, et uituperatori accusatoris intentionem, laudatori defensoris partes adiunxeris. aut illud subtilius conformatur, ut auditor inter laudem uituperationemque libratus uelut aduersantis loco ponatur. non enim, antequam laudandum quemquam laudabilem demonstraris, iam illi talis intentio est, ut laudabilem nondum credat. aduersum quam intentionem laudatori ⟨certamen est uel uituperatori, licet in superiori astructione quidam conflictus euidens approbetur, ut cum alius quempiam laudat et alter accusat, ut Catonem Tullius laudans et duobus uoluminibus Caesar accusans. ex quo colligitur omnium causarum genera statibus percensenda.

Hoc reperto naturam causae discuties, quae aut sim- 469
plici aut duplici quaestione aut multiplici continetur. et
simplex est cum unum quid in tota actione disquiritur, ut *153 G*
Clodium Milone iure necauerit. illud uero quod per iudicationem posteriore loco disquiritur uter utri⟩ insidias compararit, non est singulare sed iunctum ex duplici coniectura, quam Graeci ἀντικατηγορίαν nominant: sed incidens quaestio genus causae facere non potest. duplex tum ex rebus fit ut pro Caelio de auro et de ueneno, tum collatione ut pro Roscio, filiusne patrem an inimici iugulauerint. multiplex uero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinae, et pro Scauro de Bostaris nece de Arinis uxore et *de* decimis tribus exquiritur.

Dehinc DVCTVS causae inspiciendus est. ductus au- 470
tem est agendi per totam causam tenor sub aliqua figura seruatus. sunt autem ductus quinque: simplex subtilis figuratus oblicus mixtus. simplex est cum non aliud est

---

1 sic *b* hic *BR* || 2 cum *B* con *R* || 3 partem *b* || 5 aduersantis *scripsi* aduersarii *Halmius* aduersanti *BR* || 7 demonstraueris *b* || iam illi *Halmius* non illi *BR* nam ilii *cod. Grotii* || 10 utque alius B^1 || 11 laudet *D* || accuset *D* || 17 milo** *B* milo anne *b* || negauerit *D* || 20 anticatiglorian B^1 anticatigorian *R* || 22 tunc *R* || 26 de *add. Halmius* || 28 inspiciendus *b* spiciendus *B* speciendus *R* ||

in agentis consilio aliud in uerbis, ut si bene meritum
laudes ac noxium accuses. subtilis, cum aliud uult animus
aliud agit oratio ut 'quidam abdicat filium quod amicos
non habeat'. hic non uere abdicat sed ut amicos habeat
terret. figuratus est, cum aperte quid dicere prohibet
uerecundia propter obscena et significatione alia atque
integumentis uestita monstrantur. oblicus est, cum metus
impedit aliquid dicere libere et per quosdam fandi cuni-
culos obicienda monstramus ut in hoc 'tyrannus qui sub
abolitione tyrannidem posuerat, fortiter fecit. petit prae-
mii nomine armorum arcisque custodiam. magistratus
contra dicunt'. mixtus autem ex utroque componitur cum
et pudor et metus impedit libertatem ut 'tyrannus, qui
duos filios habuit, quorum uni uxor, in qua infamis fuit,
cuius maritus se suspendit, cogit alterum filium eam du-
471 cere. contra dicit'. hic non incestum libere nec tyran-
nidem potest obicere. hi sunt ductus artificiose tractandi
et per totam orationem subtiliter diffundendi. qui a co-
154 G lore hoc separantur quod color in una tantum parte, du-
ctus in tota causa seruatur.

472 Ductus reperitur ex causatiuo litis hoc est ex re, quae controuersiam facit, quae aut praeteriti temporis est ut 'an Aiacem Vlixes occiderit' quae ductum simplicem tenet. aut si praesentis uel futuri temporis fuerit, omnes ductus admittit. ergo ductus de consilio nascitur, consilium ex causatiuo litis exoritur. causatiuum est, quod facit dubitationem, ut in illo tyranni causatiuum litis est quod tyrannus ⟨custodiam et arcis postulat et armorum. ductum seruatum testatur prima Philippica, quae mira subtilitate dominatum Antonii latenter insimulat ut omnia dicens nihil aspere dixisse uideatur.

473 His omnibus conquisitis argumenta uidenda sunt, quibus ad quaestionis ambiguum fides ualeat adhiberi. fides autem tribus fit modis: conciliando docendo permo-

3 ratio *R* || 7 monstrantur *Halmius* monstratur *BR* || 8 fundi *B*¹*R* || 9 abicienda *BR corr. p* || 10 petit *om. B*¹ || 18 a *om. B*¹*R* || 21 repperitur *R* || 23 uxiles *R* || 26 causatiuum litis est *b* || 34 consiliando *B*¹ ||

uendo. illa prior ethica, sequens apodictica, tertia pathetica nominatur. conciliatione〉 licet in tota causa uti conueniat, tamen in principiis uberius insistendum et in commouendo maxime uigere debet epilogus. docere autem prae ceteris debet ipsa narratio, quamuis diluendis quaestionibus obiciendisque criminibus non dissimilis operetur astructio. nunc de argumentis incipiam.

ARGVMENTVM est oratio, quae rei dubiae fidem facit. 474
res dubia est intentio et depulsio uel ratio et infirmatio rationis. cum enim obieceris 'occidisti' ut doceas, argumentatione firmatione uteris, maxime cum negatur. etiam ipsum 'non occidi' exigit argumentum, licet ad faciendam fidem etiam illa quae inartificialia nominantur, debeant adhiberi ut tabulae testimonia quaestiones, quae post discutienda seruabo. nunc argumenta tractentur, quae aut *155 G*
in negotio de quo agitur posita sunt, aut illud attingunt. in ipso tum totum, tum pars eius, tum nota, quam Graeci ἐτυμολογίαν dicunt: attingunt uero negotium, quae ad id relatiuorum ratione ducuntur. et sunt numero tredecim: a coniugatis a genere a forma uel specie a simili a differenti a contrario a coniunctis ab antecedentibus a consequentibus a repugnantibus a causis ab effectis a comparatione. cuius sunt partes maiora minora paria. apparet in omnibus relatiuam inesse rationem. nam coniugatum alterum alteri nominatur, et genus et species ad se relatiua fiunt. ipsum etiam simile alicuius assimile est, et omnes loci argumentorum non ex se sed ex alio nomen accipiunt.

Igitur totum, quod dubium discutitur, definiri primi- 475

8 — p. 469, 6 cf. Cassiod. de dialect. in capite de topicis I p. 547 sq. ed. Garet.

8 oratio *Halmius* ratio *BR* || 10 argumentatione firmatione uteris (*uel* firmatione eius uteris) *Halmius* argumentatione firmationeius *B* argumentatione firmationem (*add.* uis *r*) *R* || 13 inarteficialia *R* || 19 ducuntur *Br* dicuntur *R* || 20 adiferenti *B* || 22 affectis *R* || 23 sunt partes tres *b* || 25 relatiua *r* relata *BR* || 29 quo *Grotius* ||

tus oportebit et sic argumenta tractari hoc modo. sit res
dubia 'utrum utilis eloquentia uideatur'. eloquentiaa
totum est. in toto igitur definiendum sic 'eloquenti
est bene dicendi scientia. bene dicere autem utile est:
utilis igitur eloquentia'. cui loco tractando subsidio est
Dialectica, quam nuper audistis, per quam cognitum puto
quid sit genus quid species uel differentia proprium acci-
dens ceteraque quae eius praecepta tenuerunt. tamen haec
ut potero breuiter strictimque percurram.

476 GENVS est igitur ad multas species differentiasque
notio pertinens, ut animal, quod refertur ad hominem pe-
cudem auem piscem ceteraque, quae non tantum numero
sed etiam specie disparantur, quod alia aeria, alia aquatilia
terrenaque, alia ratio-⟨nabilia, alia rationis expertia, quae
sub uno nomine collecta cum fuerint nomine generis ap-
156 G 477 pellantur. SPECIES est quae a genere pendens alia con-
tinet numero tantum modo disgregata, ut 'homo' continet
et Demosthenem et Ciceronem, quibus una species est sed
478 numero distant. DIFFERENTIA uero est sufficiens quae-
stioni discretio, ut si quaeratur inter hominem leonemque
quid intersit, respondeatur quod homo mitis, leo ferus sit,
quod quidem nec hominem a mitibus ceteris⟩ nec leonem
479 a feris aliis distinguit animalibus. PROPRIVM est quod
rem aliquam ab omnium communione discernit ut risus.
480 hoc enim non est homini commune cum ceteris. ACCIDENS
est quod in aliquo positum nec pars eius est nec separari
ab eodem potest, ut per se possit existere ut color in cor-
481 pore, in animo disciplina. A PARTE uero argumentum non
ad totum probandum dicitur sed ad aliquam partem, quae
continet quaestionem. nec enim probata pars totum pro-
bat, ut puta si oculus uidet non ideo totum corpus uidet
[cum refutetur totum uidere corpus]. sed dialecticus
iste tractatus est. nunc quem ad modum argumentum a

1 argumentum *b* || tractari *Halmius* tractare *BR* || 2 eloquentia totum — definiendum est (est *om. R*) sic *om.* B^1 || 4 *post* est *add.* et *R* || 11 pecudem *D* pecodem *BR* || 12 autem B^1 || 14 experta *D* || 23 distingit *B* || 24 rem aliam B^1 || 28 imo *R* anima *r* || 29 aliquam *scripsi* aliam *BR* || 32 cum — corpus *deleui* || 33 quem *B* quae *R* ||

parte ad partem sumatur ostendam 'si pedes si brachia
tueri debemus, utique oculos diligentius asseruare'. cuius
argumenti loco incurrere aliquando et alius potest, qui a
maiore ad minus dicitur. nec tamen ideo principalis *157 G*
argumenti ratio perturbatur, quia geminari aliquando ar-
gumenta natura permittit. hoc paene contingere et in
figuris solet, de quibus postea nobis erit dicendum. fit 482
non numquam et [in] hoc modo a partibus argumentum,
cum inducta partitione et propositis partibus pluribus ce-
teris refutatis aliquam concludimus partem in qua sit
quaestio constituta, ut si dicas 'equum hunc, quem habes,
aut emisti aut dono accepisti aut natus est domi aut fura-
tus es. non autem emisti nec dono tibi datus est neque
natus est domi: furatus es igitur'. a NOTA uel ETYMO- 483
LOGIA, ut Graeci dicunt, sumimus argumentum sic 'si
consul est qui consulit rei publicae, quid aliud Tullius
fecit cum adfecit supplicio coniuratos?' quo in loco ori-
ginem uocabuli tantum oportet attendere. ab his uero 484
quae negotium uidentur attingere, argumenta ducuntur
hoc modo: primum a CONIVGATIS cum uno nomine pro-
posito principali per eius deriuationem casu aut tempore
commutato aliquid adprobamus ut 'si pietas uirtus est,
quod pie factum est laudari oportet'. constat enim lau-
dabilem esse uirtutem. qui locus a superiore hoc differt
quia aliud est unde nomen inpositum fuerit perscrutari,
aliud per cognationem uerbi ab alio deflexi argumenti uim
sumere. a GENERE autem, cum quod in toto ualet ad 485
speciem ⟨quoque deducitur, ut, si uarium et mutabile
quiddam est femina, Dido etiam uaria mutabilisque uidea- *158 G*
tur possitque ex amore in odium commutari. hac ratione
illud Ciceronis astruitur 'nam cum omnium prouinciarum
sociorumque rationem diligenter habere debeatis tum

31 Verr. II § 2

4 ducitur *rb* || 5 aliquando *scripsi* aliquanta *BR* || 6 paene *B* pe *R* sepe *r* || 8 in *del. Halmius* || a *om. R* || 12 accipisti *R* || 13 est *R* || 15 dicitur *R* || 19 dicuntur *R* || 20 quo *b* quae *BR* quom *uel* quando *Halmius* || 21 diriuatione *R* || 22 commutati *R* || 26 cognitionem *B*[1] ||

praecipue Siciliae, iudices'. hunc locum ille a toto uidetur imitari. sed interest illud quod in illo definitione, hic ab ipsa ratione qua genus est argumenta ducuntur, et quod in genere totum est,〉 quod totum diuisione perit, genus

486 manet etiam partibus distributum. AB SPECIE uel A FORMA ducitur argumentum, ut fidem generali faciat quaestioni ut Cicero in Philippicis '*quid tam proprie Caesaris actum* est quam lex?' actum enim genus est, quod ab specie id est lege lata a Caesare conprobatum est. quod item confirmat a similibus 'quaere acta Gracchi,

487 leges Semproniae proferentur. quaere Sullae, Corneliae'. a simili per se *ut* 'ut Helena Troianis sic ciuibus belli semen tu fuisti'. item 'ut saepe homines aegri morbo graui cum aestu febrique iactantur' et cetera. huic dissimilitudo contraria est, quae a Cicerone DIFFERENTIA nominatur. quae res inter se diuersas non aduersas ostendit, cuius Cicero ponit exemplum in Verrem 'sed tu idem fecisse eris existimandus, si eodem consilio fecisti'. hoc et in personis ostenditur et in rebus et in tempore et in locis et aliis, quae nunc memorare longissimum est.

488 a CONTRARIO ut uita et mors, † quae ex quibus Terentius sic

'nam si illum obiurges uitae qui auxilium tulit,
quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?'

---

7 et 10 Phil. I § 18 || 12 Phil. II § 55 || 13 in Cat. I § 31 || 15 Top. II 46 || 17 secundum Verr. III § 214 || 23 Andr. I 1, 115

---

7 quid — actum *add. Halmius* || 8 est quam lex *BR Cicero habet* ecquid est quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque uersatus sit quam lex? || 11 proferuntur *B* || syllae *BR* || 12 per se *om. b* || ut *add. Halmius* || elena *BR* || 13 sementum (*pro* s. tu) *R* || 19 hoc et personis *B*¹ || 21 ut *om. BR add. D* || uitae mors *R* || quae ex quibus terrentius *BR* ex quibus terentius *b*: *ita suppleuit Halmius* ut uita et mors aliaeque res discrepantes sibimet opponantur || 22 *post* sic *add.* ait *r* || 23 si illum *E* si ut illum *BR* || 24 malum cicero *BR* malum? Cicero in tertio Philippicarum contra Antonium e contrario argumentatur dicens *p* ||

Cicero 'si ille consul fustuarium meruerit, legiones quid, *195 G*
quae consulem reliquerunt?' a CONIVNCTIS autem fides 489
petitur, cum quae singula infirma sunt, ea coniuncta uim
ueritatis assumunt ut 'quid si accedit ut tenuis antea fueris? quid si ut auarus? quid si ut audax? quid si ut eius
qui occisus est inimicus?' singula haec quia non sufficiunt,
idcirco congregata ponuntur. AB ANTECEDENTIBVS 490
ut Cicero 'cum ille non dubitauerit aperire quid cogitarit,
uos potestis dubitare quid fecerit?' praecessit enim praedictio, ubi est argumentum. secutum est factum, unde
est quaestio. a CONSEQVENTIBVS uero conuersim, ut 491
quaestio in antecedentibus sit, argumentum in sequentibus, ut si hoc secutum est, illud praecesserit ut 'si peperit cum uiro concubuit'. exemplum de Verrinis 'si finem
edicto praetoris adferunt kalendae Ianuariae, cur non initium quoque nascitur a kalendis Ianuariis?' a REPVGNAN- 492
TIBVS argumentum, cum ostenditur duo sibi cohaerere
non posse, uerbi causa ut et parasitus quis sit et ridiculus non sit, quae per negationem simul esse non posse
praedicantur hoc modo 'non et parasitus est Gnatho et
ridiculus non est'. eius loci exemplum est in re magis
ipsa quam forma uerborum 'is igitur non modo a te periculo ⟨liberatus sed etiam honore amplissimo ornatus
arguitur domi suae te interficere uoluisse'. et in Corne- *160 G*
liana prima repugnare dicit ut 'diuisores, quos honoris
sui ministros esse uoluerat, lege ambitus uellet affligere'.
CAVSARVM locus late patet et multa disputatione tractatur. 493
sed nunc formam eius satis fuerit demonstrare sub hoc

---

1 Phil. III § 14 || 4 p. Rosc. Am. § 86 || 8 p. Mil. § 44 || 14 Verr. I § 109 || 22 p. Deiot. § 15 || 25 fragm. 34 Or. ||

---

3 infirmata *B*[1] || 4 ut quid si *B* ut quid sit *R* || 5 sit *R* || 6 singula autem *br* || quia *rb* quae *BR* || 8 sicut *add. p* || cogitarit *rB* cogitaret *R* || 18 quid *R* || 20 praedicantur *p* praedicuntur *BR* || gnato *R* || 21 huius *b* || 22 *post* uerborum *add.* ut Cicero dicit *E* || 23 liberatus *om.* *B*[1] || 24 Corneliana *Halmius* cornelia *BD* || 25 cidit *D* || honore *Db* || 26 uoluerit *b* || 28 ACAVSIS *ante* causarum *add. D* ||

exemplo 'sed cum ob tua decreta, ob iudicia, ob imperia
dabantur, non est ita quaerendum cuius manu numera-
rentur, sed cuius iniuria⟩ cogerentur'. sic et Vergilius
494 'mene fugis?' AB EFFECTIS fit argumentum, cum in
causa dubitatio est, ut fatum probetur ex eo, quod homi-
nes etiam inuiti seruabantur in uita. fatum enim est
causa uel uitae uel mortis: illa uero effecta sunt fati: ui-
uere posse uel mori. Cicero hinc probat 'Auli Hirtii uita
populo cara est, quod ei populus plaudit'. hoc est Vergilii
'degeneres animos timor arguit'. nam timor est causa
495 ut degener sit animus, quod timoris effectum est. a COM-
PARATIONE MAIORVM 'quis dubitet a Siculis petisse pe-
cuniam Verrem cum a Marco Octauio Liguri postularit?'
Vergilius

tu potes unanimos armare in proelia fratres.

ex hoc utique probat et alienos posse, quod minus est.
Terentius 'nam qui mentiri aut fallere instituerit patrem
496 [aut audiebat], tanto magis audebit ceteros'. a MINORVM
COMPARATIONE ut 'Publius Scipio pontifex maximus Ti-
161 G berium Gracchum mediocriter labefactantem statum rei
publicae priuatus interfecit'. deinde iungit quaestionem
ubi gradus est quidam 'Catilinam orbem terrae caede
atque incendiis uastare cupientem nos consules perfere-
mus?' ex hoc Terentius loco illud 'hic paruae consuetu-
497 dinis causa huius mortem tam fert familiariter'. a PARIVM
COMPARATIONE. Cicero 'et si non minus iucundi atque

---

1 Verr. II § 26 || 4 Aen. IIII 314 || 8 secund. Cic. Phil. I § 17 || 10 Aen. IIII 13 || 12 sec. Cic. Verr. I § 127 || 15 Aen. VII 335 || 17 Adelph. I 1, 30 || 19 22 Cic. Cat. I § 3 || 24 Andr. I 1, 83 || 26 Cic. Cat. III § 2

---

2 munerantur *D* || 3 uirgilius *r* || 4 affectis *R* || 5 factum *R*[1] || 6 factum *R* || 8 aula *B*[1] || uitam *R* || 9 curae *b* || sic et illud Vergilii *Halmius* || 10 degenere *R* || 13 ligore *B*[1]*R* || postularet *R* || 16 alienus *R* || 17 falli *B*[1]*R* || insuerit *libri Terentii* || patrem aut audebit tanto magis audebit ceteros *BR* || 18 animorum *B*[1]*r* || 22 gradus *Halmius* modus *BR* || quondam *r* || catillinam *R* || 23 cupientem nos cons. perferemus *b* cupientem nos iudices perferemus *R*[m] C. N. C. P. *BR* || 24 terrentius *R* || 26 iocundi *R* ||

illustres sunt ei dies, *quibus conseruamur, quam illi* quibus nascimur’. et in Pisonem ‘nihil interest utrum ipse consul improbis contionibus, perniciosis legibus rem publicam uexet an alios uexare patiatur’.

His igitur breuiter demonstratis illa, quae non exco- 498
gitantur ab oratore sed a causa aut a reis suggeruntur,
in tribus ut diximus rebus posita sunt: in scriptura ut
tabularum, in auctoritate ut testium, in necessitate ut tor-
mentorum. AB SCRIPTO argumentum petitur cum ad 499
dubiae rei probationem uel chirographum uel testamen-
tum *uel* transactionis tabulae recitantur ceteraque huius
modi, quae ita nota sunt ut exempla de oratione non quae-
rant. AB AVCTORITATE uero ut ‘Africanum dixisse iure 500
caesum esse Tiberium Gracchum’, aut cum testimonium
quo ueritas nudetur adfertur ut ‘Gnaeum Pompeium de
misso frumento celeriter testem nobis orator inducit’.
auctoritas igitur aut iudicantis aut testis est. huic parti *162 G*
adiunguntur oracula ceteraque id genus. ⟨NECESSITAS 501
uero dat fidem ex tormentis aut somno aut furore aut
uinolentia, quae uocem alicuius rei extorquet inuitis. quae
omnia cum ad coniecturam ** causa persona facto id est
ipso testimonio uel confessione uel scripto capiunt fidem
uel amittunt. nam et causa dicentis adtenditur et per-
sona tractatur et ipsius scripturae secum aut cum causa
qualitas comparatur.

Sequitur ut ad ea quae conciliant aut permouent au- 502
ditores⟩ intentionem suam flectat assertor, quoniam ad
fidem faciendam haec quoque pertinere praedicimus. con-

2 § 10 || 13 cf. Cic. de Orat. II § 106

1 illostres *R* illiustres *r* || hii *BR* || quibus conseruamur quam illi *ex Cicerone suppleuit Grotius* || 2 interē *E* interesse *R* interc̄c̄ *B* || 9 a scripto *b* || 11 uel *add. Halmius* || 12 modi *om.* B^1R^1 || 21 facto id est ipso *B* facto adduntur id est ipso *Db* (*sed D sine* id est): *deleto* adduntur *lacunam indicauit Halmius ita supplens* quae omnia cum ad coniecturam adplicantur, ex causa *etc.* || 23 nam et *E* nam nec *BD* || 26 concilient B^1 || permoueri *D* ||

ciliantur igitur animi tum personae tum rei dignitate. personae aut auditoris aut rei uel ipsius oratoris aut aduersarii. auditoris sic 'ut, qualem te antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem quaestioni iudex praeesses, talem te nobis et populo Romano hoc tempore impertias'. rei uero, ut pro Deiotaro 'quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro perpetuis eius in nostram
503 rem publicam meritis'. oratoris uero, cum de se non superbe sed moderate loquitur, quale illud est 'cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea prouincia decessissem, ut Siculis omnibus iu*cundam* di*uturnamque* m*emoriam* q*uaesturae* nom*inisqne* m*ei* r*elinquerem* f*actumst* ut c*um* s*ummum* i*n* u*eteribus* pa*tronis* mult*is*, *tum* no*n* nu*llum* et*iam* i*n* *me* pr*aesidium* s*uis* f*ortunis* c*onstitutum* ar*bitrarentur*'. sed haec plenius in exordiorum praeceptis edisseram. ab aduersarii uero persona conciliatio fit dum illius iniquitate aut arrogantia demonstrata nostra modestia commendatur. sed haec posterius in principiis, quoniam nunc non orationis partes sed dicendi formas et faciendae fidei species numeramus. quo loco patheticae quoque dictionis attendimus facultatem, cuius uis uel in communibus locis uel in epilogis maxime continetur. ne primordia quidem apud ueteres hac animorum permotione caruere, quod tunc demonstrabitur cum ordien-
163 G di praecepta tractabimus. interim generatim quibus mentes affectibus incitentur nulla partium definitione signabo.

504 Commouentur igitur auditores aut miseratione aut odio aut inuidia aut metu aut spe aut ira ceterisque similibus. miseratione cum calamitates alicuius magno dolore tractamus, cum iniquitatem temporis uel periculi magnitudinem memoramus, ut in septima Verrinarum

3 Cic. p. Rosc. Am. § 11 || 6 § 2 || 9 diu. in Caec. § 2

11 omnibus iū. dī. m. Q. nom̃. m. R. F. VT. C. S. I. ū. pa. mult. NNV. ЄT. I. P. R. SF. O. AR. *BR* || 17 fit *om.* B^1R^1 || 19 quoniam *Halmius* quamquam *BR* || 21 patpathetice R^1 ***patheticae *B* || 23 ne *Halmius* neme *B* me *(add. s. l.* neue) *R* mea *b* || 27 commouent B^1 ||

'patres hi, quos uid*etis*, i*udices*, ia*cebant* i*n* l*imine* p*rimo*, ma*tresque* m*iserae* p*ernoctabant* an*te* os*tium* car*ceris* ab *extremo* con*spectu* l*iberum* ex*clusae*, quae nihil a*liud* o*rabant* nisi ut f*iliorum suorum* post*remum* sp*iritum* o*re* ex*cipere* l*iceret*'. ab odio cum aduersarii factum uel uiris bonis uel iudicibus ostenditur execrandum, ut cum iudicum corruptio docetur a Verre iactari. item 'cum in auaritia scelere periurio uos sui similes esse arbitratur'. inuidia est quae quodam liuore inficit auditores ut est 'quod ad tuam ipsius amicitiam ceterorumque hominum magnorum atque nobilium faciliorem auditum istius habet nequitia et audacia quam cuiusquam nostrum uirtus et integritas'. item 'istum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circumfluere et abundare'. ⟨potest quidem et illa res auditorum mentes incendere ut si alicuius exaggeres tyrannicum spiritum aut potentiam non ferendam. metum uero excitaris uel propriis uel communi- 505 bus periculis. propriis ut 'hoc est iudicium, in quo uos de reo, populus Romanus de uobis iudicabit'. communibus autem ut est 'uideor mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem'. spe quoque animi perturbantur⟩ cum beneficia aut obsequia promittuntur, ut cum fidem Milonis Pompeio pollicetur et 'Caelii in omni uita seruitium obstrictum uobis ac liberis uestris habebitis'. ira etiam uehementer animos turbat, ut cum exaggerat Tullius et *164 G* exclamat in curia sedere socios Catilinae 'o dii inmort*ales!*

---

1 V § 118 || 7 Cic. Verr. Act. I § 42 || 10 Verr. III § 7 || 13 ibid. § 9 || 18 Verr. Act. I § 47 || 20 in Catil. IIII § 11 || 24 secund. or. p. Cael. § 80 || 27 Catil. I § 9

---

1 patres hii quos ui DIIΔ. (ia *R*) I. L. p. m. a. q. m. p. an. os. CaR. aB. CONS. LL. (IL *R*) ex. q: nihil. a. o. (c *R*) nihil u F S. post. sp o (c *R*) ЄX. L. *BR* || iudices *om. libri Cic.* || limine primo *suppl. Halm.* limine ipso *palimps. Vat. Verrinarum* limine *rell. codd. Cic.* || 8 arbitretur *libri Cic.* || 17 metum *B* metu *bD* || excitaris *scripsi* excitari *BD* || 20 uedere *D* || 26 perturbat *b* || 27 odii inmort. V. BIN. G. S. Q. R. P. HaB. in qua urb: uiuimus hichics .N. I. nump. c. *BR* ||

ubin*am* *gentium* *sumus*? q*uam* r*em* p*ublicam* hab*emus*? in qua urbe uiuimus? hic, hic s*unt* n*ostro* *in* num*ero*, p. c.' similes alii permiscentur affectus qui cum ad persuadendum plurimum ualeant, extra causam tamen sunt nec apparere in oratore manifestius debent, ne insidiis iudicem capere, non ratione ducere uideatur.

506 His igitur ad fidem faciendam prudenter inuentis ordo rerum est sociandus, quae pars DISPOSITIO uocitatur, qua quid dicendum quoue loco, quid penitus omittendum, quo modo etiam et quando et ubi prudenter inspicimus. duplex igitur huius partis est ratio. aut enim naturalis est ordo aut oratoris artificio comparatur: naturalis cum post principium narratio partitio propositio argumentatio conclusio epilogusque consequitur: artificio oratoris cum per membra orationis quae dicenda sunt digerimus. et hoc ex causae utilitate non ex temporis serie coaptamus ut pro Milone factum, cum quaestiones quasdam ante narrationem ut praeiudicia refutaret induxit, quod non ex ordine naturae sed ex causae utilitate mutauit: et pro Cornelio primo refutata sunt crimina, quae secuta sunt tribunatum, post ad ipsum tribunatum recursus est factus, quae dispositio artificialis ut diximus
507 nominatur. in Verrem autem naturalem temporum ordinem tenuit, ut primum quaesturam, tum legationem, deinde duas ei praeturas obiceret seruata temporum ratione, quam, nisi causae repugnet utilitas, necessario persequemur. at ubi maiora quaeque potissimum et inuidiosiora purganda sunt, ab his sumitur refutationis exordium, ut pro Cluentio coniecturae partibus expeditis ad praescriptionem legis accessit ordine uidelicet commutato, ne si Cluentium legis adsertione defenderet, fugere causam dif-
165 G fidentia uideretur.

508 Duabus his officii partibus absolutis ELOCVTIONIS

---

6 ducere *BR* deducere *r* || 8 qua *R* quia *B* || 9 poenitus *B* || 17 cooptamus B^1R^1 || 20 prima B^1 || 25 ei *b* et *BR* || 30 commutatio B^1R^1 || 31 defenderet et B^1 ||

cura est intimanda. quae cum constet in singulorum anim-
aduersione uerborum, hoc ab eloquentiae nomine sepa-
ratur quod illa totius operis ⟨oratorii uirtus est, haec pars
habetur officii, cuius Cicero duo quasi fundamenta, duo
dicit esse fastigia. fundamenta Latine loqui planeque
dicere, quorum unum Grammatice loquente didicistis,
cum eius uobis insinuata subtilitas est. fastigia uero sunt
copiose ornateque dicere, quod non ingenii sed laboris est
maximi exercitationis etiam diuturnae, qua non solum
uberior sed illustrior quoque facultas adquiritur.

Huius rei duplex ratio est: una qua in singulis uer- 509
bis lumen appareat, altera ut dignitas eloquendi copula-
tionis ipsius decore seruetur.⟩ in singulis uero uerbis
aut proprium aut translatum mutuatumque conquiritur.
propria sunt uetusta praecipue. nam cum et proceres
uel nescirent haec dicendi ornamenta uel appetere non
auderent, propriis utebantur. sed quia uerborum uete-
rum iam exoleuit usus, non sunt audacius usurpanda illa,
quae cum aetate mutata sunt. itaque ALVCINARI et CER-
RITVM et CAPERATVM similiaque praetereuntes utemur
his, quae consuetudo recipiet nec tamen sordidis nisi cum
rei sententiaeque uis exigit, ut cum Cicero uolens crude-
litatis inuidiam facere ait 'gurgulionibus exsectis relique-
runt' et 'uirgis plebem Romanum concidere'. nec inde-
core Vergilius uitandae humilitatis aucupio LYCHNOS pro
LVCERNIS ait. quod si sua res propria uerba non ha- 510
beat, nouanda sunt aut alienis utendum. nouantur autem
duobus modis uerba aut quadam fictione, aut declinatione
praesumpta, aut duorum quae usitata sint coniunctione
composita. finguntur maxime cum transferimus, ut qui

23 p. Tullio 10, 21 || 24 Verr. I § 122 || 25 Aen. I 726

6 grammatica *b* || 7 est *om. B* || 8 set *d* || sunt ornateque *B*[1] || 12 apparet *D* || 13 uerbis *Halmius* rebus *BR* || 15 cum et *B* et cum *R* tum cum *b* || 20 caperratum *BR corr. p* || praeterientes *B*[1]*R*[1] || 22 ut *om. p* || 25 lychinos *R* || 29 sunt *r* ||

ποιότητας QVALITATES esse dixerunt, quod nomen 166 G numquam fuerat in Latinis, quo et auribus temperandum et insolentia fugienda. quam uitans Cicero soterem saluatorem noluit nominare sed ait 'qui salutem dedit'. illud 511 enim nimis insolens uidebatur. deriuatione quoque fiunt uerba, quae grammatici PARAGOGA nominarunt, ut dicimus 'florea rura' et 'campique ingentes ossibus albent' quod satis crispa flexione Horatius albicant dicit. his plerumque Poetice utitur licet Tullius 'grandiferas possessiones' dicat et 'grandiloquos oratores'.

512 Huic diligentiae subiungitur TRANSLATORVM cura VERBORVM cum res aut sua non inuenit uerba aut cum uolumus splendidius aliquid explicari. ergo aut inopiae aut decoris causa transferuntur: inopiae cum dicimus 'gemmare uitem' et 'luxuriare segetes' laetasque perhibemus. desunt enim propria et commoditati sunt ascita. decoris uero ut 'bellum subito exarsit'. cum potuerit dici extitit. et item possumus ab omnibus sensibus mutuari ut ab oculis 'luce libertatis et odore legum', et 'silent leges inter arma' et a gustu 'o nomen dulce libertatis'. uerum non debet haec translatorum alienorumque uerborum adfectatio sine moderatione captari. nec longe petita debent esse translata ut si dicas <'luxuriosam Charybdim'. uitandum quoque ne turpis sit similitudinis usurpatio, ut si dicas 'castratam Africani morte rem publicam' aut 'Clodium stercus senatus'. in hoc

---

1 Cic. Acad. I § 25 || 4 Verr. II § 154 || 7 Verg. Aen. I 430 et XII 36 || 8 Carm. I 4, 4 || 9 Phil. II § 101 || 10 Orat. § 20. Tusc. V § 29 || 19 Cic. Verr. V § 160 || 20 p. Mil. § 10. Verr. V § 163 || 25 ex Cic. de Orat. III § 164

---

1 ΠΟΙΌΤΗΤΑC *Halmius* poeoteta *BR* || 2 quo modo et *b* || 4 sed *B* et *R* || 5 diriuatione *R* || 9 poetice *Christius* grammatice *BR* || 10 grandilocos *B*[1] || 14 transferuntur *b* transferre *BR* || 16 commoditati sunt *Halmius* commodatius *B* (*sed a cad. m. in* i *corr.*) commodatus *R* (commodantus *corr.*) || 17 associata *b* || 19 odor *BR* || 20 o *in B erasum* || 23 luxoiosum *B*[1] ||

genere transferendi etiam allegoriam poetae praecipue nexuerunt. et Cicero 'cum [dicit] senatum a gubernaculis deiecisses, populum Romanum e naui exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis uelis nauigares'. et in Pisonem 'ut qui in maximis tempestatibus ac fluctibus rei publicae nauem gubernassem saluamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam et collegae tui contaminatum spiritum pertimescerem?' usurpatis ergo haec simul pluribus uerbis *167 G* elocutus est, quae suis fortasse angu-⟩stius aut humilius diceret. item translata quodam modo sunt, quae aut ex parte totum aut ex toto partem aut ex uno plures monstrant aut ex pluribus singula. ex parte totum ut 'in puppim ferit' aut 'me isdem parietibus tuto esse tecum' pro 'eadem domo'. hunc tropum metonymian grammatici memorarunt, catachresin etiam Graeci, quam nos abusionem dicimus ut cum perhibemus 'naturam deorum' pro 'substantia'. in coniunctis uero uerbis orationisque 513 contextu seruanda sunt haec ut constructio coagmentata et conclusio perfecta proueniat et quodam schemate dictio uenustetur.

Iam COMPOSITIONIS praecepta percurram, cuius 514 uitium maximum est hiulcas et asperas, frenos etiam, iotacismos mytacismos labdacismos homoeoprophora *dysprophora* et pólysigma non uitare uel cuiuslibet litterae assiduitatem in odium repetitam ut 'sale saxa sonabant' et 'casus Cassandra canebat'.

---

2 de domo s. § 24 || 5 § 20 || 14 Verg. Aen. I 115 Cic. Cat. I § 19 || 15 ex Cic. Orat. § 93 sq. || 26 Verg. Aen. V 866 || 27 ibid. III 183

---

2 et *BD* ut *b* || dicit *del. Halmius* || 4 arcipirata B^1 || impurissimo *Halmius* impurissimum *BD* impurissimus *b* || 9 simul *scripsi* similiter *BD* || 10 suis propriis *D* || augustius B^1 || 14 hisdem *BR* || toto B^1R || 15 metonymiam *R* || 16 memorarunt *B* nominarunt *R* || 17 ut est *b* || 24 moetacismos *BR* || omoeoprofora B^1R^1 omoeoproforan *b* || dysprophora *add. Halmius* || 25 polysigmia *BR* polysigmata *Halmius* || 27 casandra B^1 ||

MYTACISMVS est cum uerborum coniunctio M litterae assiduitate colliditur ut si dicas 'mammam ipsam amo quasi meam animam'. LABDACISMVS ubi L plurimum dissonat ut si dicas

sol et luna luce lucent alba leni lactea.

IOTACISMVS ut si dicas 'Iunio Iuno Iouis iure irascitur'. POLYSIGMA ubi S littera crebrius geminatur 'Sosia in solario soleas sarciebat suas'. HOMOEPROPHORON est cum dicitur

o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

DYSPROPHORON ut si quis dicat 'persuasitrices praesti-
515 giatrices atque inductrices strigae'. ASPERAE inter paen-
ultimum ultimumque uerbum maxime uitandae, cuius
exemplum est si dicas 'phaleras ablatas gratis', aut si
168 G 516 iuret auriga 'per lora per flagella per frena'. HIVLCAE
sunt cum in ea parte, quam diximus, similes uocales ac similiter longae conlisam hiantemque structuram faciunt ut si quis dicat 'suscepisse se liberos secundo omine', et ut Tullius pro Milone ait 'auctoritate publica armare'. quod quidem artem dissimulans plerumque appetit uoluntate.

517 Vitandum similiter ne in eodem loco tres aut quattuor longas breuesque continue ponamus neue in notissimos uersus et maxime ⟨heroicos structura fundatur iambicosque uersus, quamuis eos Cicero non euitet cum dicit 'senatus haec intellegit consul uidet' et heroici uersus

---

10 Ennii Ann. 113 Vahl. || 14 Cic. Verr. IIII § 29 || 19 § 2 || 26 Catil. I § 2

---

1 moetacismus *B* moetacismos *R* || M *add. in B sup. lin.* || 2 amo *b* ama *BR* || 6 ioui *b* || 7 polysigmia *B* || geminatur ut *Db* || sosia *B corr. ex* socia || 8 omocoproforon *b* omocaproferon *B* omoeoproferon *R* || 10 tali *om. B*[1] || 11 disproforon *Rb* disproferon *R* || praestrigiatrices *b* || 12 strigae *Halmius* triges *B* tigres *Rb* || 13 uerborum *R*[1] || 17 faciunt *b* faciant *BR* || 18 omine *b* homine *BR* || 20 uoluptate *B*[1] || 24 maxime in *b* || iambico|*** uersus *B* inter iambicosue uersus *b* ||

finem uel initium non declinet cum dicit 'o miserum cui peccare licebat' et in Academicis 'latent ista omnia, Varro, magnis obscurata et circumfusa tenebris' et in Verrinis plenum uersum, una quidem syllaba mutilum, fuderit cum dicit 'cum loquerer tanti fletus gemitusque fiebant'. nec finem uitauit elegiaci cum ait 'oderat ille bonos'. incurrit etiam in hendecasyllabi phalaecii petulantiam dum dicit 'successit tibi Lucius Metellus'. hic tamen uir et longo opere et ipsa sui maiestate defenditur. ceterum in clausulis uitiosissimum reperitur. animaduertendum autem ne cum similitudinem uersus⟩ effugimus bonam clausulam transeamus, ut si timeas dicere 'strepitumque plagarum' cum pla longa sit et bonam clausulam fecerit.

Vitandum etiam [eodem loco] cacemphaton uel inter- 518 positione uel commutatione uerborum. inhonesta enim exempla sunt ut 'arrige aures Pamphile' ut est 'atque ereptae uirginis ira'. in his enim sordescit oratio. uitandi etiam freni, qui fiunt ex asperrimis litteris in unum concurrentibus, ut est Terentii in Hecyra

per pol quam paucos reperias meretricibus
fidelis euenire amatores Syra.

et ab isdem litteris incipientia ut est 'non fuit istud iudicium iudicii simile iudices'. et in eadem desinentia, ut 'fortissimorum proximorum fidelissimorumque sociorum' *169 G* in eodem uitio habentur. item penitus fugiendum breues syllabas continuare quam plures ut est illud Sereni

perit abit auipedis animula leporis.

---

2 Acad. II § 122 || 5 Verr. IIII § 110 || 8 Cic. Verr. III § 43 || 12 Verr. V 162 || 16 Ter. Andr. V 4, 31. || Verg. Aen. II 413 || 20 I 1, 1 || 22 Cic. p. Cluent. § 96

---

3 magis *BD* || 4 syllabā utillum *B* || 6 elegiaci cum ait *Halmius* elegi sicut ait *BD* (*sed B* ait∗) || 7 endecasyllabi *BD* || falleucii *B* phaletii *D* || 9 magestate B^1 || 12 que *om.* B^1 || 14 eodem loco *deleui* || cacenfaton *B* cacenfatem *R* || 16 pamphyle *R* || 18 freniq;fiunt B^1 || 19 haecyra *B* haecira *R* || 20 repperias *R* || 21 fideles *b* || 22 hisdem *BR* || istum B^1R^1 || 27 perit abit auipedis

519 His breuiter intimatis pedes sunt asserendi quibus clausulae decenter aptentur. quos quidem Cicero quadam permixta confusione perturbat dum dicit modo ditrochaeo concludendum, modo paeonem primum probat incipientibus, modo finientibus *quartum*, modo dochmium, qui constat ex breui, duabus longis, breui et longa, cuius exemplum posuit 'amicos tenes', item amphimacrum pedem et rursum dactylicum numerum laudat. modo anapaesticum modo † dithyrambum laudat nec tamen certa sententia est. ego tamen compendiosiora percurram, ut in hac silua quibusdam uidear praeire tramitibus.

520 In monosyllabis inspiciendum utrum finalis longa breuisne sit. si enim longa est, praeire debet trochaeus, ut est Ciceronis 'non scripta sed nata lex' aut 'debet esse legum in re publica prima uox', quae tamen pendente sensu apta conclusio. at uero si breuis fuerit monosyllaba, iambus aut anapaestus antecedat, ut ait Sallustius 'tota autem insula modica et cultibus uariis est'. breuem uero breuis aut longam longa non sine uituperatione sectatur ut si dicas 'ista res mea est' aut contra, quod Cicero pro Ligario 'non tu eum patria priuare, qua caret, sed uita uis'. quod uoluntate orator, non errore ⟨composuit. uerum hoc de monosyllabo superius praeceptum in colo melius collocamus aut commate non in fine sententiae.

521 Dissyllaba uero iambico numero non iure clauduntur,
170 G uel si paenultimus spondeus mox iambus aptetur ut si

---

2 Orat. § 215 sqq. || 14 p. Mil. § 10 || 18 ex Hist. lib. III || 21 § 11

I. C. Scaliger poet. II 39 perit auita uipedis *BR* || 5 finientibusque B^1 || quartum *add. Halmius collato Cic. de Orat. III § 183* atque illi philosopho *(Aristoteli)* ordiri placet a superiore paeone *(i. e. ab eo, qui a longa syllaba oritur)*, a posteriore finire || docimium *BR* || 7 amphimacrum *B* || 8 modo anapaest. — laudat *om. E* || 9 dytyrambicum *R* (*corr.* dytyriambicum) d**ı*ambum *B* detirambicum *b corrupt. signum add. Halmius* || 16 sensui B^1 || apta est *b* || 18 insola *R* || 21 eum *Rb* enim *B* ergo *libri Tulliani* ||

dicas ‘tenui seruos meos’, aut pyrrichius pro iambo ut ‘consul uidet’. at bona clausula est ex iambo et spondeo uel ultimo trochaeo ut siquis dicat ‘patria continet bonos ciues’ uel asserat caput legis’. cauendum est autem ne aut duo iambi aut iambus et pyrrichius in fine ponantur, ut siquis dicat ‘pugnare iuuenes pro parentibus suis’. cauendum etiam ne pyrrichius post pyrrichium ueniat et quattuor breues faciat ut siquis dicat ‘perdidi bona mea’ aut post pyrrichium trochaeus spondeusue ut si dicas ‘conqueritur sua facta’ aut ‘imputat sibi demens’.〉 sed et trochaeus et iambus uel pro iambo post trochaeum pyrrichius malam clausulam faciunt. hoc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit. quid enim interest utrum dicas ‘omnia nempe uides’ an uero dicas ‘aspice facta mea’. bene autem ponuntur uel duo trochaei uel trochaeus et spondeus in fine clausulae ut siquis dicat ‘haec est bonorum ciuium magna cura’ aut ‘haec sunt, quae maximi principes sola curant’.

Trisyllabis clausulam terminantibus lex est, si modo 522
eam uelis molliter fluere, ut trochaeo praecedente paenultimo molossus subsequatur, siue longam habeat nouissimam syllabam siue breuem iure metrico, ut illud est Tullii ‘mare fluctuantibus litus eiectis’. fit autem pessima clausula si pro trochaeo paenultimo spondeum praelocaueris, ut si dicas ‘mare fluctuantibus rupes eiectis’. item pessima si pro trochaeo pyrrichium praemiseris ut si dicas ‘mare fluctuantibus apex eiectis’. item uitiosa est conclusio si nouissimi molossi prima syllaba breuis fiat, quamuis trochaeo rite praemisso. tunc enim heroicum comma nascitur ut si qui dicat ‘litus amicis’. item bona clausula

23 p. Rosc. Am. § 72

3 uel si *b* || 5 pyrrhicius *B et sic plerumque* || 6 pro parentibus suis parentibus B^1 properantibus suis parentibus *D* 6 spondius B^1 || 12 causulam *B item u. 16, 19 et p. 174, 7* || hoc *r* hunc *BR* || elegia*ci*penta metri*tur piter *B* || 18 DE TRISYLLABIS (TRISSYLABIS *R*) *post* curant *add. BR* || 19 trissyllabis *R* || 21 molosus *R et ita fere semper* || 25 fluctibus B^1 || 30 qui *B* quis *b om. R* || litus *om.* B^1 ||

fit si pro nouissimo molosso ionicus minor ponatur post trochaeum, ut si dicas 'mare fluctuantibus litus agitanti'.
171 G sed in hac clausula cauendum ne pro trochaeo paenultimo spondeus ponatur. nam tunc si solueris tertiam molossi, in uitium cadis, quale incidit Cicero cum dicit 'si te semel ad meas capsas admisero'. si autem paenultimo trochaeo mediam molossi solueris, pulchram clausulam feceris, ut si dicas 'litus Aemiliae'. item trochaeo paenultimo pulchre etiam tertia molossi resoluitur ut si dicas 'litus aequabile'. item si trochaei paenultimi longam soluerimus et primam molossi ultimi, fit elegans clausula ut est 'curas regere animorum' ＊＊＊

523 Εἰρωνεία est simulatio, in qua aliud uerbis significamus, aliud re ipsa sentimus ut est principium pro Ligario 'nouum crimen Gai Caesar'. παράλειψις est praeteritio cum *quasi* praetermittentes quaedam nihilo minus dicimus. ἀποστροφή est in aliquem districta conuersio frequens apud Ciceronem ac nobilis figura. hoc est cum in aliquem sic conuertimus actionem ut ex ea iudices doceamus. διαπόρησις est ⟨addubitatio, qua figura utimur cum ueluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus ut est pro Cluentio 'equidem quo me uertam iudices nescio'. et pro Cornelio 'pugnem contra nobilissimorum hominum studia consilia rationesque eo-
524 rum aperiam?' et cetera. ἐρώτημα est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid acerbamus et

---

5 diu. in Caec. § 51 || 12 Caput de figuris ex Aquilae Romani libri § 7 — 46 sumptum est || 15 p. Lig. § 1 || 22 § 4 || 23 p. Corn. II 1

---

6 admise *B*[1] || 8 pulchra *B*[1] || 11 curas regere animorum *om. BR: in B sic pergitur in eodem uersu* clausula ut est ironia est simulatio, *adiectum in marg. manu paulo recentiore* DE FIGVRIS. *item* curas gerere animorum. DE FIGVRIS *add r in marg. lacunam indicauit Halmius, quem uide* || 15 paralemsis *BR* || 16 quasi *Aquila § 8 om. BR* || 17 ad aliquem *b* || 20 dubitatio *Db* || 24 'hominum uoluntates? studia *etc. Aquila, ut in Capella quoque scribendum est, nisi error est ipsius' Halmius* || cogitationesque *Aquila* || 26 acerbamus *Halmius* aceruamus *BD* ||

exaggeramus eius inuidiam. πύcμα est quaesitum, quae figura a superiore eo differt quod interrogato una uoce tantum responderi potest, quaesito autem nisi pluribus responderi non potest, ut cum dicimus 'qua igitur ratione bellum geremus? quae auxilia nobis parata erunt? quis erit qui subuenire uelit,. cum tam acerbe socios⟩ tractauerimus?' διατύπωcιc est descriptio uel deformatio, cum 172 G rebus personisque subiectis et formas ipsas et habitus exprimimus, ut Tullius pro Milone 'si haec non gesta audiretis sed picta uideretis' et deformat Milonem in reda sedentem paenulatum cum uxore item Clodium cum equo et delectis uilla egredientem, et cetera. ἀντειcαγωγή contraria inductio. haec figura est cum aliquid difficile est et contrarium conferimus, ut Cicero de rege Ptolemaeo 'difficilis ratio belli gerundi at plena fidei, plena pietatis' et cetera. διαcυρμόc est eleuatio uel † impressio. in hac 525 figura laudantes quae dicuntur ab aduersariis dissoluimus, qualis est in Mureniana totus ille in Sulpicium locus de iure ciuili. μετάcταcιc est transmotio quaedam hoc est cum rem a nobis alio transmouemus sed non ita ut ibi totam causam constituamus. alioquin status incipit esse, non figura.

Hactenus de sententiarum figuris. nunc ad ELOCVTIONVM FIGVRAS transeamus. sed uolo breuiter memorare quot genera sint elocutionis quotque modis ea utendum sit. est igitur familiaris omni narrationis generi, quam graeci εἰρομένην λέξιν appellant. quae ita conectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima conse-

(526 stands in the right margin beside "Hactenus de sententiarum figuris. nunc ad ELOCV-")

---

9 § 54 || 15 fr. de rege Alex. 3, 4 || 18 § 25 sqq.

---

1 aggeramus B^1 || 2 interrogato *Ruhnkenius* interroganti *BD* || 9 si haec nunc gesta audistis facta uideretis et milonem *BR* *emendauit et suppleuit Grotius ex Aquila* || 12 et dilectis *b* || antisegoge *BR* || 14 ptolomeo *BR* || 16 diasirmos *BR* || impressio *BR* inrisio *Halmius* || 17 ludentes *Ruhnk. ex Aquila* || ab *om.* B^1 || 19 transmutatio *b* || 26 omni *Halmius* omnis *BR* || 27 εἰρομένην *Rob. Stephanus (ad Aquil. 18)* epimonem *BR* epimonen *r* || conectuntur *b* || 28 consequatur *Halmius* consequantur *BR* ||

quatur. ea historiae conuenit et narrationi et non con-
uersum neque circumscriptum eloquendi genus desiderat
sed fusum atque continuum ut illa sunt in Miloniana 'occi-
di, occidi non Spurium Maelium, quod annonae leuandae
527 iacturis' et cetera. est alia quam περίοδον Graeci appel-
lant, quae sententiam quadam circumscriptione definit
atque determinat, quale est in Caeciniana 'si quantum in
agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro iudi-
173 G ciisque impudentia ualeret, non minus nunc Aulus Caecina
cederet Sexti Aebuti impudentiae quam tum in ui faciunda
cessit audaciae'. quae multis constat ex membris quae
κῶλα Graeci dicunt, et ex caesis quae κόμματα appellant.
528 MEMBRVM est pars orationis ex pluribus uerbis ⟨absolute
aliquid significans hoc modo 'etsi uereor iudices ne turpe
sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere'. CAESVM
autem est pars orationis ex duobus aut pluribus uerbis
nondum quicquam absolute significans. quamquam cae-
sam dicamus orationem, cum singula uerba quoduis signi-
ficantia proferuntur ut est 'quis est iste Lollius, qui sine
ferro ne nunc quidem tecum est? quis est ille Lollius
armiger Catilinae, stipator tui corporis, concitator taber-
nariorum, percussor, lapidator curiae?' et in Verrinis 'co-
mites illi delecti manus erant tuae, accensi medici aruspi-
529 ces scribae manus erant tuae'. uerum superior periodos
constat ex duobus membris et ex tribus et ex quattuor,
interdum et sex. quamuis ex uno membro putent non
nulli posse⟩ compleri, quam μονόκωλον περίοδον appel-
lant, cum sit colon potius. optima igitur oratio fiet si

3 § 72 || 7 § 1 || 14 p. Mil. § 1 || 19 Cic. de domo sua § 13 || 22 II § 27

1 ea *Halmius ex Aquila* et *BR* || 3 sed fusum *Ruhnk.* defusum *BR* difusum *b* diffusum *r* || occidi occidi *B* occidi *Rb* || 4 melium *BR* || annonae leuandae iacturis *BR* annona leuanda et iact. *Halmius* annona leuanda iacturisque *Cic. et Aquila* || 7 in agro locisque *Halmius* in alogis quae *B* in alocisa *R* in agris locisque *D* || 10 ebutti *B* ebuttii *R* || quantum *BR* || 17 nondum quicqam *Aquila* dum quicquam *BD* || 19 iste *add. E om. BD* || 27 quam *Halmius* quem *BR* ||

nunc ex ambitu periodico nunc ex illa continuatione per-
petuae elocutionis aptetur, non numquam caesis inter-
rupta fuerit, aliquando colo consocietur. differt autem 530
figura elocutionis a figura sententiae hoc quod sententiae
figura immutato uerborum ordine manere potest: at uero
figura elocutionis ipso uerborum mutato ordine manere
non poterit, quamuis plerumque fieri potest ut sententiae
figura coniungatur cum elocutionis figura ut in ironia,
quae figura est sententiae, epanaphora permiscetur, quae
est elocutionis.

Sunt igitur figurae elocutionis aliae ad ornandam 531
tantum et quasi pingendam orationem accommodatae,
quibus nunc utimur. ἀντίθετον id est compositum ex 174 G
contrariis cum uerba pugnantia inter se paribus uocibus
colliduntur uel paria paribus opponuntur ut est Ciceronis
'domus tibi deerat, at habebas: pecunia superabat, at
egebas' aut si dicas 'in pace ad uexandos ciues acerrimus
in bello ad expugnandos hostes inertissimus'. ἰσόκωλον
aequatum membris, quod fit non [in] pugnantibus inter se
uerbis sed paribus exaequatis, ut si dicas 'classem specio-
sissimam et robustissimam instruxit, exercitum pulcherri-
mum et fortissimum legit, sociorum maximam et fidelis-

---

16 uulgo fragm. Scaur., at u. Halmii rhetores p. 30, 1

---

2 nonnumquam *Ruhnk. (ad Aquil. § 19)* nonnullam *BR*[1] nonnulla *br* || 3 consocietur *Grotius* consociet *BR* || 5 potest at uero figura elocutionis ipso uerborum mutato (motato *D*) ordine manere *add. DE om. BR 'supplementum in codd. reliquis factum uidetur ac potius ex Aquila sic scribendum* quod sententiae figura inmutato uerborum ordine [manet nihilo minus, elocutionis autem inmutato uerborum ordine] manere non poterit' *Halmius* || 8 figura coniungantur *BR* (*sed* n *in R punct.*) || 11 DE FIGVRIS ELOCVTIONIS (ELOQVVTIONIS *R*) *BR* || ornandum *b* || 12 quasi ad *r* || commodatae *BR corr. Koppius* || 13 oppositum *Ruhnkenius* || 14 repugnantia *Grotius* || 15 ut est ē ciceronis *B*[1] || 17 acerrimus — inertissimus *b* acerrimos — inertissimos *BR* || 18 expugnandos *b et codd. Aquilae* pugnandos *BR* depugnandos *Halmius* || 19 in *del. Halmius* || 21 extruxit *BR em. Ruhnk. ex Aquila* ||

simam manum comparauit'. πάριϲον prope aequatum. haec figura differt a superiore, quod ibi omnium membrorum uerba paria sunt numero, hic uno uel altero addito
532 in quouis loco cetera excurrunt. ὁμοιόπτωτον simile casibus. nam ex eo nomen accepit, quod cola omnia in eosdem casus cadunt ut est 'huic socios uestros criminanti et ad bellum uos cohortanti et omnibus modis ut in tumultu essetis molienti'. ὁμοιοτέλευτον simili modo determinatum. differt a superiore quod *illud* et casu et sono simili postrema ⟨uerba determinat, hoc uero soni tantum similitudine sub quacumque uerbi enuntiatione componitur. παρονομαϲία leuis inmutatio uerbi ac nominis id est cum syllaba aut littera mutata diuersa significat ut si dicas 'praetor iste uel potius praedo'. πλοκή id est copulatio, in qua idem uerbum aut nomen continuo positum diuersa significat ut est 'sed tamen ad illam diem
533 Memmius *erat Memmius*'. παλιλλογία iteratio. haec figura repetito uerbo aut nomine non diuersa uult intellegi sed uehementius repetita significat ut est 'nos nos dico aperte, nos consules desumus'. ἐπανάληψιϲ repetitio. haec figura a superiore distat, quod illa eadem parte ora-
175 G tionis repetita coniungitur aut uno alteroue uerbo interposito. at haec non una parte orationis⟩ sed prout libuerit sociatis uerbis ut est 'non potest, iam non potest haec libera ciuitas esse'.

ANADIPLOSIS est REDVPLICATIO. optima est cum

16 Cic. fragm. p. 468 Or. (1) || 19 or. Catil. I § 3

2 omnium membrorum uerba *Ruhnkenius* omnia membrorum genera *BR* || 4 cetera *BR* pariter *Aquila recte* || 8 molienti *Ruhnkenius* uolenti *BR* || 9 illud *add. p* || 12 paronomosia *B* || 14 dicas *p* dicat *BD* || iste *Ruhnkenius (ad Aquil. 27)* est *BD* || 15 nomen bis continuo *Aquila* § *28* || 16 illum *Aquila* || 17 erat Memmius *add. Grotius ex Aquila* || palinlongio *B* palinlogion *D* || 19 nos non dico aperte *E* nos aperte *BD* || 20 nos *ante* consules *om. B* || epanalempsis *B* epanalemsis *D* || 23 una parte *BD* una parte interposita *b* || 26 reduplicatio *Halmius* replicatio *BR* || optima est *scripsi* optime *BR* ||

ea, quae in priore membro postrema ponuntur, in poste-
riore prima repetuntur ut est illud Terenti

'negat hanc sibi cognatam Demipho?
hanc Demipho negat esse cognatam?'

προϲαπόδοϲιϲ redditio orationis id est cum nomen in po-
strema parte membri aut eadem quaecumque pars oratio-
nis redditur, ex qua idem membrum coepit, ut si dicas
'tibi calamitates imputare debet res publica, *tibi*'. ἐπανα- 534.
φορά relatio, quotiens per singula membra eadem pars
orationis repetitur hoc modo 'Verres calumniatores appo-
nebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat'.
ἀντιϲτροφή conuersio. haec figura hoc differt a supe-
riore, quod *in* illa ab eadem parte orationis saepius inci-
pitur, hic in eadem terminatur, ut est pro Fonteio '*fru-*
menti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae
copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia'. ϲυμ-
πλοκή conexio. nam et incipit saepius ab una parte ora-
tionis et totiens in unam eandem desinit ut est 'quis legem
tulit? Rullus. quis decem uiros quos uoluit creauit? idem
Rullus'. πολύπτωτον ex pluribus casibus *quod* cum 535
saepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa
pars declinationibus aut numeris immutatur per casus,
ut est 'senatus iussit, senatui placuit, senatum certum est
praecepisse, a senatu delectus est'. ϲυνωνυμία est com-
munio nominis, quotiens uno uerbo non satis dignitatem
rei aut magnitudinem demonstramus ideoque ad eandem
significationem plura conferimus. ταυτολογία est eadem

---

3 Phorm. 2, 3, 5 || 10 secundum Cic. Verr. II § 26 || 14 ex parte amissa 4, 8 || 18 secundum Cic. de lege agr. II § 22

---

2 Terentii *br* || 5 proapodosis *BR* || redditio raditionis B^1R^1 || 8 tibi *BR* publica tibi *b* || immutare debe res publica *BR* || tibi *add. Halmius* || 9 est relatio *b* || 13 in *add. Halmius* || 14 hic *B* haec *Rb* || frumenti *add. Grotius* || 16 synploce *BR* || 19 *post* tulit? Rullus *colon* quis tribus sortitus est? Rullus *uidetur excidisse Halmio* || 20 quod *add. Halmius* || 23 senatus iussit] '*in hoc exemplo Capella Aquilam, ducem suum, reliquit*' *Halmius* ||

pluribus uerbis significatio. hoc differt a superiore, quod ibi singulis uerbis eadem res, in hac plurimis significatur. *176 G* 536 κλῖμαξ est ascensus ut est Ciceronis pro Milone 'neque uero se populo solum sed etiam senatui commisit, neque senatui modo sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum uerum etiam eius potestati, cui senatus totam rem publicam commiserat'. ἀσύνδετον est solutum, cum demptis coniunctionibus, quibus uerba aut nomina conectuntur, singillatim ⟨unum quodque enuntiamus ut est 'expecto uim edicti, seueritatem praetoris, faueo aratori, cupio [supplico] octuplo damnari Apronium'. διεζευγμένον disiunctum appellamus, cum diuersis redditionibus uerborum cola disiungimus siue duo siue plura hoc modo 'Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praesidio communient, Nuceriam, Cumas multitudine suorum optinebunt, 537 cetera oppida praesidiis deuincient.' † ἀντεζευγμένον iniunctum. haec figura a superiore *hoc* differt, quod ibi singulis membris singula diuersa redduntur, hic plura in uno coniungimus ut est 'quorum ordo ab humili, fortuna *a* sordida, *natura a* turpi ratione abhorret'. hoc enim postremum a b h o r r e t praedicta coniunxit. πλεονασμός est plus necessarium, cum uerba quaedam⟩ adicimus non

---

3 § 61 ‖ 10 Cic. Verr. III § 28 ‖ 13 Cic. de lege agr. II § 86

---

5 praesidiis *Cic. et Aquila* sociis *BR* ‖ 7 cum demptis *Halmius* cum ademptis *E* ut eademptis *B* ut ademptis *Rb* ubi ademptis *coni. Kopp.* ‖ 9 unumquemque *B*¹ ‖ enontiamus *D* nuntiamus *B* ‖ 10 aratori *Cicero* oratori *B et Aquila* ratori *D* ‖ 11 supplico *del. Halmius* ‖ Apronium *B* Aphronium *D* ‖ diezeumenon *B* dieteumenon *D* ‖ 14 Atellam *p* tadelam *BD* ‖ 15 numeriam *BD* ‖ Cumas *Aquila* cum hac *BD* ‖ sociorum *D* ‖ 16 deuiucient *B* deuincent *Db* ‖ Antizeugmenon *B* Antezeumenon *D* Epezeugmenon *Grotius at cf. Halmius ad Aquilam p. 36, 14* ‖ 17 hoc *add. p* ‖ 18 diuersa *BD* uerba *b* ‖ 19 umili *D* ‖ 20 a *et* natura a *add. Halmius* ‖ sordida nitorpiratione *B* sordida turpi ratione *B* natura *add. Ruhnk. ex Aquila* ‖ 21 praedicta *B corr. ex* praeterea ‖ 22 plus quam necessarium *Grotius* ‖ adicimus *Halmius* dicimus *BR* ‖

enuntiandae rei necessaria, sed magnitudini cumulandae ut si dicas Cato ille cum suffecerit nomen dixisse, ad amplitudinem adicimus ille. ἔλλειψις est detractio, contraria superiori figura, cum uerbo aliquo minus dicto rem sentiendam potius praeterimus, ipsa celeritate gratissimi. hae sunt elocutionis figurae, quas quidem non oportet uelut studiose copulatas in unius conceptionis sententiam conglobari.

Nunc ordo praecepta MEMORIAE subministrat, quam 538
quidem constat esse naturalem sed et arte adiuuari posse *177 G*
non dubium est. haec autem ars breuibus praeceptis sed magna exercitatione formatur. cuius partis hoc munus est ut non tantum firma uerum etiam celeri comprehensione res uerbaque percipiantur. tenenda uero sunt non ea tantum, quae a nobis inuenta sunt sed etiam quae ab aduersario in agendo tractata sunt. Simonides huius rei praecepta inuenisse perhibetur poeta idemque philosophus. cum enim conuiuii locus subito conruisset nec possent propinqui obtritos internoscere, discumbentium ordinem nominaque memoria recordante suggessit. quo admonitus intellexit ordinem esse qui memoriae praecepta conferret. is uero in locis inlustribus meditandus est, in quibus species rerum sententiarumque imagines collocandae sunt ueluti nuptiarum uelatam flammeo nubentem aut homicidae gladium uel arma detineas, quas species locus tamquam depositas reddat. nam id quod conscribitur cera continetur et litteris, quod memoriae mandatur in locis tamquam in cera paginaque signatur. imaginibus
uero quasi litteris rerum recordatio continetur. sed ut 539

---

9 hoc caput est ex Fortunatiano III 13

---

1 magnitudinis cumulaττa *BR* m. cumulandae *b* magnitudini cumulandae *Grotius* || 2 Cato ille *E* antole *BR*[1] antoille *br* M. Cato ille *Halmius* || 3 eglipis *BR*[1] eclipsis *b* || 4 figurae *b* || 5 gratissimam *b* || 16 contracta *b* || 18 lacus *B*[1] || 22 his uero *BR* || 26 locus *BR* locis *b* || depositas *BR* depositas memoria *b* || nam *BR* nam sicut *b* nam sic *r* || 27 litteris quod *B* litteris sic quod *R* (?) *b* ||

diximus, magnam exercitationem res laboremque conquirit, in qua illud obseruari compertum est, solere ut scribamus ipsi quae facile uolumus retinere, deinde ut si longiora fuerint, quae sunt ediscenda, diuisa per partes facilius inhaerescant, tum apponere notas rebus singulis oportebit his, quae uolumus maxime retinere, nec uoce magna legenda sunt, sed ⟨murmure potius meditanda et nocte magis quam interdiu maturius excitari memoriam manifestum est, cum et late silentium iuuat nec foras a sensibus auocatur intentio. est quidem memoria rerum atque uerborum, sed non semper ediscenda sunt uerba nisi spatium meditandi tempus indulserit sat eritqne res ipsas animo tenuisse praesertim, si nihil eius munere naturali prouenerit.

178 G 540 ACTIONEM apud ueteres appellabam, quam nunc PRONVNTIATIONEM uulgo dici non nescio. ea praestat [oratio] ut concilietur auditor, ut ad fidem persuasione ducatur, ut animorum motibus incalescat. eius partes sunt tres: uox, uultus, gestus. his ut plerique putant cultus uel habitus oris accedit. uox et natura constat et⟩ quadam scientia modificata seruatur. in natura qualitas uocis et quantitas dispensatur. scientia uero, quo modo
541 ea utaris, assequitur et quid oporteat obseruare. bonitas uocis constat claritate firmitate suauitate. quae omnia nutriuntur cibi potus coitus obseruantia praecipueque, ut corpus deambulando moueatur intra breue spatium reditu maturato. qui motus cum digestionem facilem praestat, sine dubio purgat et uocem. nimia excursio uel longa deambulando extenuat ac fatigat. post hanc ambulationem

15 — p. 183, 8 cf. Fortunat. III c. 15 sqq.

2 obseruare *R* || 5 inhaerescant *Halmius* inhaerescunt *BR* || 6 quas *R* || 9 nec *B corr. e* ne || 10 uocatur *BD corr. Halmius ex Fortun. p. 129, 23* || 12 sateritque *Halmius* saterit qui *B* sat erit cui *D* || 13 tenuissem *D* || 17 oratio *deleui* oratori *Halmius* || 20 uox ex *b* || 23 ea utaris *p* cautaris *BR* caute (cauta *b*) res *br cf. Fortun. p. 130, 13* || 26 deambulando *BR* deambulatio *r* ||

statim nos ad studia conferamus priusque quam sit dicendum, uocem lectione coloremus. nec ab initio clamandum 542 sed tenui murmure inchoandum, quo sensim uocem possis efferre. ad curandam autem uocem plerique pertinere dixerunt, ut sedentes paucissimos uersus lenta et graui proferant uoce, deinde per gradus paulatim erigant sonum, per eosdemque gradus recolligatur oratio, quo sine damno ad murmur usque perueniat. uultus uero pro 543 sententiae dignitate mutandi sunt sed non ita, ut histrionibus mos est, qui ora torquendo ridiculos motus spectantibus praestant. significanda enim, non spectanda sunt ista, quae actio uultusque commendat. sed oculorum in hac parte magna moderatio est, qui tum hilaritate, tum intentione, tum minaci mouentur aspectu. nec nimium grauioribus superciliis premendi aut petentibus frontem nudandi sunt oculi, quod in Pisone Tullius amare uituperat. nec mollius agitandi sunt gestus aut muliebriter latera deducenda sunt: nec iactanda deformiter ceruix, ne in illas Hortensii deducatur inlecebras, quibus etsi uenuste, *179 G* tamen non uidebatur uti uiriliter. ad summam gestus non is oratori tenendus est, quo scaenae placere uidentur actores. manus in contentionibus fusa porrectius, in sermocinatione uel narratione contracta, praecipueque in hac parte praestandum est ut deceant cuncta, quod prudentia magis quam ulla praeceptionis huius arte seruatur.

Iam nunc ordo admonet promissorum ut PARTES 544 ORATIONIS excurram, quas ⟨quidam subtilius duas, alii quinque, non nulli plures esse dixerunt. qui autem duas asserunt, unam qua docemus iudices, aliam qua mouemus, aduertunt, et in docendo tam narrationem quam confirmationem partis adscribunt, in mouendo autem prooe-

16 in Pis. § 14 p. Sest. § 19 || 20 cf. Cic. Brut. § 303

2 colemus *Grotius* || 3 quo sensim *scripsi* quae in similem *BR* quo in similem *br* || 5 ut *om.* B^1 || 18 nec in illas *b* || 21 his *B* || 23 contracta *B corr. e* contra || 24 deceat *BR* || 26 ammouet B^1 ammonet *R* || 28 nonnulli *E* non *BD* || 31 partes *b* ||

mium et epilogum nexuerunt, quia et initio praeparandus est et commouendus sententiam prolaturus auditor. qui uero quinque dixere partes, rationalem ordinem persecuntur. nam est exordium narratio propositio argumentatio peroratio.

545 EXORDIVM est oratio noscendae causae praeparans auditorem. eius uirtutes sunt tres, ut attentum ut docilem ut beniuolum faciat auditorem. attentum facimus si magnam rem geri, si nouam, si publicam aut plurimorum dicimus, docilem si de causa aliquid strictim, quo instruamus iudicem, profe-⟩ratur, beniuolum aut a re aut a persona facimus, a persona autem aut nostra aut iudicum aut aduersariorum. a nostra, si quod fauorabile gessimus commendamus, aut si quod obest causae diluimus uel extenuamus, a iudicum, si eos nobis uel ex causae ipsius blandimentis uel extrinsecus conciliamus, ab aduersariorum autem persona tribus modis, si eos in odium, in inuidiam in contemptum adducimus: in odium, si scelestos
180 G crudelesue doceamus; in inuidiam, si eos impotentes esse
546 monstremus; in contemptum uero, si humiles. uerum exordiorum genera sunt duo: principium et insinuatio. PRINCIPIVM est, quo statim simpliciter palamque conciliamus nobis auditores, INSINVATIO cum insidioso exordio iudicem circumscribimus. in quo modi sunt quattuor: primus cum res ipsa mala est, alter cum aduersum nos iudex aliquid contraria opinatione praesumpsit aut fatigatus est, aut adclamatio uel inrisio ulla interuenit.

547 Ante cuncta discutiendum, quae sit forma materiae. nam sunt quinque: honesta turpis dubia humilis obscura. si honesta est, aut principio non utendum, aut amplificatione exordium concludendum; si turpis, insinuatione utendum; si dubia, beniuolus faciendus auditor; si humilis, attentus; si obscura, docilis.

548 Insinuatio uero quattuor modis explicatur, cum aut

---

6 oratio *om. B* || 9 plurimorum *Halmius* plurimum *B* plurimam *Db* || 13 fauor habile *B*¹ || 19 in (*ante* inuid.) *om. B*¹ ||

personam rei subiectione mutamus, aut rem persona, aut rem re, aut personam persona. nam si in causa meretricis agendum est, rem potius iudicibus spectandam esse dicimus. aut si libertus alicuius uel cliens agat, personam patroni, non huius considerandam esse admoneamus atque ita cetera.

Vitia uero exordiorum ista sunt: uulgare quod in 549
omnis causas cadere potest, commune quo etiam aduersarius uti potest, contrarium quo melius aduersarius uteretur, affectatum quod aut uerbis inusitatis aut rebus externis profertur, superuacuum quod neque attentum neque docilem neque beniuolum facit auditorem. fugiendum praeterea satis longum et obscurum.

⟨NARRATIONVM genera sunt quattuor: historia fabula 550
argumentum, negotialis uel iudicialis assertio. HISTORIA est ut Liuii. FABVLA neque uera est neque ueri similis ut 'Daphnen in arborem uersam'. ARGVMENTVM est, *181 G*
quod non facta sed quae fieri potuerunt continet, ut in comoediis 'patrem timeri' et 'amari meretricem'. IVDICIALIS autem narratio est rerum gestarum aut ueri similium expositio.

Narrationis autem laudes tres sunt, ut lucida sit, ut 551
ueri similis, ut breuis, et his contraria uitia uocantur. lucida est narratio, si non confusa, si uera, si usitatis significationibus, si non longo circuitu rem monstremus. ueri similis, si nihil adfectate et quasi ex natura exponere uideamur. breuis, si non ultra quam res exigit et prolixe fundatur assertio.⟩

Narrationum aliae sunt ipsius causae et negotii, aliae incidentes. ipsius causae sunt, sine quibus res, quae agitur, intellegi non potest. incidentes, quae aut proba-

---

1 utamus B^1 || 7 sunt *om.* B^1 || 13 *b* ne sit *addidit post* praeterea || 14 DE NARRATIONE *titulus in BR* || 16 libii B^1 || 17 daphim *B* daphnim *D* || uersum *b* || 23 et is *B* et ut his contraria uitia uitentur *Halmius* || 24 si us significationibus B^1 || 25 longum circumito B^1 || 26 extra naturam *b* ||

tionis gratia aut exempli aut augendi aut inuidiae aut uoluptatis extrinsecus afferuntur. non nulli quinque species
552 narrationis esse dixerunt ut Theodorus Byzantius Graece discernit προδιήγησιν ὑποδιήγησιν παραδιήγησιν ἀντιδιήγησιν καταδιήγησιν. narrationis etiam elementa sunt sex: persona causa locus tempus materia res. item narrationum aliae continuae, aliae partiles uocantur. continuae, quae perpetuo contextu sine ulla interruptione dicuntur. partiles, quibus uel argumentum uel digressio aliqua interponitur. narramus autem modis sex: augentes, aliquid attenuantes praetereuntes admonentes docentes gratiam uel inuidiam comparantes.

Post narrationem quidem DIGRESSIONEM, quam παρέκβασιν uocant, oportet adiungere, quo uel incitamus iudices uel delenimus. sed quoniam pars orationis non est et non semper arripienda est, eam placuit praeterire.

553 PROPOSITIO aut nostra est aut aduersariorum aut
182 G communis. nostra ut 'caedem obicio'. aduersariorum 'caedem me fecisse dicit'. communis 'uter igitur nostrum
554 caedem admiserit quaeritur', propositiones aut principalium quaestionum sunt aut incidentium aut simplices aut coniunctae. simplex est [luxurialis] ut 'meretricem amas'. coniunctae autem per partitionem maxime proponuntur, quae dupliciter fiunt. aut enim simpliciter quid dicturi simus ostendimus, aut ante, quid nobis cum aduersario conueniat, quid in dubium uocetur edicimus.

---

1 aut augendi *codex Grotii* aut agendi *BR* agendi *b* || 4 ΠΡΩΔΕΓΗCIN ΥΠΟΔΙΝΓΗCIN (INΥΠΟΔΙΝΓΗCIN *R*) ΠΑΡΑΔΕΙΝΓΥCIN (ΠΑΡΑΔΕΙΗΓΥCIN *R*) INΓΙΑΝΑΔΕΙΗΓΗCIN (INΠΑΝΑΔΕΙΝΓCHCIN *R*) ΚαΤαΔΕΙΝΓΗCIN *BR* (ἀντιδιήγησιν *Halmius* || 5 sunt VII *b* || 6 modus locus *b* || 9 quibus *b* qui *BR* || 11 attenuantes *Halmius* aut tenuantes *BR* aut attenuantes *b* || admonentes *Halmius* aut monentes *BR sed* ut *B in ras.* || 13 parecbasin *B* parebasin *R* || 15 delinimus *Db* || 17 DE PROPOSITIONE. propositio *BR* || aduersariorum ut *Db* || 20 ammiserit B^1 || propositionis B^1R^1 || aut *B* autem *R* || 22 luxurialis *B* luxorialis *R quod deleui:* luxurialis es *p* luxuriaris *Grotius. post* luxur. *in B dimid. uers. uiginti fere litt. erasus est* (sim-plex est luxurialis. composita est meretricem amas *cod. Grotii interpolate*) || 25 simus *Halmius* sumus *BR* || 26 et quid *b* ||

Propositiones aut nudae sunt aut ratione subiecta. 555
nudae ut 'adfectas tyrannidem'. ratione subiecta 'adfectas tyrannidem. arma enim domi habes'. omnes autem sumuntur aut simpliciter aut per inductionem. simpliciter ut si dicas 'docebo proditorem'. per inductionem, ut si superioris meminimus et sequentem introducimus ut si dicas 'quoniam docui ⟨iniustam legem, docebo inutilem'. proponimus autem aut per concessionem aut per praeteritionem. per concessionem cum gratiam facientes eius quod diximus prius, aliquid introducimus ut si dicas 'concedo interim occisum sed ab hoc interemptum nego'. per praeteritionem cum ita transimus ad alteram propositionem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas 'nunc quoniam docui ignominioso actionem de priuatis rebus tantum negari, docebo de proditionis crimine non negari'.

PARTITIO est quae ordinem totius diuisionis breuiter 556
conprehendit, ut est pro Quintio 'negamus te bona Publii Quintii possedisse ex edicto praetoris'. et primo sic incipit 'nullam causam fuisse postulandae proscriptionis'. huic subicit 'nec ex edicto possidere potuisse' ad extremum 'nec possessa esse. haec' inquit 'tria cum docuero perorabo'.⟩ animaduertis corpus totius orationis per haec liniamenta digestum esse. talis autem debet esse parti- *183 G*
tio ut singulae partes eius plurimas quaestiones in se contineant. nam si fuerint et per incidentes quaestiunculas deriuata, onerabitur ipsa partitio et ex hoc rebuntur iudices rerum copiam fugiendam. ideo et Tullius in eadem Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures quaestionum articulos continerent. et enim primum illud

18—23 § 36

1 ratione subiecta *B* rationes subiectae *R*[1] rationi subiectae *b* || 2 adfectasti tyrannidem *R* adfectas tityrannidem *B* || adfectasti *BR* || 8 aut *om. D* || 15 proditionibus *B*[1] || 17 DE PARTITIONE. partitio *BD* || 18 quinti *B* || 21 nec ex *b* ne ex *BD* || 27 diriuata *R* || 28 rebus *R*[1] *item B*[1] *ut uidetur* || 29 capitula *b* ||

'non fuisse causam postulandae proscriptionis' uide quanta contineat 'quod pecunia debita Sexto Naeuio non fuerit et aliter agi oportuerit, quod Quintius uadimonium non deseruerit' secundum 'quod ex edicto possidere non potuerit, quod et procuratorem habuerit et absens defensus sit et non latitauerit et ceteri creditores quieti sint' et 'quod ante missum sit, ut fundo communi expelleretur, quam proscriptio eius imperaretur' et 'quia ui de saltu sit deiectus, contra quam praetor iusserit'. his igitur manifestum est intra partitionem quaestiones esse ponendas, quae in exsecutione sint euulgandae, ut iudex et nobis attentus fiat et promissorum copia non grauetur. illud etiam inspiciendum, quae nobis cum diuersa parte conueniant, quae in controuersiam deuocentur, et ea quae conueniunt, tunc enumeranda, si nobis prosunt, ut Cicero pro Marco Tullio ait 'damnum passum esse Marcum Tullium conuenit mihi cum aduersario. ui hominibus armatis rem gestam esse non inficiantur. a familia P. Fabii commissam negare non audent. iam dolo malo factum sit ambigitur.' uides ergo hic in partitione a concessis duxisse quod sibi proderat.

557 ARGVMENTATIO est elocutio, qua argumenta ipsa uerbis exsequimur, ARGVMENTA uero quibus causa probatur. argumentatio diuiditur in duas partis: in confirma-

---

16 locus omissus est in edd., quae tantum habent similem Victorini p. 209, 25 sqq. || 22 caput est ex Fortunatiano II 23 et 24

---

1 causa *R* || 3 quintios $B^1 R^1$ || 4 quod ex *D* quem ex *BR* quae ex *b* '*lectio manifesto corrupta fort. sic emendanda est* etenim primum illud 'non fuisse causam postulandae proscriptionis' uide quanta contineat . . . secundumque illud 'ex edicto possidere non potuisse', quod *etc.*' *Halmius* || 6 quintii *b* || 8 ui de saltu sit deiectus *Halmius* uide uita (ui**ta, *ex* uisita *ut uidetur B*) sit eiectus *BR* ui deiectus sit *p cf. or. p. Quint.* § *28 et 79* || 11 euulgandae *Halmius* deuulgandae *BR* diuulgandae *b* || 17 ui *Br* ut *Rb* || 20 ergo hic *R* ergo hac *r* ergo hoc *B* || 22 DE ARGVMENTATIONE. argumentatio *BR* ||

tionem et reprehensionem. ⟨argumentorum genera duo
sunt: artificiale et inartificiale. sed artificiale locos prin- *184 G*
cipales habet quattuor: ante rem, in re, circa rem, post
rem. ante rem uero diuiditur in locos septem: a per-
sona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia.
in re autem loci sunt duodecim: a toto, a parte, a genere,
ab specie, a differentia, per septem circumstantias, qui
locus recipit in se etiam a maiore ad minus, et a minore
ad maius, a proprio, a definitione, a nomine, a multiplici
appellatione, ab initio, a progressione uel profectu, a per-
fectione uel consummatione. circa rem loci sunt decem: 558
a simili, cuius species sunt quinque: exemplum similitudo
fabula imago † id est ueri simile, quod de comoedia su-
mitur⟩. addunt quidam et apologos ut sunt Aesopi. ergo
circa rem locos exequar, qui sunt a dissimili, a pari, a con-
trario per positionem et negationem, ad aliquid, quod figu-
ratur casibus quattuor genetiuo datiuo accusatiuo ablatiuo:
ab inter se collidentibus per habitionem et amissionem,
a maiore ad minus, a minore ad maius, a praecedenti,
ab eo quod simul est uel a coniunctis, a consequentibus.
post rem loci sunt duo: ab euentu et a iudicato. sunt 559
alii loci ἀπὸ τῆς συζυγίας id est a coniugatione siue a
coniugatis, quod quasi iunctum est personae qualitati, ut
si eum qui hostilia sentiat hostem esse dicamus. item a

---

4 in loco septima persona *B*[1] || 6 sunt XIII *D* || 8 etiam in se *D* || 9 adproprio *B*[1] || 10 ad progressionem uel profectum *BD em. Koppius ex Fortunatiano p. 115, 24* || 11 ab initio (ad initium *b*) uel consummatione *B* uel consummatione ad initium *D glossam sustulit Koppius ex Fortun.* || 12 quinque *B* IIII *D* || exemplo *B*[1] || 13 idē *BD* item *Koppius* exemplum uerisimile, id est quod de comoedia sumitur *Fortunatianus uid. Halmius* || 16 positionem *Halmius ex Fortunatiano* propositionem *Br* (*sed* prosotionem *R*) || 17 genitiuo *B* geño *D* || 18 habitionem *B* hambitionem *R* habitationem *R*[m] *b* habitum *Koppius* || 20 simul *Halmius ex Fortunatiano* simile *BR* || '*immo* uel a consequentibus *ut habet Fortunatianus' Halmius* || 22 apo tes synzugias *BR* || coniunctione *R*[1] *ut libri Fortunatiani* || 23 ut**si eum *B* (si *del. b*) ut qui eum (*deleto* qui) *R* || 24 a *om. B*[1] ||

qualitate ut 'si iracunde fecit, sine ratione fecerit'. a quantitate ut 'si seruus est, eodem modo factum sit'. a coniunctis id est ἀπὸ τῶν † ΠΤΟϹΕΟϹ καὶ ϲυνθέτων, ut fasces et toga, sella curulis magistratuum ornamenta sunt. item partitio est id est διαίρεϲιϲ per omnes circumstantias id est cum partimur per personas tempora et cetera, quae uarietas grata discriminat.

560 INARTIFICIALIA ARGVMENTA diuiduntur in praeiudicia, in rumores, in tormenta, in tabulas, in ius iurandum, in testes. quae similiter quem ad modum et artificialia tractat orator. in argumentis autem cauendum est ne in
185 G aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne uulgaria sint, ne cum aduersario communia, ne alte repetita aut supra dignitatem causae aut infra dignitatem.

De confirmatione breuiter memoraui. nunc REPREHENSIONIS praecepta uideamus. reprehenditur enim actio aduersarii aut redarguendo, cum aut totum argumentum aut partes eius contra facere monstrabimus; aut repugnando cum docemus falsa esse pro ueris assumpta uel *illa* ex his non effici; aut compensando, si contra argumentum quod aduersum nos est aliud opponamus.

561 QVAESTIONVM duo sunt genera. dicitur enim προη-

8—21 = Fortunatianus II c. 25 || 22 — p. 192, 8 = Fortunat. II 26 sq.

---

1 '*immo* s. ratione fecit *et deinde* factum est' *Halmius* || 2 si seruus est] *u. Halm. rhet. p. 116, 14* || coniugatis *b* || 3 id *om. B*[1] || ΑΠΟΤΟΝΠΤΟϹЄΟϹ ΚΑΙ ϹΥΝϹЄΤΟΝ (*uel* ϹΥΝЄЄΤΟΝ; *b:* ϹΥΝΤЄΤΟΝ) *BR* ἀπὸ τῶν προϲόντων *etc. Halmius* || fasces lictores toga *recte Fortunatianus* || 5 partitio est (pariitio * ē *B* partitionem *R*) id est dieresis (dieresin *R*) *BR* a partitione id est ἀπὸ τῆϲ διαιρέϲεωϲ *p* '*ut est apud Fortunatianum p. 116, 17, sed uidetur potius Capella errasse*' *Halmius* || 8 inartificialia argumenta *Halmius* inartificialia artificia *BR* inartificialia *b* || 9 in (*ante* ius) *om. B*[1] || 12 nec alte *b* || 14 aut supra *B corr. ex* asupra || 17 redarguendo *p* remarguendum *BR* remarguendo *br* || 18 monstrauimus *B*[1]*R* || 20 illa *addidi* (ex his sumta non effici *Halmius*) || offici *R* || compensando *b* compensandum *BR* || 22 *praemissus est titulus* DE QVAESTIONIBVS *in BR* || proegumenos *BR* ||

γουμένη, quae a nobis inducitur ut confirmetur. ab aduersariis autem quae infertur ⟨et repellenda est, dicitur ἀναγκαία. uerum superior quaestio, quae a nobis infertur, modis fit duobus, ut aut singillatim separatae inducantur aut plures coniunctim. inducimus autem eas uarie: aut per simplicem propositionem aut per partitionem aut per figuras, quas dianoeas dicunt. qui locus multiformis est. nam paene tot sunt occasiones inducendae quaestionis in hoc genere, quot sunt figurae sententiarum. fit 562 enim aut per solutionem id est κατ᾽ ἀνάλυϲιν aut per adiectionem aut per praeteritionem aut per concessionem aut per reprehensionem aut per seiunctionem id est ἀφοριϲμόν aut per admonitionem aut per dissimulatam propositionem aut per repetitam aut per instructam aut per partitam aut per similitudinem superioris quaestionis aut responsionis, aut per inuersionem id est cum primam illam⟩ quaestionem tractamus quae secunda est, dein quae prima.

Etiam eam quaestionem, quam aduersarii intulerint, 563 isdem modis refutare possumus et adicere solemus cum aliquid aut obscure abuersarius posuerit aut augendi potius causa dixerit quam probandi aut cum *per hypophoran* gradum facimus nostrae propositionis aut cum aduersarii propositionem in nostram partem conuertimus, quam *186 G* peristrophen uocamus, aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. et hoc faciendum uel cum elegantiam uarietatis adfectamus uel cum prima quaestio ad-

---

2 est dicitur *bD* est igitur *B* || 5 inducimus *Halmius* ducimus *BD* || 6 praeparationem *codd. Fortunatiani* || 10 enim aut *D* enim et *B* || cata anteloesin *B* catantelixin *D* κατὰ διάλυϲιν *p* || aut per adiectionem *BD ante* id est ἀφοριϲμόν *habent, secundum Fortunatianum transposuit Koppius* || 11 et per praeter. *B*[1] || 12 aut per reprehensionem *om. codd. Fortunatiani* || 14 aut per repetitam *non habet Fortunatianus nec uerum uidetur Halmio* || aut instructam *B* || 16 '*immo* primo *ut habet Fortunatianus uel* primum *cum Grotio*' *Halmius* || 20 hisdem *BR* || 21 agendi *R* || 22 per hypophoram *add. p cf. Fortunat. p. 117, 15* || 25 quaestione *D* quaestionem *BR* ||

qualitate ut 'si iracunde fecit, sine ratione fecerit'. a quantitate ut 'si seruus est, eodem modo factum sit'. a coniunctis id est ἀπὸ τῶν † ΠΤΟϹЄΟϹ καὶ ϲυνθέτων, ut fasces et toga, sella curulis magistratuum ornamenta sunt. item partitio est id est διαίρεϲιϲ per omnes circumstantias id est cum partimur per personas tempora et cetera, quae uarietas grata discriminat.

560 INARTIFICIALIA ARGVMENTA diuiduntur in praeiudicia, in rumores, in tormenta, in tabulas, in ius iurandum, in testes. quae similiter quem ad modum et artificialia tractat orator. in argumentis autem cauendum est ne in
185 G aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne uulgaria sint, ne cum aduersario communia, ne alte repetita aut supra dignitatem causae aut infra dignitatem.

De confirmatione breuiter memoraui. nunc REPREHENSIONIS praecepta uideamus. reprehenditur enim actio aduersarii aut redarguendo, cum aut totum argumentum aut partes eius contra facere monstrabimus; aut repugnando cum docemus falsa esse pro ueris assumpta uel *illa* ex his non effici; aut compensando, si contra argumentum quod aduersum nos est aliud opponamus.

561 QVAESTIONVM duo sunt genera. dicitur enim προη-

8—21 = Fortunatianus II c. 25 || 22 — p. 192, 8 = Fortunat. II 26 sq.

1 '*immo* s. ratione fecit *et deinde* factum est' *Halmius* || 2 si seruus est] *u. Halm. rhet. p. 116, 14* || coniugatis *b* || 3 id *om. B*[1] || ΑΠΟΤΟΝΠΤΟϹЄΟϹ ΚΑΙ ϹΥΝϹЄΤΟΝ (*uel* ϹΥΝЄЄΤΟΝ; *b:* ϹΥΝΤЄΤΟΝ) *BR* ἀπὸ τῶν προϲόντων *etc. Halmius* || fasces lictores toga *recte Fortunatianus* || 5 partitio est (pariitio ⁎ c̄ *B* partitionem *R*) id est dieresis (dieresin *R*) *BR* a partitione id est ἀπὸ τῆϲ διαιρέϲεωϲ *p* '*ut est apud Fortunatianum p. 116, 17, sed uidetur potius Capella errasse*' *Halmius* || 8 inartificialia argumenta *Halmius* inartificialia artificia *BR* inartificialia *b* || 9 in (*ante* ius) *om. B*[1] || 12 nec alte *b* || 14 aut supra *B corr. ex* asupra || 17 redarguendo *p* remarguendum *BR* remarguendo *br* || 18 monstrauimus *B*[1]*R* || 20 illa *addidi* (ex his sumta non effici *Halmius*) || offici *R* || compensando *b* compensandum *BR* || 22 *praemissus est titulus* DE QVAESTIONIBVS *in BR* || proegumenos *BR* ||

γουμένη, quae a nobis inducitur ut confirmetur. ab aduersariis autem quae infertur ⟨et repellenda est, dicitur ἀναγκαία. uerum superior quaestio, quae a nobis infertur, modis fit duobus, ut aut singillatim separatae inducantur aut plures coniunctim. inducimus autem eas uarie: aut per simplicem propositionem aut per partitionem aut per figuras, quas dianoeas dicunt. qui locus multiformis est. nam paene tot sunt occasiones inducendae quaestionis in hoc genere, quot sunt figurae sententiarum. fit 562
enim aut per solutionem id est κατ᾽ ἀνάλυσιν aut per adiectionem aut per praeteritionem aut per concessionem aut per reprehensionem aut per seiunctionem id est ἀφορισμόν aut per admonitionem aut per dissimulatam propositionem aut per repetitam aut per instructam aut per partitam aut per similitudinem superioris quaestionis aut responsionis, aut per inuersionem id est cum primam illam⟩ quaestionem tractamus quae secunda est, dein quae prima.

Etiam eam quaestionem, quam aduersarii intulerint, 563
isdem modis refutare possumus et adicere solemus cum aliquid aut obscure abuersarius posuerit aut augendi potius causa dixerit quam probandi aut cum *per hypophoran* gradum facimus nostrae propositionis aut cum aduersarii propositionem in nostram partem conuertimus, quam *186 G*
peristrophen uocamus, aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. et hoc faciendum uel cum elegantiam uarietatis adfectamus uel cum prima quaestio ad-

---

2 est dicitur *bD* est igitur *B* || 5 inducimus *Halmius* ducimus *BD* || 6 praeparationem *codd. Fortunatiani* || 10 enim aut *D* enim et *B* || cata anteloesin *B* catantelixin *D* κατὰ διάλυσιν *p* || aut per adiectionem *BD ante* id est ἀφορισμόν *habent, secundum Fortunatianum transposuit Koppius* || 11 et per praeter. *B*[1] || 12 aut per reprehensionem *om. codd. Fortunatiani* || 14 aut per repetitam *non habet Fortunatianus nec uerum uidetur Halmio* || aut instructam *B* || 16 ʿ*immo* primo *ut habet Fortunatianus uel* primum *cum Grotio*' *Halmius* || 20 hisdem *BR* || 21 agendi *R* || 22 per hypophoram *add. p cf. Fortunat. p. 117, 15* || 25 quaestione *D* quaestionem *BR* ||

uersus nos ualde facit et non est in primo loco ponenda. in hypophora cauendum est ne plene et copiose ponatur, quamquam aliquando irridendi aduersarii causa, si hoc augeat, de quo nulla quaestio est, exaggeranda a nobis est, aut ut quod discrepat ostendamus. hypophorae tribus modis imminuuntur adiectione uerborum, immutatione, detractione. hypophora est autem intentio aduersae partis, anthypophora responsio eius.

564 ANACEPHALAEOSIS est ueluti a capite causae breuis repetitio quaestionum. anacephalaeosi non semper utendum est sed quando aut partitionem fecimus aut quando in multas quaestiones causa processit, ita tamen ut summam cuiusque, non partes partium retexamus. qua quidem utemur etiam in alia parte orationis, cum iudicis memoria fortasse succumbet, quae res tunc ἐπιμεριϲμόϲ uocatur. anacephalaeosis tamen nulla pars orationis est sed epilogi quaedam portio.

565 EPILOGVS enim tres partes habet: enumerationem praedictam, indignationem quam δείνωϲιν dicimus, miserationem quam οἶκτον uel ἔλεοϲ memoramus. sed dinosis ex locis argumentorum. nam his non tantum res probamus, uerum etiam augemus. sed conquestio id est miseratio isdem ex locis argumentorum sumitur quibus et indignatio. peroratione tamen non in ⟨fine tantum orationis utendum sed ubi materia permiserit id est in digressione principiorum aut narrationis assiduae sed et quaestionum non numquam. in epilogo generaliter obseruandum ut breuis sit, si quidem commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam proferendam, dum aut

9 — p. 193, 2 = Fortunat. II c 31

3 si hoc augeat *suppleuit Halmius e Fortunatiano p. 118, 2* || 4 quaestio quaē exaggeramus *B* || 5 aut *add. Halmius* || 6 detractatione *BR* || 11 facimus *b* || 20 οἶκτον *Halmius* yctosin *B* ystostin *R* || 20 sed] sumitur *uel* sed sumitur *Halmius* || 23 isdem ex locis *Halmius* his locis *BR* || 26 degressione *B*[1] || 29 ferendam *Fortunatianus* ||

aduersariis irascitur aut tuis miseretur lacrimis aut reorum afflictatione commotus est.'

Adhuc adserenti innuit ipse Cyllenius ut ad termina- *187 G*
tarum coetum nubentisque transiret obsequium. quo con-
specto asserta determinans ad Philologiae consessum fidu-
cia promptiore perrexit eiusque uerticem deosculata cum
sonitu — nihil enim silens ac si cuperet⟩ faciebat — so-
rorum se consortio societatique permiscuit.

Tandem loquacis terminata paginae 566
asserta cursim, quae tamen uoluminis
uix umbilicum multa opertum fascea
turgore pinguis insuit rubellulum.
quod si probatur et caret fastidio,
non nulla promet quae nouella texuit
diditaque fient quae uetustas praeterit:
sin sanna typhi naris imum torseris,
pigebit arma horruisse caelites,
formidinisque tunc locus mouebitur,
Siluane, falcem cum petis Saturniam.
at tu reclamans rhetorum *turbam* tuba
clangore uerso Tulliana percrepans
in castra abibis, quo nec osor inuidens
nec liuor ater te sequatur praecluem.

---

1 reorum *scripsi* rerum *BD* || 2 afflictatione *BD* afflictione *b* || commotus st (*uel* si) adhuc *B* commotus sic adhuc *D* commouetur. sed adhuc *b* || 3 innuet B^1 || terminatarum (*scil.* disciplinarum) *b* tminarum *corr. alia m. 2 in* feminarum *B* feminarum *D* || 4 nubentesque B^1 || 13 qui si *B* quis si R^1 quae si *Halmius* || 14 nonuella B^1R^1 || 15 diditaque *B* deditaque *R* || 16 tyfi *B* tifi *R* || torserit *b* || (sin sanna typhum nare sima intorserit *Heinsius ad Ouid. Metam. XIIII 95*) || 20 turbam *Halmius: om. B* scarum *Rb* || 22 nec *B sed* ec *in ras.* || 23 libor B^1R^1 || 24 MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE ARTE RHETORICA (rethorica *R*) LIBER V EXPLICIT *BR* ||

⟨LIBER VI

DE GEOMETRIA

567 188 G 'Virgo armata decens, rerum sapientia Pallas
aetherius fomes mens, et sollertia fati,
ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis,
ardor doctificus nostraeque industria sortis
quae facis arbitrium sapientis praeuia curae
ac rationis apex diuumque hominumque sacer νοῦc,
ultra terga means rapidi ac splendentis Olympi,
celsior una Ioue, flammantis circulus aethrae
ἑπτὰc in numeris, prior igni, tertia Luna,
quam docto assimilant habitu qui agalmata formant:⟩
568 hinc nam tergeminae rutilant de uertice cristae
quod dux sanguineo praesulque corusca duello,
uel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis:
569 hinc tibi dant clipeum, sapientia quod regat orbem,
uel rationis opem quod spumea proelia poscant,
hasta etiam uibrans penetrabile monstrat acumen,
Lymphaseum magis est et scutum circulus ambit:
570 hinc iam uernicomae frondent tibi munera oliuae,
artes cura uigil per te quod discat oliuo;
571 glaucam dant uolucrem quod lumina concolor igni es,
tuque ignis flos es cluis et γλαυκῶπις Ἀθήνη.
an mage noctiuidae tibi traditur alitis usus
quod uigil insomnes ducat sollertia curas?

INCIPIT DE GEOMETRIA (GEOMETRICA *D*) LIB. VI FELICITER. *inscriptum in BD* || 8 nus *BD* || 11 etitas *D* || ignis *ut uidetur* B^1 || lunae *ut uidetur* B^1 || 12 formant *Grotius* firmant *BD* || 18 asta *BR* || penetrale B^1R || 19 limfaseum *B* linfaseum *R* || 22 *ad* quod *add.* quae *r* || lumina *scripsi* lumine *BR* || 23 claucopis athenae *BR* || 24 unde age *Barthius* ||

pectore saxificam dicunt horrere Medusam 572
quod pauidum stupidet sapiens sollertia uulgum.
arcibus urbanis ueteres tibi templa sacrarunt, 573
quod ratio amplificet quodque est elatior urbe.
hinc de patre ferunt sine matris foedere natam,
prouida consilium quod nescit curia matrum,
consultisque uirum praesis: hinc dicta uirago. 574
o sacra doctarum prudentia fontigenarum *189 G*
sola nouem complens, Musis mens omnibus una,
te precor ad proprium dignata illabere munus
inspirans nobis Graias Latiariter artes.

Ago tibi habeoque, diua, persoluensque perpetes de- 575
bebo grates, quae optatis fulgida dignaris annuere. nosco
uenerorque quod uidi. parent denique iam ingressurae
artes obsequio electissimae feminarum, quae decentem
quandam atque hyalini pulueris respersione coloratam
⟨uelut mensulam gestitantes ad medium superi senatus
locum fiducia promptiore procedunt. sed quae istae sunt
quidue gestitent gerendorum inconscius non aduerto.' hic 576
ut lepidula est et quae totam fabellam ab inchoamentorum
motu limineque susceperit, Satura iocabunda 'ni fallor'
inquit 'Felix meus plurimum adfatimque oliui, quantum-
que palaestras perluere uel sponsi ipsius posset, superfluo
perdidisti dispendiaque lini perflagrata cassum deuorante
Mulcifero, qui tot gymnasiorum ac tantorum heroum ma-
trem Philosophiam non agnoscis, saltem cum per eam
Iuppiter dudum caelestis consultum senatus tabulamque
uulgaret cumque ad Philologiae concilianda consortia
procum adfatum conubialiter allegaret, ne tunc eam no-
scere potuisti? sed quia nunc Arcadicum ac⟩ Midinum 577
sapis praesertimque ex illo quo desudatio curaque distri-

4 quoque B^1 || illa *b* est *BR* || urbe *Grotius* urbes *BR* || 10 te precor *Barthius in membranis se inuenisse mentitur* deprecor *BR* || 13 quae *om. B* || fulgida *Koppius* fulcida *BR* || 16 coloratum B^1R || 21 satyra *bD* || 22 affectimque *D* || 23 superfluuio *D* || 25 gemnasiorum *B* gimnasiorum *b* || 27 consultumque tabulam senatus *D* || 28 uulgarit *b* || 30 archadicum *D* || medimnum *b* || 31 illo *om. R* ||

ctior tibi forensis rabulationis partibus inligata aciem in-
dustriae melioris obtudit, amisisse mihi uideris et huius
matronae memoriam, et iam eiusdem germanam uoluisse
578 nescire. illa namque parili quam accinctam cernis officio
Παιδεία uocitatur, femina admodum locuples et quae illas
Croesias Dariasque prae suis opes gazasque despiciat.
haec utpote talentorum conscia in omnium rara congres-
sus, nec cuiquam facile primores saltim uultus superba
committens plerumque tamen adhaesit arrisitque paupe-
ribus, magisque illis quos aut pedibus nudos aut intonso
crine hispidos aut sordenti conspexit pallio semitectos:
190 G denique si Marcum Terentium paucosque Romuleos exci-
pias consulares, nullus prorsus erit *diues*, cuius ista limen
579 intrarit. uides igitur utrique feminae quam insit fastuosa
censura, tamen utraeque Mercurialis ministrae, quae ue-
niet, officio praeparantur. illud quippe quod gerulae
detulerunt abacus nuncupatur, res depingendis designan-
disque opportuna formis, quippe ibi uel lineares ductus
uel circulares flexus uel triangulares arraduntur amfra-
ctus. haec totum potis est ambitum et circos formare
mundi, elementorum facies ipsamque profunditatem adum-
brare telluris: uidebis istic depingi quicquid uerbis uisum
non ualeas explicare'. 'nimirum' inquam 'ista quae ueniet
Apellem Polycletumque transcendit: ita quippe memora-
tur posse omnia effigiare ut labyrintheus Daedalus eam
580 credendus sit genuisse. et cum dicto prospicio quan-
dam feminam luculentam radium dextera, altera sphaeram
solidam gestitantem amictamque laeuorsum peplo, in quo
siderum magnitudines et meatus, circulorum mensurae
conexionesque uel formae, umbra etiam telluris in caelum
quoque perueniens uel lunae orbes ac solis auratos ca-
581 liganti murice decolorans inter sidera uidebatur. ipsum

1 fabulationis *Br* rabulationis *bR* || pastibus *B* || allegata *B*[1] || 3 matroniae *R* || 5 pedia *BR* || 8 saltem *B* || 12 terrentium *R* || 13 diues *addidi* || *ad* cuius *add.* q́ istius *r* || 18 oportuna *BR* || 19 anfractus *R* || 20 haec *scripsi* hic *BR* || 22 hic *R* || uisum *B* et uisa *b* uisu *R* || 24 appellen *BR* || polyclitumque *B*[1]*R* || 25 labyrintus *BR* labyrinteus *b* ||

uero uernantis aethrae ⟨colore fulgebat, denique etiam
in usum germanae ipsius Astronomiae crebrius commo-
datum, reliqua uero uariis illitum diuersitatibus numero-
rum, gnomonum stilis, interstitiorum ponderum mensura-
rumque formis diuersitate colorum uariata renidebat.
crepidas peragrandae telluris causa easdemque permenso
orbe contritas uiatrix infatigata gestabat. quae quidem 582
ingressa senatum deum, licet quot stadia e terris in cae-
lum quotque ulnas, quot denique digitos permensa sit in-
staret absoluere, tamen Iouiali caelestiumque maiestate
contacta ad illam abaci renudati mensulam circumspe-
ctans camerae exterioris ornatum et laqueata sideribus
pala-⟩tia properauit.

constitit attonito spectans stellantia uisu 583 191 G
  et decuit crinis puluereique pedes.
ipsa etiam laeua sphaera fulgebat honora
  assimilis mundo sideribusque fuit.
nam globus et circi zonaeque ac fulgida signa
  nexa recurrebant arte locata pari.
tellus, quae rapidum consistens suspicit orbem, 584
  puncti instar medio haeserat ima loco.
hanc tener et uitreis circumuolitantibus auris
  aer complectens imbrificabat aquis:
quae tamen inmenso quo cingitur illa profundo
  interriuata marmore tellus erat:
texerat exterior qui fulget circulus orbis
  aetheris astrifico lumina multa peplo.
hinc nitidus rutilum Titan succenderat orbem 585
  moxque imitata pium lactea Luna diem.
sic oculos igitur furuae splendescere noctis

---

3 uariis *Grotius* uersis *BD* || 4 gnominumque *D* || interstitionum *bD* || 5 uariegata B^1 || 9 instaret absoluere *Susius* instanter absoluere *BD* instanter absolueret *Grotius* || 11 contracta *bD* || 12 camarae *D* || excelsioris *Susius* || 15 crinis *br* inis *B* crini *R* || 20 quo *Heinsius in Burm. Ouidio III p.* 12 || suscipit B^1R || 21 *pro* haeserat *coni.* sederat *Heinsius* || ima *Heinsius* una *BR* || 22 circumuolitabilis B^1R || 28 hic B^1R^1 || 30 (oculo spledescere B^1R^1) || igitur furuae oculos *BR: uerba transposuit Vulc.* ||

cerneres ex auro ut sacra flamma micat.
sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis
Lucifero annuerat lumina tota suo.
omnia compar habet paribus sub legibus ordo
nec minus haec mira est quam domus alta deum.
hanc mundo assimilem stupuit Trinacria tellus
Archimedea astrificante manu:
o felix cura et mentis prudentia maior
corpore sub nostro aequiperasse Iouem.

586 tandem igitur reglutinatis ab aethrae interuibrantis admiratione luminibus decenti conlustrans diuos conspectansque censura, cum omnibus reuerenda uenerabili dignitate et magistra ⟨ceterarum quae notae diuis sunt [artibus] diceretur,⟩ exquisitum est eruditionis arcanum ut ab ipsis praeceptionis cunabulis auspicata depromeret. tum illa remoto paululum obstaculo contorti crinis a facie orisque luculenta maiestate resplendens atque abaci sui super-
587 fusum puluerem mouens sic exorsa 'licet Archimedem meum inter philosophos conspicata Euclidemque doctissimum in astruendae praeceptionis excursus potuerim subrogare, ne impolitum quicquam subsisteret assertorum aut profunditas caligaret, tamen congruentius ipsa uobi-
192 G scum, quia Cyllenium excludit ornamentum, illi etiam Helladica tantum modo facultate, nihil effantes Latiariter, atticissant quae etiam ipsa eos edocui, quod numquam fere
588 accidit, Romuleis ut potero uocibus intimabo.⟩ ac prius uocabuli mei promenda ratio, ne indecenter squalentior peragratrix caelicolarum auratam curiam et interstinctum cylindris gemmantibus pauimentum rurali respersura puluere credar intrasse. Geometria dicor quod permeatam crebro admensamque tellurem eiusque figuram magnitudinem locum partes et stadia possim cum suis ratio-

2 *cf. Verg. Aen. VIII 589* || 10 ammiratione *BR* || 13 artibus *deleui* || 19 philosofos *D* || eoclidemque *BD* || 23 excudit *B* || 24 elladica *BD* || faccultate *D* || efantes *D* || lacialiter *D* || 25 ipsa eos *scripsi* ipsos *BD* || 27 exqualentior *B* squalentior *b* xqualentior *R* et squalentior *Vulc.* || 30 geometrica *r* || 31 ammensamque *BR* || 32 partis B^1R ||

nibus explicare neque ulla sit in totius terrae diuersitate
partitio quam non memoris cursu descriptionis absol-
uam'. quo dicto quoniam fuerant in deorum senatu quam 589
plures qui neque toti terrei essent neque ipsam umquam
dicerent se calcasse tellurem, ipse etiam Iuppiter curio-
sius totius terrae latebras uellet exquirere, credo necubi
decentes puellas isto quoque saeculo is uersiformis etiam
cupitor audiret: hoc igitur promere Geometria primum
iubetur ac demum cetera astruendae praecepta artis ape-
rire. tum illa

'Formam totius terrae non planam, ut aestimant 590
positioni qui eam disci diffusioris assimilant, neque
concauam, ut alii qui descendere imbrem dixere tellu-
rĭs in gremium, sed rotundam globosam, etiam sic ut
secundum Dicaearchum asseuerant. namque ortus obi- 591
tusque siderum non diuersus pro terrae elatione uel in-
clinationibus haberetur, si per plana diffusis mundanae
constitutionis operibus uno eodemque tempore supra
terras et aequora nituissent aut item si emersi solis ex-
ortus concauis subductioris terrae latebris abderetur. sed 592
quoniam posterior assertio mage despicabilis opinationis
cassae uilitate tenuatur, illam priorem, cui etiam physicus
Anaxagoras accessit, praestat exigere, quamuis non nullas
credatur adstruere rationes. quippe dicit planam terram
ortu occasuue solis aut lunae perspicue comprobari, qui
mox, primi luminis fulgor ut emerserit, confestim ad obtu-
tus nostros directis lineis diriguntur, quod magis indubi-
tabilis probamenti fiet, si in litore consistentes obstacula *193 G*
montium <relinquamus. quod si ita esset, cunctis supra
terras degentibus eodem tempore emergentia uiderentur
occasusque uno obitu condita cunctas ualerent tenebrare

4 terrei *b* terris *BR* || ipsam *b* ipsi *BR* || 7 his *R* || 8 geometrica *r* || 11 forma *R* || 12 positioni *B* positione *b* possitioni *R* possitionem *r* || assimulant *BR corr. p* || 13 discendere *R* || 15 secundus dicearcus asseuerat *BR quod correxi* || 17 per *del. in B* || 22 *ad* cassae *add.* al causae *b* || utilitate *R* || 23 ullas B^1 || 24 astruere *B* || 26 ut *om.* B^1R || 31 condita *inductum in B* ||

terras, ac falsa Romulei uatis exploderetur assertio qua docet

nosque ubi primus equis Oriens adflauit anhelis,
illic sera rubens accendit lumina Vesper.

593 quin etiam cunctae noctes ac dies similibus interstitiis horisque semper paribus conuenirent nullique parti telluris uel apparerent certa uel alia sidera negarentur. at cum Arctoa conuersio supra uerticem uoluatur Hesperiae, apud Troglodytas Aegyptumque confinem ignoto occultoque penitus sidere nescitur: cum Canopum ac Berenices crinem stellas admodum praenitentes Scythia Galliaeque atque ipsa prorsum non cernat Italia, cum illae⟩ antarcticis terris conspicuae ac praenitentes et uelut perpendiculatae capitibus suspectentur: in Alexandria etiam Canopos quarta parte interstitii signi unius ultra terras emineat, Trionesque geminos ut deuexa non cernat; cum in Arabia Nouembri mense sub noctis auspicio Helice non conspecta secunda uigilia prospectetur, in Meroe solstitio tantum exiguaque breuitate conspicitur, ubi circa ortum Arcturi cum die nascitur, quae item in India Patalitano portu prima tantum parte noctis aspicitur, in qua etiam in Maleo monte quindecim tantum diebus annuis uidetur; quis igitur dubitet [et] globi deuexioris oppositu alia inconspicua fieri atque alia uelut sphaerae curuationibus
594 eminere? additur ad fidem globi rotundioris ambigentibus asserendum quod solis lunaeque deliquia in occasu facta orientis incolae non uiderunt itemque in ortu si accidant, a tota Brittania atque occasiuis regionibus ignorantur; etiam in mediis plerisque regionibus horarum diuersitati-

§ 593 ex parte ex Plinio II 178 || § 594 ex Plin. II 180: de Martiani errore uid. Harduinus ||

3 *Verg. Georg. I 250* || 5 orisque *D* || 8 haesperiae *B* || 9 trogoditas *BD* || egiptumque *D* || 11 crimen *B*¹ || schytia *B* schythia *b* || 12 antarticis *BR* || 15 quarte *R* || signi unius *Koppius ex Plinio* signilis *BR* || 16 non *Rb* nunc *B* || 20 cum *B* || Patalitano *Koppius cf. Plin. II 184* patauitano *R* patauitano *B* || 23 et *deleui* || 27 que *deletum in B* || accedant *B*¹*R* || 29 plerumque *B*¹*R* ||

bus uariantur; sic ut in magni Alexandri uictoria lunam noctis secunda hora defecisse Seruius Nobilis in Arabia 194 G
nuntiauit, quod in Sicilia in exortus primi splendore conspectum. † Alpiano et Fonteio consulibus undecimo kalendas Maias defectus solis fuit, qui in Campania diei septima uisus in Armenia eiusdem diei undecima comprobatur. quod factum est utique sphaerae circuitu moras per inflexus rotunditatis subinde uariante. denique ipsa 595
uasa, quae horoscopa uel horologia memorantur, pro locorum diuersitatibus immutata componuntur alioque gnomone ultra quingenta stadia discernuntur, umbris pro locorum aut elationibus celsis aut inclinationibus infimatis. hinc est quod in Meroe longissimus dies duodecim aequinoctiales horas et alterius bessem secat, Alexandriae quattuordecim, in Italia quindecim, in Brittannia decem et septem. solstitiali uero tempore cum caeli uerticem Sol in-<uectus subiectas deorsum terras perpetui diei continuatione conlustrat itemque brumali descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Thyle compertum Pytheas Massiliensis asseruit. his temporum diuersitatibus assertum ni fallor globosam rotunditatis flexibus habendam esse tellurem. sequitur ut quem mundi locum 596
quamue granditatem sortita sit approbemus. circulus quidem terrae ducentis quinquaginta duobus milibus stadiorum, ut ab Eratosthene doctissimo gnomonica subpu-

---

§ 595 — 201, 12 infimatis ex Plin. II 182. reliqua ex Plin. II 186 || § 596 — 598 non uidentur ex Cleomede cycl. theor. c. 10 (cf. Bernhardyi Eratosth. p. 57 sq.) excerpta esse, quod censet Delambre hist. astron. I p. 310 ||

---

2 hora *add. br* || 4 alpiciano *b* Vipstano *apud Plinium* || calendas *B* || 5 diei *b* die *BR* (hora *add. Vulc.*) || 9 orispica *BR* oroscopa *b* || orologia *BR* orologica *b* || 12 infirmatis *R* || 13 aequinocciales *R* || 14 oras *B* || besem *BR* bissem *b* || alexandreae *B* alexandria *b* || 17 deorsum *Monac. 1* leuorsum *BD* || 18 discensu *B* descensus *b* || 19 orrere *BD* oriri *b* || tyle *BD* || 20 pyteas *BD* || 21 rotonditatis *D* || 23 circulus *scripsi* circulum *BD* || 25 eratostene *D* || gnomionica *D* ||

597 tatione discussum. quippe scaphia dicuntur rotunda ex
aere uasa, quae horarum ductus stili in medio fundo siti
proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur,
cuius umbrae prolixitas aequinoctio centri⟩ sui aestima-
tione dimensa uicies quater complicata circuli duplicis
598 modum reddidit. Eratosthenes uero a Syene ad Meroen
per mensores regios Ptolemaei certus de stadiorum nu-
mero redditus quotaque portio telluris esset aduertens
multiplicansque pro partium ratione, circulum mensuram-
que terrae incunctanter quot milibus stadiorum ambiretur
absoluit.

599 *195 G* Comperta est terrae breuitate rationabili magnitudo:
locus eiusdem ac positio doceatur. quam in medio imo-
que mundi immobilem stare multiplicibus monstratur
assertis [quae] siue ante constitutionem mundi in eodem
loco fuerit, ex quo moueri non potuit ac dehinc diuulsis
a confusione primae commixtionis elementis undarum in-
mensa et uolubilis latitudo aërisque halitus undiquesecus
circa terrae stationem diffusus artarit mediumque fecerit
quod teres ac uolubilis circumclusit; siue quod in sphaera
efficitur imum omne quod medium est, dum paribus ab
extimae rotunditatis ambitu lineis quicquid eas sustinet
600 constipatur. imum uero iam necesse est sui extremitate
consistere, quia inferius quo decidat non est. omnia
etiam pondera in eam desuper cadunt ut imber, grando,
nix, fulgura atque ipse, qui in eius penita praecipitatur,
Oceanus et fluenta latentia, quae fundo uoluuntur in imo.
uides igitur eam, quae undas cunctaque sustentat, artatam
ex omnibus nihil subicere quo secedat. media igitur cre-
denda est, quia postrema. quod praesertim aequinoctialis

2 orarum *BD* || 5 duplicis *R* || 6 redidit *R* || eratoste-nes *BR* || ab *B*[1]*R* || suene *B* syene *b* siene *R* || 7 ptolomei *B* phtolomei *R* || 9 mensuram *Bernhardyus Eratosthenica p. 59* || 10 quod *B*[1]*R* || 15 quae *deleui* || siue *scripsi* sibi *B* (*deleta ut uidetur* s) *et R* || constitutione *R* || 18 alitus *BR* || 19 difusus *B* || artarit *B* (i *in ras.*) artaret *R* || fecerat *Br* fecerit *bR* || 20 quod *p* quo *BR* || 24 ex *B* || 26 fulgora *R* || 27 oceanos *B*[1]*R* || 29 subiacere *r* || medio *bR* ||

temporis interstitia manifestant: nam pares horarum metas tam antemeridialium quam etiam postremarum, et tam diei quam noctis horologia manifestant. quo documento 601
clarum est tantundem undiquesecus ab terris abesse caelum, quod item duobus circulis edocetur solstitiali et brumali. nam utique quantum interstitii dies habet, cum caeli culmina sol elatus inlustrat, tantum spatii longior nox, quam sol in brumam decidens repraesentat. itemque quicquid singula signa zodiaci intercapedinis luci contulerint tantundem ⟨sole e contrario rutilante umbris noctis ignoscunt, quod utique undiqueuersum probat tantundem circulos sideraque distare mediamque esse tellurem. quod si congrue uidetur assertum, iam partes eius, quas ipsa permensa sum, perhibebo.

602
Orbis terrae in quinque zonas siue melius fasceas 196 *G*
dico pro rerum diuersitate discernitur, quarum tres intemperies multa contrariorum nimietate relegauit. nam duae quae axi utrique confines, algore inmenso et frigoribus occupatae, desertionis causas pruinis ninguentibus praebuere, media uero flammis atque anhelis ardoribus torridata propinquantes animantum amburit accessus, aliae autem duae uitalis aurae halitu temperatae habitationem animalibus indulserunt. quae quidem per totius rotun-⟩ditatem telluris incuruae tam supernum hemisphaerium quam inferius ambierunt. nam utique terra 603
duas sibi partes hemicycliorum quadam diuersitate dispescit id est unam habet supernatem, quam nos habitamus et ambit Oceanus, et aliam infernatem. sed haec superior

---

1 orarum *BR* || 2 *an* pomeridianarum *scribendum?* || 3 orologia *BR* || 8 quam *scripsi* cum *BR* || im B^1R || 9 zodiaci *b* zoziazi *BR* || intercapedinis *b* intercapedines *BR* || luci *b* loci *BR* || 10 e *om. B* || contraria B^1 || 14 perabebo *B* peribebo *b* peribeo *D* || 15 fascias *D sed cf. script. hist. Aug. I p. 246, 12 ed. Berol.* || 16 *ad* diuersitate *add.* al necessitate *b* || 17 a *post* multa *add. p* || religauit B^1 ligauit *D* || 19 dissertionis *D* || ningentibus *D* || 20 anelis *BD* || 22 alitu B^1D || teporibus *Heinsius in Burm. Ouidio II p. 234* temporibus *BR* || 24 emispherium *BR* || 26 emicycliorum *BR* || dispescit *Grotius* despicit *BR* (dispicit B^1) ||

initium habet a solari ortu, illa incohat a lucis occasu,
604 quem circulum Graeci horizonta perhibent. uerum quia
illae zonae uolubilitatem utriusque partis includunt, decem
utrimque circulo suo faciunt regiones, e quibus haec, quae
a nobis habitatur, est una atque ad aquilonem uersus et
septem triones ascendit, altera quae contrario ad meri-
diem atque austrum fertur, quam habitare illi aestimantur
605 qui uocantur ἀντοῖκοι. similiter ex infernatibus duae.
sed hi qui nobis obuersi antipodes memorantur, qui con-
tra illos quos ἀντοίκους diximus, ἀντίχθονες appellantur.
sed nos cum illis diuersitas temporum uelut quadam con-
trarietate discriminat. nam cum aestate torremur, illi
frigore contrahuntur; nam cum hic uer pubescit florenti-
bus pratis, illic edomita aestas teporibus autumnascit; hic
bruma, solstitium illic apparet; nobis Arctoa lumina spe-
606 ctare permissum, illis penitus denegatum. antipodes
autem nostri unum nobiscum tractum perferunt hiemis et
flagrantiam communis aestatis, sed noctem diuersam dies-
que contrarios; scilicet aestate nobis grandes dies proli-
xaeque hieme noctes, illis aestate grandes noctes pro-
197 G lixique hieme dies nobisque septemtrio conspicabilis
illos lateat sine fine. ita etiam his qui ἀντοῖκοι uocantur,
antipodes sui quattuor anni tempora nouere communia,
ac polum qui est ad austrum, antipodibus suis nobisque
607 penitus ignoratum soli suspiciunt. qui autem in media
fascea sunt, his cotidie ortus occasusque mutantur, et
supra quos sol est his citius exoritur tardiusque mersatur.
aequinoctiali autem tempore et oriens et occidens simi-
liter apparebit neque ulla astra sunt quae illorum obtuti-

---

1 incoat *BR* inchoat *r* || 2 orizontam *BR* orizontem *b* || 3 partes *R* || 4 utrique *R* || e *post* quae *add. p* || 10 ANTIkOYC *BR* || ANTIKTONEC *B* ANTIKONEC *R* || 11 *ad* illis *add.* ał ab *b* || 14 autumnescit *R* || 15 arcto *R* || 19 scilicet *scripsi* licet *BR* || nobis *om.* B^1R || 19 prolixasque *BR* *quod correxi* || 20 hyeme *om.* B^1R || illis aestate grandes noctes prolixosque (prolixique *scripsi*) hyeme dies *in marg. add. b om. BR* || 22 *ante* lateat *om.* illos B^1 illis *om.* R^1 || 23 *ad* antipodes *add.* q. *b* || *ad* suis *add.* ał nostris *b* || 25 *ad* soli *add.* illi *b* || suscipiunt *R* ||

bus denegentur, et quae una illis oriuntur, simul ueniunt
in occasum. ⟨hi dies cunctos pares suis noctibus intuen-
tur nec ullas meridiano die metiuntur umbras; eorumque
antipodes dies noctesque sub eadem longitudine patiuntur.
cum autem solstitii properantia peragendi per eosdem
transeat et iam brumam itidem sol reuertens similiter per
illos iter ducat et procul ab his utrimque secedat, du-
bium non est quin bis hiemem et secundo patiantur aesta-
tem; quibus cum ortus solis est, eorum antipodibus appa-
ret occasus. uerum illae duae regiones, quas fasceas item 608
dixi, quarum una uicinantis Plaustri algore crustatur, al-
tera transaustrini halitus desertione contrahitur, antipodas
proprios non habent sed ipsae sibi inuicem contraria fiunt
habitatione antipodes nullosque ortus siderum absque⟩
planetis utrimque nouerunt, quae quidem illis non supra
caput eunt sed de medio lateris oriuntur. stellae etiam
fixae caeli sex uidentur mensibus, sex itidem non appa-
rent, ortiuusque circulus aequinoctialis illis est, senaque
ex zodiaco signa conspiciunt. denique sex mensibus dies-
que noctesque patiuntur, ut utrisque poli axisque termini
supra uerticem uideantur. sed haec prior Septentrionis,
altera Canopi stellae inlustrata fulgore cetera non no-
uerunt.

Quarum regionum habitus prodidit doctissimus Py- 609
thagoras, sed ego ipsa peragraui, nequa mihi ignota ui- *198 G*
deretur portio superesse telluris. cuius terrae totius am-
bitus omnis plenusque circuitus, ut Romanorum dimen-
sione percenseam quicquid stadiorum supputatione me-
moraui, est in milibus passuum trecenties et quindecies
centenis: quo loco non puto transeundam opinationem
Ptolemaei in geographico opere memoratam. idem quippe 610
zodiaci tractum omnemque complexum trecentis sexa-

---

1 cum *ante* illis *add. r* || 6 in brumam *Grotius* || 12 alitus *B* .i. frigoris *add. b* || 14 antipodae B^1D || 17 *ante* uidentur *add.* eis *p* || 18 ortibusque B^1R || 19 zoziaco B^1R *quod deinceps non notabitur* || 24 habitus *BR* ał ambitus *add. b* || pytagoras *BR* || 26 habitus *BR* ał ambitus *add. b* || 30 centenis *b* centena *BR* || 31 ptolomei *BR* ||

ginta caeli partibus secat, quas singulas in telluris centrum ita aestimat peruenire, ut unius partis latitudo istic quingentorum stadiorum mensura tendatur, singula uero stadia centum uiginti quinque passibus explicata, quae octies millenos passus absoluunt, unde quingenta stadia, quae sunt partis unius, milia passuum colligunt sexaginta duo passusque quingentos. uerum illa stadia quingenta trecenties sexagies complicata faciunt semel milies octingentiesque centena; ex quibus milia passuum partitione praedicta collecta faciunt ducenties uicies quinquies centena. hoc de totius terrae globo oportuit intimari.

611 Ceterum eius longitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiae extremitate usque ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octies quinquies centena septuaginta septem milia sunt, sic ut etiam Artemidorus auctor asseruit. nam Isidorus nonagies octies dicit et decem et octo milia. uerum Artemidorus dimensioni praedictae adicit quicquid a Gadibus procurrit: nam per Sphenis frontem circuitu sacri promunturii ad aliud finale promunturium, quod Artabrum memoratur, procedere dicit terram in
612 ⟨nongenta nonaginta unum milia. quae dimensio item fieri compendiosior potest, si per maria quis uectus excurrat. nam a Gange fluuio ostioque eius, quo se in
199 G Eoum effundit oceanum, per Indiam Parthyenemque ad Myriandrum urbem Syriae in Issico sinu positam quin-

§ 611 ex Plinio II 242 || § 612 ex Plinio II 243

5 octies *Böttgerus in Iahnii arch. uol. XIII p. 612* octo *BR* || quingenta *B* quinquaginta *R* || 7 quingenta *B* quinquaginta *R* || 8 faciunt semel milies octingenties q; sescenta (sexcentena *R*) ex quibus *BR* faciunt milies octuagies centena ex quibus *b* || 9 (collecta praed. part. *R*[m]) || 12 orto *R* || 14 LXXX.LXVIII mill. pass. *Plinius* || 16 esiodorus *b* || et *B* || 18 sphenis *p* spinam *BR* || 19 promuntorii *b* promontorii *R* || promuntorium *B* promontorium *R* || 20 cartabrum *BR* cantabrum *b corr. p* || 21 nongenta nonaginta milia et unum mille *D* DCCCXCI *Plinius* || 23 hostioque *D* || 24 partyenemque *BD* || 25 my myrandum *B* myrandum *D* || siriae *B* ||

quagies bis quindecim milia. inde proxima nauigatione Cyprum insulam, Pataram Lyciae, Rhodum, Astypalaeam in Carpathio mari, item in insulam Taenarum Laconicae, inde Lilybaeum Siciliae et Caralim Sardiniae tricies quater quingenta milia. inde Gadibus quadragies bis quinquagena milia. quae mensura uniuersa ab eo mari efficit octogies quinquies septuaginta octo milia. potest item 613
aliud terra marique iter duci per Gangem Euphratemque fluuium Cappadociam Phrygiam per Aegeum pelagus et Laconicum mare itemque per sinus alios usque Peloponnesum Leucadem Corcyram, Acroceraunium Brundisium Romam Alpes et Gal-⟩liam per Pyrenaeos etiam montes in Oceanum uespertinum, Hispaniae oram traiectumque per Gades, et omnis mensura attestante Artemidoro assertionibus meis habet milia octogies sexies octoginta quinque. habetis longitudinem multipliciter memoratam.

Latitudo autem eius a meridiano situ in septentrionis 614
caput plurimum minor est. nam utrimque intemperati aëris nimietate contrahitur. eo accedit quod a septentrionis plaga Sarmatarum gens copiosaque barbaries accessum indagandae dimensionis excludit. attamen quicquid intrepida permeare quiuit excursio competenter admensum repertaque latitudo habitabilis terrae paene di-

---

§ 613 ex Plinio II 244 || § 614 et 615 ex Plinio II 245

---

2 pateram *BD* || licye *D* || rodum *BD* || astypaleam *B* astipaleam *D* || 3 carpatio *B* carpatheo *D* || insula *BD corr. Koppius* || tenarum *B* teneclarum al tenarium *b* teneclarum *D* || 4 lylibeum *BD* || sardiniae uiciens et semel CIII M pass. *Plinius* || trecies *D* || 5 *post* inde *add.* a *b* || Gadis duodeciens CL M pass. *Plinius* || 7 octoagies *D* || LXVIII *Plinius* || potestate *B* potest iter *b* || 8 iter duci *B* item duci *b* || gangen *b* || eufratemque *BD* || 9 cappadotiam *D* || frigiam *BD* || egeum *BD* || 10 peloponessum *BD* peloponnessum *b* || 11 leucadam *B* leocadam *D* || acrocerauniam *BD* || 12 pyreneos *BR* || 13 spaniae *BR* hispaniae *b* ispaniae *R* || 15 $\overline{\text{LXXXIX}}$.XXXXV *Plinius* || 18 utrique *R* || intemperanti aeris *BR* intemperania aeris *b corr. p* || 19 contraitur *B* || accidit *br* || 22 quiebit *B*[1] || ammensum *B*[1]*R* ||

615 midio minor quam dicta est collegisse longitudo. nam
colligitur in quinquagies quater centena sexaginta duo
milia, quippe a littore Aethiopici oceani, qua habitabilis
200 G primum est, ad Meroen, inde Alexandriam Rhodum Cni-
dum Coum Samum Chium Mitylenen Tenedum Sigeum-
que promunturium, os Ponti Carambim promunturium, os
Maeotidis, ostium Tanais praedicta dimensio comprobatur.
qui quidem cursus si per maria transeatur, in compen-
616 dium ducit milia sescenta septuaginta octo. huc usque
compertum progressum Artemidorus asseuerat sed Isido-
rus adiecit duodecies quinquaginta usque ad Thylen ulti-
mam tendi. quae quidem opinatio mihi uidetur incerta.
nam ipsi tantundem latitudinis inesse dico quantum longi-
tudinis comprehensum. neque enim cum rotundum tel-
luris orbem astructio superior ratioque monstrarit, impar
latus globo poterit prouenire.

Sed supra dicti scriptores aequabilem dixere tellu-
617 rem. rotunditatis autem ipsius circa extima circumfusus
ambit Oceanus, sicut nauigatus undique comprobatur.
nam a Gadibus per Hispaniae Galliarumque flexum occi-
618 dentalis plaga omnis hodieque nauigatur. dum autem
diuus Augustus classe Germaniam circumiret, septentrio-
nalem totum permeauit ⟨Oceanum. nam primum in
Cimbricum promunturium ueniens magno dehinc permenso
mari ad Scythicam plagam ac rigentes undas usque pene-

§ 616 ex Plinio II 246 || § 617 et 618 ex Plinio II 167

2 XLIIII.LXXXX milia *Plinius* || 3 litore *R* || etiopici *BR* ethiopici *b* || 4 rome nidum *B* rodum cnidum *b* rodum gnidum *R* || 5 chyum *B* || 6 promuntorium *b* promontorium *R* || promuntorium *b* promonturium *R* || 7 meotidis hostium *BR* || 8 qui cursus conpendiis maris breuior fieri potest LXXXIX milia *Plinius* || 9 sexcenta *R* || 10 esiodorus *b* || 11 duodeciens centena milia quinquaginta *Plinius* || tylen *BR* || 15 monstraret *R* || 17 aequabilem *scripsi* habitabilem *BR* || 18 circa *br* cir *BR* || 20 ispaniae *br* spaniae *BR* || 21 odieque *R* || 24 promuntorium *bD* || 25 sciticam *B* sciaticam *D* || agrigentes *D* ||

trauit. de confinio item ab orientis principio et Indico 619
mari pars, quae pergit in Caspium mare, a Macedonum
classibus remigata, dum Seleucus et Antiochus regnauis-
sent. palus uero Maeotica eiusdem sinus habetur Oceani.
item laeui lateris circumflua memorentur. ab ipsis ita- 620
que columnis Herculis, quae in Gaditano sunt litore con-
secratae, usque in Arabicum sinum meridianus omnis
permeatur Oceanus sic ut plurimis asseueratur exemplis.
nam eius maximam partem Magni Alexandri sulcauere 621
uictoriae. in eodem Arabico sinu constituto Gaio Caesare
Augusti filio, Hispanarum nauium naufragium et eiectae
fragmentorum reliquiae paruere.〉 item Hanno dum Pu- *201 G*
nicum floreret imperium Mauritaniae circuitu ac dehinc
meridiani flexus excursu in Arabiae terminos prolixa ad-
modum nauigatione peruenit. Cornelius auctor adfirmat
quendam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in
Gaditana peruenisse refugia. Caelius Antipater se homi-
nem uidisse confirmat, qui negotiationis ardore in Aethio-
piam ex Hispania nauigasset. idem Cornelius post captos
Indos per Germaniam nauigauit.

Ostensum puto ambitum superioris terrae permenso 622
in circulum mari undiquesecus nauigato. nunc ipsius
diuisionem terrae quantum patitur succincta insinuatio
memorabo. circulus omnis superae habitabilisque telluris
sic ut plerique testantur in tres partes est distributus: Eu-

---

§ 619 ex Plinio II 167 et 168 || § 620 et 621 ex Plinio II 168—170 || § 622 et 623 ex Plinio III 3

---

4 meotica *BD* || 6 literae *D* || 8 si *D* || 10 cesare *BD* || 11 spanarum *B* ispanarum *D* || 12 Hanno *p* annio *BR* || 13 maturianiae *R* || ac *p* hac *BR* || 16 eudoxium *R* || 18 ethio piam *BR* || 19 ispania *B* spania *R* isspania *r* || *an* posuit *pro* post *et* nauigasse *scribendum?* || captus *B*[1] || *M. haec Plinii uerba corrupit* idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri L. Afrani in consulatu conlegae sed tum Galliae proconsuli Indos a rege Sueuorum dono datos, qui ex India conmerci causa nauigantes tempestatibus essent in Germaniam abrepti || 22 nauigato *scripsi* nauigatum *BR* || 25 europem *R* ||

ropam, Asiam, Africamque. quarum primam atque ulti-
623 mam interruptio dispescit Oceani. nam Atlantici profundi ex Gaditano freto uis intersecans profunda telluris Lybicum Hibero latus abscidit et confestim se in propinqui maris fluenta diffudit. quippe a Gaditano ostio in ingressum interioris maris per longitudinem cursus uix quindecim passuum milia numerantur, latitudo uero, ubi angustior quinque, ubi diffusa septem, ubi prolixior decem milibus explicatur. hinc defluxere per diuersos sinus subsidentesque campos tot maria tot fragores et
624 quantum per diuersa aequora tumescit. undarum uero illa proruptio interfluentis Oceani laeua Europam facit, Lybiamque dextra, et montibus utrimque concluditur. nam ab Europa Calpe, Africa Abyla monte despicitur, qui utrimque prominentes dici columnae Herculis meruerunt, quod testimonio uetustatis laboris Herculei limes in illis sit consecratus, si quidem ultra eum progredi consumptae
625 telluris inuia prohibebant. denique etiam hoc de eius sacrae uirtutis possibilitate persuasum, quod, cum antea
202 G natura terris maria dispararet ac tantum cingi circuitu firmaret Oceani, montium praedictorum effossis <radicibus diuulsoque confinio camporum deuexis lacunisque terrarum improuisum pelagus in usum impigrae mortalitatis admisit permutans orbis faciem naturaeque discrimina.
626 hoc igitur freto laeuorsum Europa distenditur usque in Tanais fluminis gurgitem, a quo incohans Asia Nili itidem alueo limitatur. qui quidem Nilus eandem Africamque disrumpens telluris complexum intersecat multitudine fluuiorum. Europam tamen terminari Propontidis faucibus

§ 624 ex Plinio III 4

2 dispicit *R et corr. in* dispescit *B* (dissicit *supra add. b*) athlantici *B* athalentici *R* || 5 diffundit *B* || hostio *BR* in *B* || 10 flagores B^1 || 13 libiamque *B* lymbiamque *R* 14 alpe B_1 || Abyla *p* ab aetna *BR* || dispicitur B^1R || 20 disperar et B^1R^1 || 23 inmortalitatis *D* || 26 incoans *B* inchoans *bD* || 28 complexu *B* || intersecans B^1D ||

dixere quam plurimi, quae Propontis per angusta descendens ad Maeotidem quoque perfertur.

Europae tamen principium incohamentique limen 627 Hispaniae contributum fertili frugum opimaeque prouinciae, metallorum aurique fetura minii marmoris gemma⟩rumque muneribus praedicandae. quae quidem, quod Iberi fluminis interriuata tractu, amnis sui meruit cognomentum. cuius illa portio, quae Atlantico confinis oceano in Gaditani freti litus excurrit, Baetica perhibetur etiam ipsa uocabulum proprii fluminis nuncupatione sortita, quae ab Vrcitano fine, qua citerior meat, Tarraconensis dicitur a Tarraconensi urbe, quam Scipiones condidere. nam Poeni fundauere Carthaginem conditas ubicumque urbes amico sibi nomine praesignantes. sed praedictum 628 latus a Pyrenaei iugis in aliam prouinciam dissecatur, si quidem Baeticae a septentrionali confinio Lusitania sociatur, cui nomen fabula a lusu Liberi patris uel cum eo bacchantium sociauit. haec quoque cognomini fluuio permeatur, licet eam Tagus quoque arenis inlustret auratis. Olisipone illic oppidum ab Vlixe conditum ferunt, ex cuius 629 nomine promunturium, quod maria terrasque distinguit. nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicum et facies septentrionalis Oceani, Atlanticus uero et occiduus terminatur Oceanus, qui tum Hispaniae limitatur excursibus. in eius quoque confinio equarum fetura uentis maritanti- *203 G*

---

§ 627 ex Solino p. 115, 19 sq. et 117, 4 ed. Momms. || § 628 ex Plinio III 8 et Solino p. 116, 20 || § 629 ex Solino p. 116, 14 116, 19 117, 1

---

1 discendens B^1D || 3 incoamentique *B* inchoamentique *D* || lymen *D* || 4 spaniae *BD* ispaniae *b* || 5 factura *B* faetura *b* || minii *Vulc.* miri *BD* || marmoris *bD* arboris *B* || 8 athlantico *BR* || 9 betica *BR* || 11 urcitano *B* rucitano *b* urticano *R* || terraconensi *B* || 12 terraconensi *R* || 13 cartaginem *BR* || 15 pyrenei *BR* || 18 bachantium *BR* || 20 solissipone *BR* olisipone *b* || 21 promuntorium *b* promonturium *R* || 23 septentrionales *R* || athlanticus *B* athalenticus *R* || 24 spaniae *BR* ispaniae *b* || 25 miritantibus B^1 mirantibus *R* maritantibus bR^m ||

bus inolescit uolucres proli cursus, ipso spirante Fauonio.
uerum Baetica cunctas ubertate fecunditatis prouincias
630 anteuenit. quae quidem habet iuridicos conuentus duo,
Gaditanum Cordubensem, oppida centum septuaginta
631 quinque habitantium multitudine frequentata. eadem
uero longitudinis dimensione distenditur a Castulonis op-
pidi fine in Gaditanum oppidum, ducentis quinquaginta
milibus amplior aestimatur; latitudo quoque in ducenta
632 uiginti quattuor milia excurrit. at uniuersa prouincia
habet conuentus septem Carthaginensem Tarraconensem
Caesaraugustanum Cluniensem Asturum Lucensem Bra-
carum, ciuitates uero praeter insulas atque aliis contribu-
tas ducentas nonaginta quattuor tota complexione dinu-
merat. tenditur autem per longi-<tudinem quantum
Agrippa dinumerat milibus quadringentis septuaginta
quinque, latitudine ducentis uiginti quattuor, cum fines
Carthaginem usque protenderet, quae opinio Agrippae
633 non exiguum admittit errorem. nam Hispania omnis ci-
terior a Pyrenaeo in Castulonis finem per sescenta septem
milia longitudinem protrahit, cuius ora paulo amplior ae-
stimatur, latitudo autem a Tarracone ad litus Iarsonis
trecentis septem milibus inuenitur, a radicibus Pyrenaei,
ubi utriusque maris propinquitate concluditur. nam pau-
latim diffusior adiacet in latitudinis excrementum.

634 Idem igitur Pyrenaeus ex alio latere Galliarum fini-

§ 630 ex Plinio III 7 || § 631 ex Plinio III 17 || § 632 ex Plinio III 18 et 16 || § 633 ex Plinio III 29

1 et *post* inolescit *add. b* || poli B^1 || 6 oppido *BR corr. p* || 9 CCXXXIV M. p. *Plinius* || 10 cartaginiensem *b* || terraconensem *R* || 11 lucrensem *BR corr. Vulcanius* || 12 alias *b* || 13 *numerum potius esse earum quae aliis contribuebantur Koppius adnotauit* || 15 agryppa *BR* || septuaginta *BD* at LX *add. b* || 16 latitudinem CCLVII M *Plinius* || 17 cartaginem *D* || 18 spina *B* hispinia *b* spania *D* || 19 pyreneo *BD quod deinceps non notabitur* || sexcenta *b* || 20 longitudine *D* || protrait B^1 || 21 iarsolis *b* gersonis *D* Olarsonis *Plinius* || 24 adicit B^1D ||

bus admouetur, a cuius radicibus quicquid interiacet usque Rhenum et item inter Oceanum et montes〉 Gebennam et Iuram, Gallicis regionibus attributum. Narbonensis autem prouincia appellatur, quae interno mari alluitur; haec Bracata antea dicebatur, quae ab Italia iugis Alpium atque amne Varo discernitur, cuius longitudo, sic ut Agrippa dimensus, trecenta septuaginta milia pas- 204 G suum, latitudo autem ducenta quadraginta octo. in hac 635 prouincia Rhodanus fluuius ex Alpibus ueniens per Lemannum lacum meat, et causas fertilitatis importat terrae germinibus ac fecundis, cuius ora diuersis nominibus appellata. nam Hispaniense unum, alterum Metapinum, tertium, quo plenior meat, Massilioticum nuncupatur. prouincia uiris oppidis frugibus memoranda unoque transcurrenda piaculo, quod illic fas fuerat hostias humani generis immolare.

Sed post Alpium montes, qua facies prominentis 636 naturae ortiui solis inluminatione perfunditur, inchoat ac descendit Italia longe ante alias omnes laudibus ueterum in urbis Romae gratia praedicanda. cuius principium 637 Ligures tenent, dehinc quae ubertate soli sacrata occupauit Etruria regio, tam indigetis Aeneae foedere quam remediorum origine atque ipsius Tagetis exaratione celebrata. Vmbri mox Latiumque atque ostia Tiberina dehincque ipsa caput gentium Roma armis uiris sacrisque, quam diu uiguit, caeliferis laudibus conferenda. haec a mari sedecim passuum milibus disparatur. dehinc litus 638 in Vulscorum nomen sortemque concessit. mox Campania

---

§ 634 ex Plinio IIII 105, III 31 et 37 || § 635 ex Plinio III 33 et Solino p. 111, 12 || § 636—638 Plinii III 38 ratione habita sed multis de suo admixtis conscripsit

---

1 ammouetur *B* || 2 renum *D* || gaebennam *R* gebennam *B* gehennam *b* || 3 et Iuram *p* et duris *BR* eduris *b* || 7 agryppa *BR* || 12 spaniense *B* ispaniense *b* spaniensem *R* ispaniensem *r* || Metapinum *p* etapinum *BR* alpinum *br* || 22 indigitis *B*[1] || 24 hostia *RR* ||

Picentesque ac Lucanum latus Bruttiumque coniungitur. cuius promunturium in meridiem austrumque respectans in mare procurrit laeuaque alia interioris sinus fluenta complectitur, ut si a primis Alpibus dextrum latus et prolixi montis brachium contempleris, prominentias utrimque componens theatrum quoddam spectare uidearis undarum. lunata quippe et quodam hemicyclio in promunturium memoratum circumfertur Italia; denique ab ipsis Gadibus, qua se fauces freti interfluentis aperiunt, in Bruttium sinum, qui est ⟨primus Europae, emissa maria conquie-
639 scunt. interior uero tellus, quae in superum mare Boreamque profertur, Graeciae ora, Sallentinis Pediculis
205 G Apulis Pelignis Istris Liburnis et ceteris populis obscurioribus habitatur. laeuorsum quoque se flectit et item duobus promunturiis peltae Amazonicae formam reddit, dextro cornu Leucopetram tendens, laeuo Lacinium. unde cum longa sit ab Alpibus Praetoriae Augustae per urbem Capuam et Rhegium oppidum absque recuruo flexu decies centena et uiginti milia passuum, nusquam uero trecenta milia latitudo eius excedit. a solo igitur Italico Liburnia Istriaque discretae sunt centenis milibus passuum, quod ab Epiro et Illyrico quinquaginta, ab Africa intra ducenta milia, ut Varro commemorat, ab Sardinia centum uiginti, a Sicilia mille⟩ quingenta, a Corsica minus octo-
640 ginta milia, ab Issa quinquaginta. uerum omnis Italiae circuitus tenditur uicies centena quadraginta nouem milia. eius umbilicus in agro dicitur Reatino. angustior pluri-

§ 639 ex Plinio III 38, 43, 45 || § 640 ex Solino p. 40, 18—19 et 17 et 15—16 p. 41, 3—11

1 ad *b* || bryttiumque *B* || 2 promuturium *B* promuntorium *b* || 5 bracchium *B* || 7 emiciclio *B* emicycilio *R* || promuntorium *b* || 9 bryttium *BR* || 12 gratiae *D* ab *add. d* || salentinis *D* || 13 apulisque *b* || 15 promuturiis *B* promuntoriis *bD* || pelthae *B* || 16 leocopetram B^1D || 17 Praetoriae Augustae *Vulc.* praetoribus augustae *BD* al praetoriis augustis *b* || 18 regium *BD* || 22 affrica *omisso* intra *D* || 24 quingentis B^1R || corcyra B^1R || 26 uicies quadragies nouies centena *codd. Solini* ||

mum est ad portum, quem Hannibalis castra dicunt: nam uix ibi centum triginta milibus passuum lata est. uerum Italia etiam Pado flumine memoranda, quem Graecia dixit Eridanum. hunc amnem mons Vesulus inter montes Alpium elatior gignit fonte mirabili, qui in Ligurum finibus flumen creat, ac dehinc fluuius mersus in penita telluris in parte agri Vibonensis emergit. canis ortu diffusior: nam solutis Alpium niuibus flagrantia solis aestiui exuberat ultra gurgitis ripas nullique gloriae nobilium amnium cedens triginta receptis fluminibus Adriaticum mare magna opimus granditate perfundit. cetera Italiae memoranda 641
nec poetae tacent, ut Scyllaeum oppidum cum Crataeide flumine, quae Scyllae mater fuit, Charybdisque uoraginem ac uertiginem tortuosam; Paestana rosaria, scopulos Sirenarum. in Campaniae amoenis antiquitus nemora. Phlegraei dehinc campi, habitatioque Circeia Terracina, prius insula, nunc con*tinenti* iuncta, Rheginique ab Sicilia continenti separati, atque in compensationem conexae telluris in insulam relegati, Formiae etiam Laestrygonum habitatione famosae.

Hoc loco possem etiam urbium percurrere condito- *206 G* 642
res, ut a Iano Ianiculum, a Saturno Latium, a Danae Ardeam, ab Hercule Pompeios, cum boum pompam duceret Hiberorum. ex cuius laboribus in Liguria campi Lapi-

---

§ 641 maximam partem ex Solino p. 39, 20 — 40, 7 || § 642 ex Solino p. 34, 7—14 et p. 35, 3 et 5, 9—10 et p. 36, 1—6 et 7—8

---

2 *aut* XL *aut* CCCC *codd. Solini* centum triginta milibus *BR* || 3 memorandā *R* || 5 gygnit *BR* || 6 hac *B* || 7 bibonensis *BR* || 8 solitis *B*¹ || nubibus *B*¹ || 12 scyllaeum *b* syllaetum *B* sylleum *R* || grateide *BR* || 13 carybdisque *B* carypdisque *R* || 14 pestana *bR* pertana *B* || riosaria *B*¹ || 15 nemora *D* numera *BR* nunera *b* || hinc Campaniae amoenissimi tractus *Salmasius* || flegrei *BR* || 17 continenti iuncta *scripsi ex Solino* cogiuncta *B* coniuncta *bR* || reginique *B* regnique *R* || 19 furmiae *b* || lestrygonum *R* lestrigonum *B* || 23 herculae *B* || Herculanium ad radicem Vesuuii a quo haud procul *add. p post* Hercule ||

darii sunt appellati, quod eodem dimicante saxis ferunt pluisse caelum. idem etiam Ionio nomen dedit. nam Ionem Autocli filiam obsidentem uias latrocinaliter interemit. Iapygas Iapyx Daedali filius condidit, Coram Dardanus, Agyllinam Pelasgi, Tibur Catillus praefectus classis Euandriae. Parthenope dicta ab Sirenis sepulchro hoc nomine uocitata, quae nunc Neapolis appellatur. Praeneste ab Vlixis nepote Praeneste, licet alii uelint Caeculum conditorem, quem pignus ⟨asserunt fuisse flammarum. Arpos et Beneuentum Diomedes, Patauium Antenor, Pylii Metapontum condidere. sed nihili mea interest origines urbium perscrutari.

643 Nunc quoniam continentis terrae limes interfluentis freti coercitione distinguitur, non alienum est inter fluenta emergentes terras, quae quod in salo sint insulae uocitantur, praesertimque nobiles commonere. neque enim morosa debet esse percursio. transeo itaque Pityussas a silua pinea memoratas, quae nunc Ebusus appellatur, in confinio Carthaginis nouae, Baleares etiam duas, Colubrariam, et quas Gymnasias Graeci dicunt, uel Caprariam naufragalem. in Galliae quoque ora in Rhodani ostio Metina, mox quae Blascorum uocatur, et tres Stichades, quarum haec sunt nomina singularum: Prote, Mese [secunda]⟩ *uel* Pomponiana, tertia Hypaea; ceterasque exiguas
644 aduersum Antipolim. in Ligustico autem mari est Cor-

§ 643 ex Plinio III 76—79 || § 644 ex Plinio III 80—83

4 ΥαΡΥΧ dedali *BR* || 5 agyllam agellan agillinam *codd. Solini* || 6 partenope *B* || 8 praesente *B*'*R* || ceculum *BR* || 11 Pylii *p* fylli *B* psylli *b* pheli *D* || morigines *D* || 14 coercitātione *D* || 17 percussio *b* || pytiessas *B* pytieshas *b* pytyesses *D* || 18 ebusias *D* || 19 cartaginis *D* || 20 capraliam *BD* || 21 rodani *BD* || hostio *B* || mitina *D* midma (d *in ras.*) *B* || 22 uascorum *BD* euasconum *b* || sticades *D* stycades *B* || 23 Prote Mese *ex Plinio Wesselingius* protemes*** *B* temesto prima *b* prima temistho *D* prima Themista *p* || *ad exemplum Plinii* secunda *deleui et* uel *addidi* || 24 pomponiona *B* || tertya *B* || ypea *B* ypeia *b* ypera *R* ||

sica, quam Graeci Cyrnon appellauere, longa centum
quinquaginta milibus passuum, lata quinquaginta. circu-
mitus eius omnis distenditur milibus trecentis uiginti *207 G*
quinque. habet ciuitates triginta tres. sita autem citra
est Oglasa, intra in sexagesimo Corsicae Planasia, fallax
nauigantium mentiensque propinquitas. Vrgo item et
Capraria, quam Aegilion Graeci dixerunt. item Igilium
Dianium. item Columbaria Veneria. item ultra Tiberina
ostia in Antiano Palmaria Sinonia et in Formiano Pontiae,
Pandataria Prochyta, Abaeneria Inarime a Graecis dicta,
Pithecusa, et Megaris etiam in Neapolitano. a Surrento
in octauo miliario Capreae. item Leucothea. iam Afri- 645
cum mare spectans a Corsica in octauo Sardinia est, in
quo angusto freto sunt paruae insulae, quae Cunicülariae
perhibentur, item Pintonis et Fossae. uerum Sardinia a
Sardo filio Herculis appellata habet formam humanae
plantae. denique Sandaliotes est appellata et Ichnusa,
quod utrumque uestigii formam significat. uerum ab
oriente centum octoginta octo milibus patet, ab occidente
centum septuaginta quinque, a meridie septuaginta se-
ptem, a septemtrione centum uiginti quinque milia. habet
a Gorditano promunturio insulas duas, quae Herculis me-
morantur, a Sulcensi Enusin, a Caralitano Ficariam [Ga-

---

§ 645 ex Plinio III 83 (Solino p. 50, 15?) et 85 et 84 (Galatam ex Plinio III 92 assumpsit)

---

2 milia *ante* circumitus (circuitus *b*) *add. b* || 3 ostenditur *R* || 4 sita autem citra est Oglasa (oclisa *BR* oclifa *b*) intra *Grotius* Stipa autem citra est, O. infra *p* || 6 argo *BR* || 7 elegion *BR* egian *b* || elegium *B* eligium *R* egilium *b* || 9 hostia *b* || antino *Rb* antina *B* || 10 pantatoria *BR* || procyta *R* procita *B* prochita *b* || abeneria *BR* abueneria *b* ab Aenaria *Plinius cf. Koppius* || 11 pitecusa *BR* pytagussa ł pyteguas *b* || assurento *B* surento *R* || 12 *ad* octauo *add.* atacio *b* || leocotea *BR* leucotea *b* || iam *BR* in *b* || 13 cursica B^1R || 14 conicülariae *BR* || 15 Phintonis et Fossae *Plinius* Pythonis fossae *coni. Grotius* || 17 ignosa *BR* signosa *b* || 22 corditano *BR* || promunctorio *b* || 23 ficaria *BR* figariam *b* || Galatamque *deleuit Lüdeckius cf. ad § 648* ||

latamque.] quidam item non longe Balaridas dicunt et Callode et Heras lutra. contra Paestanum Leucasia est a Sirene ibi sepulta nominata. contra Veliam Oenotrides. contra Vibonem Ithacesiae ab Vlixis specula dictae.

646 Hinc Sicilia memoranda, quae a Thucydide Sicania, a multis Trinacria perhibetur. Sicania a Sicano rege, qui cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit. dehinc Siculus Neptuni filius, a quo nomen eidem commutatum. nam Trinacria, quod tribus promunturiis triangula censeatur. quippe unum, quod a
208 G Pachyno in Peloponnensum in meridiem uersum spectat, quadringentis quadraginta milibus a Graecia disparatur. Pelorias autem occasum Italiamque inspicit, quae freto ⟨mille quingentis passibus separatur; Lilybaeum Africae fines uidet in centum octoginta milibus. ipsa autem promunturia inter se terreno itinere disparantur sic: a Peloro Pachynum milia centum septuaginta sex, inde Lilybaeum ducenta, inde Pelorum centum quadraginta tria.
647 coloniae in Sicilia quinque, urbes sexaginta tres, fluuii fontesque quam plures ac montis Aetnae miracula noctibus totis uomentis incendia. cuius crater stadiis uiginti patens fauilla Taurominium Catinamque respergit magno

§ 646 ex Plinio III 86 Solino p. 54, 4 sq. Plinio III 86 et 87 || § 647 ex Plinio III 88

1 leberidas *BR* liberidas *b* || 2 gallode *BR* || praestanum *BR* || sinum *post* Paestanum *ex Plinio add. Lüdeckius* || leugasia B^1 || 3 beliam *B* belliam *R* || 4 bibonem *BD* || itacaesiae *BR* itacaessiae *b* || 5 tucydide *R* tucidide *B* tuchidide *b* || 7 hiberica *BR* || trogana B^1 || 9 promuntoriis *B* promonturiis *R* || 11 pacyno B^1R || peloponnessum *b cf. p. 221, 10 et 17* || 13 a *post* quae *add. b* || freto mille quingentorum passuum *coni. Koppius* XV M in longitudinem freto, in latitudinem autem MD p. *Plinius III 86* || 14 lylibeum *B* lylybeum *D* || 15 promunctoria *b* promuntoria *D* || 17 ad *post* Peloro *add. b* || pacynum B^1D || CLXXXVI M p. *Plinius* || lylibeum *B* lilibeum *D* || 18 CLXX *Plinius* || 20 aethnae *b* etne *D* || 21 crater *BD* atra *b* || 22 fauillam B^1D || tauromenium *b* ||

strepitu mugiens et inmensos fragores intonans obluctatione flammarum. in Siculo etiam freto insulas esse non 648 dubium est. Africam uersus Gaulos, Melita a Camarina in milibus octoginta octo, a Lilybaeo in centum tredecim, Consura Hieronesos Coene *Galata* Lopadusa〉 Aethusa, quam alii Aegusam dixere, et ceterae. sunt aliae citra Siciliam: ex aduerso Metauri amnis in uicesimo quinto ab Italia septem Aeoliae, appellatae a nostris Vulcaniae, cum diuersis nominibus prima dicitur Lipara, secunda Therasia, tertia Strongyle, in qua Aeolus regnasse fertur et e flamma in proximo prorumpente uel eius fumo qui uentus flaturus esset intellexisse, quod hodieque eius loci incolas certum est praesentire. quarta uero insula est Didyme, quinta Ericusa, sexta Phoenicusa, ultima Euonymos.

Hic primus Europae sinus Ausonii maris patet nona- 649 ginta sex milibus, quique tres sinus habet. Italiae frons incipit, quae Magna Graecia appellata est, ubi amnium et oppidorum copia. ac tunc portus, qui Hannibalis castra dicuntur, ubi latitudo Italiae uiginti solis milibus aestimatur.

Dehinc a Lacinio promunturio secundus incipit sinus 650 *209 G*
Europae magno ambitu flexus et Acroceraunio Epiri terminatur promunturio, a quo abest octoginta quinque milibus

---

§ 648 ex Plinio III 92—94 || § 649 ex Plinio III 95 || § 650 ex Plinio III 97, 100, 150, 151

---

3 gaulo *BD* || meleta *B* melata *D* || ac marina a lylibeo (*ita B* lilbeo *D*) in milibus octoginta octo consura (censura *b*) in centum tredecim *BD corr. ex Plinio p* || 4 milibus *post* tredecim *add. b* || 5 eronesros *B* herohesros *D* || cene *b* || Galata *ex Plinio add. Lüdeckius cf. ad* § *645* || lampadusa *BD* || astusa *BR* || 7 uiginti quinque milia ab *R* || 8 apellatae *BR* || 9 diuīsis *B* || terasia *B* terrasia *R* || 10 strongile *B* || 13 dydime *B* || 14 erepusa *BR* || foenicus *R* fenicus *B* phoenicos *b* || donymos *BR* || 15 ausoni B^1R || LXXXVI M p. *Plinius* || 17 appellatur *b* || 18 locus *BR* portus *b* || annibalis B^1R^1 || 19 quadraginta solis *BR* CXXX solis *b* || 21 promuntorio *b* promonturio *R* || 22 terminantur B^1 || 23 promonturio *R* || LXXV M p. *Plinius* ||

oppidum Crotona. ex hinc propter oppida sinusque quam plures in mare Italia plurimum pergens in Hydruntum urbem uenit, ubi superum inferumque mare decem et nouem milibus disparatur, unde in Graeciam breuissimus transitus. ac dehinc Italia per populos sinus urbes fluuios montes barbarosque quam plures ducitur in fines Illyrici, cuius a flumine Arsia ad flumen Drinium longitudo pergit quingenta quinqua milia, a Drinio ad promunturium Acroceraunium centum septuaginta quinque milia. ora Illyrici habet insulas ultra mille.

651 Tertius autem Europae sinus Acrocerauniis inchoans montibus Hellesponto terminatur, ac sinus habet decem et nouem, prouinciasque quam plures. nam ibi sunt Epirus Acarnania Aetolia Phocis Locris Achaia Messenia Laconia Argolis Megaris Attice Boetia. item ab alio latere alioque mari Phocis et Locris Doris Phthiotis Thessalia Magnesia Macedonia Thracia Graecia omnis. Epiros autem incipit Acrocerauniis montibus, in qua primi Chaones, ⟨a quibus dicta Chaonia. deinde mons Pindus, Dryopesque Molossique Dodonaei Iouis fano inclyto celebrati. a tergo inter ceteros populos Ponto iunguntur Maesia ac Maedia. Thraces usque ad Pontum. Rhodopae mox et

§ 651 ex Plinio IIII 1—8

1 oppida *B* || 2 primum *b* || foruntum *B* fodruntum *R* || 3 decennouem *B* decem et nouem *b* decen et nouem *R* || 7 yllirici *B* yllyrici *R* || farsia *r* || 8 DXXX M *Plinius* || drino *BR* || promuntorium *B* promonturium *R* || 10 hora *B*¹*R* || inlyrici *B*¹*R* || 11 acroceraunis *R* || 12 elesponto *B* ellesponto *bR* || 13 et *om.* *B*¹*R* || 14 epyrus acarnia *BR* || etholia *B* aetholia *R* || focis *BR* || locis *B*¹*R* || agaia *B* achaia *b* acaia *R* || 15 laconiaca *post* laconia *add.* *BRD* (laconiana *b*) || beotia *B*¹ *sed (cf. p. 221, 16 et 222, 12 et Salm. ad script. hist. Aug. II p. 222 ed. Hack.* || 16 alio quoque *b* || focis *BR* || lucris *R* || dori thiotis *BR* || tessalia magnaesia *BR* || 17 tracia *BR* || epirus *b* || 18 acroceraunis *R* acerauniis *B* || caones *B*¹*R* || 19 caonia *BD* || triopesque *D* || 20 mollossique *B* molosique *b* inolosique *D* || dodonei *BD* dodoneique *b* || inclito *D* || 21 ponte *B* sponte *b* || iugitur *D* || moesia *BD* || 22 media *BD* || traces *BD* || rodopae *B* rodope *bD* ||

Haemi uidetur excelsitas. tunc colonia Buthrotum. Ambracius sinus faucibus angustis aequor accipiens, in quod defertur amnis Acheron infernae fabulae errore famosus. post aliquot gentes etiam Actium colonia cum Apollinis templo, ex quo ipsi quoque deo additum cognomentum, ciuitasque Nicopolitana. egressos sinu Ambracio in Io- *210 G* nium excipit diuersitas populorum Aetolique, apud quos inter ceteras urbes oppidum in confinio maris nomine Calydon Diomedis Tydeique progeneratione notissimum. dehinc⟩ influens sinus Aetoliam ac Peloponnensum diuidit. mox in Acarnania Aracynthus, in Aetolia Ozolei, apud quos oppidum Oeanthe, in quo portus Apollinis. tunc deinde in Phocidis campis oppidum Cirrha, portus Caleon, a quo in septem milibus passuum introrsus oppidum Delphos sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis. fons ibi Castalius. deinde in intimo sinu angulus Boetiae montem Heliconem iuxta. Peloponnensus paene insula 652 inter duo maria Aegaeum et Ionium angulosos recessus obducens, in circuitu habens quingenta sexaginta tria milia passuum, et per sinus paene tantundem. angustiae, unde procedit, Isthmos appellatur. in quinque milibus passuum diuersa maria utrimque conlidunt ac latera meatus arradunt. in medio hoc interuallo, quod Isthmon appellaui, colonia est Corinthus, sexagenis ab utroque litore

---

§ 652 ex Plinio IIII 9—12, 23

---

1 emi *B* hemi *bD* ‖ coloniam *b* ‖ butrotum *BD* ‖ ambrachius *B* ambrocius *D* ‖ 2 sirus *D* ‖ quo *p* ‖ 3 aceron *B*^{1}*D* ‖ 4 aliquod *B*^{1}*D* ‖ accium *D* ‖ 6 egressos *D* egressis *B* egresso *b* ‖ ambrachio *b* ambrocio *D* ‖ 7 Aetolique *Koppius* et oblique *BD* ‖ 8 calidon *BD* ‖ notissimus *D* ‖ 10 aetholiam *R* etoliam *D* ‖ peloponnessum *bR* ‖ 11 acarnia *B* carnia *R* ‖ araquintus *B* arachintus *b* aracintus *R* ‖ eotalia *B* etolia *b* aetholia *R* ‖ azolei *B* azoeli *R* ‖ 12 teante *BR* ‖ 13 focidis *BR* ‖ cirra *BR* ‖ celeona *BR* Chalaeon *Plinius* ‖ delphus *R* ‖ 16 *de* boetiae *cf. ad p. 220, 15* ‖ 17 eliconem *BR* ‖ peloponnessum *bR* ‖ 11 egeum *BR* ‖ 19 quinquaginta *R*^{1} ‖ tria *om.* *R* ‖ 20 pene *BR* ‖ 21 hismos *BR* ‖ 23 bismon *BR* histmon *b* ‖ 24 chorinthus *R* ‖ littore *B* ‖

stadiis, a summa arce, quae dicitur Acrocorinthos, utrumque mare prospectans. ab Isthmo autem Achaiae prouinciae nomen incipit, quae ante Aegialos uocabatur, propter urbes in litore per ordinem constitutas. ibi quam plures sinus portus montes urbes et populi. ab ipsius Isthmou angustiis Hellas incipit, a nostris Graecia dicta.
653 in ea prima Attice antiquitus Acte uocitata contingit Isthmum sui parte Megaris dicta, in ora autem portus, cui nomen Scironia saxa*, [uiginti] sex longitudine, latitudine quinque milibus passuum Myrtoo recedentibus Athenae atque Attica. fontes ibi multi, inter quos Callirhoe praedicatur. nec Athenis cedunt Boetiae, in quis Epicrene, Arethusa Hippocrene Aganippe Gargaphie. post oppida montes populique quam plures.

654 Sequitur Aemonia, cuius a tergo mons Oeta, eaque
211 G etiam Thessalia nuncupatur. ibi natus rex nomine Graecus, a quo Graecia dicta. ibi Hellen, a quo Hellenes appellati. in Thessalia montes notissimi Olympus Pelius Ossa, cuius ex aduerso Pindus et Othrys Lapitharum sedes occasum uerticibus intuentes. nam ortum Pelius uidet. hi omnes montes theatrali more curuantur, ante quos septuaginta quinque urbes sunt memorandae. Thessaliae

---

§ 653 ex Plinio IIII 23—25 || § 654 ex Plinio IIII 28, 30, 32 et Solino p. 69, 17 (sed cf. Mommsenus)

---

1 estadís *RB* estadiss *b* || agrocorinthos *R* agrocorintos *B* acrocorintos *b* || 2 hismo *BR* histmo *b* || acaiae *BR* || egialos *B* eialos *R* || 5 popli *B*¹*R* || 6 isthmou *Grotius* hismos *R* mos *B* ismos *b* || ellas *BR* || graeciae *B*¹*R* || 7 atice *R* || atte *BR* || hismum *BR* || 8 sui partem megatitana in ora *R* megatitana sui parte (partem *B*¹) *B* || 9 XX *ex antecedenti* saxa *ortum deleui:* VI *Plinius* || *Plinii sententiam male contractam pessum dedit Martianus* || latitudine *om. B add. R*ᵐ || 10 myrto *B* myro *R* myrote mare *r* || athaenae *B* || 11 atticae *B* || 12 quibus *b* || 13 aretusa *B* || ippocrene *BR* || gargani *BR* || 14 populusque *B*¹*R* || 15 emonia *BR* || 16 tessalia *BR* || 17 elles *BR* || ellenes *BR* || 18 thesalia *BR* || pierius *R et corr. in* pelius *B* ał pierius *add. b* || 19 otris *B* otrys *R* || lapidarum *B* lapitarum *b* laphitarum *R* || 21 hii *b* ||

uicina Magnesia, cuius fons est Libethris ⟨poetici haustus nomine celebratus. longitudo Thessaliae habet milia quadringenta nonaginta, latitudo ducenta nonaginta septem.

Macedonia postea centum quinquaginta populorum 655 maximis regibus inclita praesertimque Alexandro, qui Philippo cum natus crederetur, eius mater Olympias dracone eum conceptum esse memorabat. uictor orbis: nam easdem peragrationis et uictoriae metas habuit quas Liber et Hercules. haec tamen Macedonia populos, qui Edonii dicebantur totamque Mygdoniam Pieriam Emathiamque recepit in nomen. haec in Thracium limitem terminum ducit. a meridie Epirotis habitatur, a uespera a Dardanis et Illyriis, a septentrione Paphlagonia ac Paeonia. inter ipsam et Thraciam amnis Strymon pro limite est ab Haemi montis uertice defluens. in ea Rhodope, quem⟩ Mycdonium asserunt montem, et Athos abscissus a continenti Xerxe uiribus utente Persarum, et Orestidem terram, ab Orestis et Hermionis filio quam uocitari non dubium est. ibi Phlegra nunc ciuitas, tunc Gigantum proeliorumque immanium temeritate famosa. quae sola etiam diluuio

§ 655 ex Plinio IIII 33 et Solino p. 73, 20—p. 74, 6 p. 69, 19 — p. 71, 18

1 magnaesia *B* || libetris *BR* || poeteci *B*[1]*D* || austus *B* || 2 thesaliae *D* || quadraginta *B*[1] || 3 latitudo CCLXXXVII milium *Plinius* || 5 inclyta *B* || 6 a philippo *b* || olimpias *BD* || draconeum *BD* || 10 micdoniam *B et corr. ex* macedoniam *D* || ematiamque *B* emathiamque *b* emiatiamque *D* || 11 recepit *BD* recipit *b* || tractum *B* tracium *bR* || 12 meridiana epirotis *corr. in* meridiae ab epirotis *B: deinde ante* meridiae *add.* a *et supra scripsit* ał meridiana p'rotis *b* meridie epirotis *D* || 13 inliriis *B* illiriis *bD* || septemtrione *B* || paplagonia *B* paflagonia *bD* Pelagonia *Solinus cf. Valesius ad Amm. Marc. XXVII 12, 9* || poenia *BD* peonia *b* || 14 tratiam *D* traciam *B* || strimon *D* || aemi *D* emi *B* || 15 rodope *B* || mycdonium *R* micdonium *B* Mygdonum *Solinus* || 16 atos *B*[1] || abscisus *BR* || 17 serxe *BR* xerxe *b* erse *r* || orestidam *B*[1] *(accusatiuus apud Solinum p. 70, 14 est)* || hermioni *B*[1] || *inductum* quam *in B* || 19 flegra *BR* || *non de Phlegra haec apud Sol. dicuntur (p. 71, 17)* ||

mundi asseritur non operta, quod utique praestitit montium celsitudo.

656 Sequitur Thracia, cuius incolae barbari habent appetitum maximum mortis, et qui a dextera parte Strymonis degunt Bessi et Denseletae, Mestusque amnis, qui Pan-
212 G gaeum ambit. nam Hebrum Odrysiae niues complent, qui inter diuersos barbaros fluens etiam Ciconas perluit. quorum confinio Haemus sex milibus passuum cacumen extollens uicinia perflatur astrorum. cuius item terga diuersae gentes tenent, inter quas Getae Sarmatae Scythae. dehinc Pontum Sithonia gens habet, quae gloriam Orphei progeniti uatis perfectione sortita est. nam in Sperchio promunturio ille uitam aut sacris inpendit aut
657 fidibus. mox regio Maronea ac Tyrida oppidum, in quo equi Diomediaci stabulati. circa eum *locum* Abdera, cui constructae Diomedis soror suum nomen asscripsit, quod oppidum Democriti physici ortu potius decoratum. eandem Thraciam Polydori sepulchro signatum nec poetae praetereunt. illic promunturium Ceras Chryseon Byzantio oppido celebratum, quod a Dyrrhachio septingentis undecim milibus distat. eo enim interstitio a se utraque maria recesserunt, id est Adria et Propontis. illic Hel-

---

§ 656 ex Solino p. 74, 22 et p. 75, 20—21 et p. 76, 2—7 || § 657 ex Solino p. 76, 9—14 et 20 et p. 78, 8—11

---

3 trachia *D* tracia *b* || barbari *Koppius* bardi *BR* || 5 Denseletae *Solinus* denseleusque *BR* || mesiusque *R* mesius *B* messiusque *b* Mestus *Solinus* || pangium *R et fortasse* B^1 (pangeum *b*) || 6 ebrum *RR* || Odrysarum solum *Solinus* || 8 confini B^1 || emus *BR* || 9 austrorum B^1R || 10 gente sarmatae *BR* gentes sarmatae *b corr. Mommsenus ex Solino* || scytae *B* || 11 dein *R* || sitonia *B* || habet *BR* habitat *br* || 13 sperthio *B* al spartio *b* spartio *R* Sperchiuo *Solinus* || promuntorio *B* promuncturio *R* || 14 maronea *BR* maronia *b* mauronia *r* || tyrda *BR* || 15 circa eum *B* circeum *R* || locum *addidi* || stabulata B^1 || abdira *b* || cui *BR* cuius *b* || 17 fisici *B* fysici *R* || 18 traciam *BR* || polidori *B* || 19 promunturium *B* promuntorium *b* promunctorium *R* || cryseon *BR* cryson *b* || bizantio *R* || 20 dyrratio *BR* || 21 distant B^1 || 22 adrias *D* || ellespontus *BR* ||

lespontus angustior per stadia septem ab Europa Asiam
diuidit. hic quoque duae ciuitates, quarum una id est 658
Sestos, Europae est, Abydos Asiae. deinde promunturia contraria: Cherronesi, in quo terminatur Europae sinus tertius et Asiae Sigeum, in quo Cynossema dicitur locus Hecubae sepulchro tumulatus. in confinio insula Tenedos, a qua usque in Chium diffusior sinus interiacet, cuius dexterior Antandrus. exiguitas insularum denique nauigantibus caprae similitudine diuulgatur, ab eaque Aegaeum pelagus appellatur. sed in Corcyrae Phalario promunturio ⟨effigiem nauis scopulus imitatur, in quem Vlixis
nauem uersam fabulosa confinxit antiquitas⟩. iam Creta 659
centum urbibus opulenta in ortum occasumque porrigitur, cui nomen suum Hesperidis filia Nympharum pulchra concessit, aut Curetum rex Cretes, a quo Creta primo, mox Curetis nuncupata. deinde propter caeli temperiem Macaronesos est appellata. haec in longitudinem tenditur milibus ducentis septuaginta, latitudo quinquaginta milia
non excedit. circuitus omnis quingentis octoginta octo *213 G*
milibus patet, montibus Idaeo et Dictynnaeo sublimibus. Euboea uero a Boetiae continenti modico atque ita exiguo mari interfluente discernitur, ut plerumque ponte iungatur. duobus promunturiis, ad Atticam uersum

---

§ 658 ex Solino p. 79, 7—13 et p. 79, 17—80, 2 || § 659 ex Plinio IIII 58 et 63 et 64 in.

---

3 sextus *BR* sextos *b* || 4 linea *sub* contraria *in B* || 3 promuntoria *b* promonturia *R* || 4 cerronessi *BR* || 5 Sigeum *Koppius ex Solino* aegeu *BR* || cimasema *BR corr. p* || 6 haecubae *B* haecurbe *R* haecube *r* || *ad* confinio *add.* aegei *b* || temedus *B* tenedos *b* temedos *R* || 7 cium *B*[1] || *Martiani ipsius errorem frustra correxit Salmasius* || 9 eaquae *B*[1]*R* || aegeum *R* egeum *B* || 10 falario *BR* || promonturio *R* promuntorio *b* || 12 confixit *B* || iam *scripsi* nam *BD* || 14 aesperidis *BR* || nimharum *D* || pulcra *D* || 15 praeterea *B* creta *b* praeterea creta *D* || 16 noncupata *D* || macaronisos *Db* macaronesso*s *B* || 19 circuitum DLXXXIX *Plinius* || 20 ideo *BD* || dictynneo *B* dictim nec *D* || 21 euboia *D* || boeciae *D cf. ad p. 220, 13* || 22 mari *om. B* || 23 iugatur *D* || promuntoriis *bD* ||

Gerasto, et ad Hellespontum Caphareo⟩ decoratur. huius latitudo ultra secundum miliarium intra quadragesimum contrahitur, longitudo uero totius Boetiae ab Attica usque Thessaliam centum quinquaginta milibus numeratur. circumferentia uero trecentis sexaginta quinque milibus explicata. huius oppidum Chalcida ex aduerso Aulis, et
660 Carystos marmore fluctibus concolore. in Myrtoo autem mari Cyclades, quarum notiores Delos et Antandros: quae nomina a circulata ordinatione sortitae. item Sporades, quarum Naxos Homeri sepulchro memoranda, aliaeqae quam plures per septuaginta longitudinem et per ducenta latitudinem ducunt. inter Cherronesum et Samothracen quaedam loca uasta nuncque Barbarica.

661 Quartus uero magnus Europae sinus ab Hellesponto incipiens Maeotis ostio terminatur. nam artum mare inter Europam et Asiam in angustias septem stadiorum interfluens coartatur. quas angustias Hellespontum dicunt: Xerxes Persidis rex adgregatis nauibus ponteque constructo exercitum duxit. uerum haec angustiora quadam interriuatione per octoginta sex milia distenduntur, ac rursum diffunditur mare latissimum, iterumque contrahitur; sed maris illa diffusio Propontis dicitur secundaeque angustiae Bosporos appellantur, quae quingentis passibus patet. item hac Darius Xerxis pater copias ponte trans-

§ 660 ex Plinio IIII 65 et 68 et 69 et 74 || § 661 ex Solino p. 87, 5—9 et Plinio IIII 76

1 Geraesto *Plinius* || ellespontum *BD* || caphario *D* Caphereo *Plinius* || 3 boeotiae *B*[1] || 6 calcida *BR* || 7 caristos *B* || marmore fluctibus concolore *Salmasius ad Sol. p. 177* marmore (marmoreis *b* marmore et *R*) fluctibus concolora *B* || myrtoo *B* myrteo *bR* || 9 *post* sortitae *add.* s.s̄ *b* || strofades *R* strophades *b* || 10 naxo *B*[1]*R* || omeri *BR* || 11 septingenta *ex Plinio Lüdeckius* || 12 eronessum *BR* samotracem *BR* samotrachiam *b* || 14 *post* uero *add.* ę *R* || ellesponto *BR* || 15 meotis *BR* meotidis *r* || hostio *BR* || 18 serxes *BR* xerxes *b* xerses *r* || 21 contraitur *B*[1] || 22 secundae *R* secundae quo *r* || 23 bosphoros *BR* bosphorus *b* || 24 patent *b* || serxis *BR* xerxis *b* xersis *r* ||

misit. cuius ab Hellesponto longitudo ducentis triginta nouem milibus inuenitur. deinde Scythicus diffusi maris 662 sinus. in quo medio Maeotis ostio iungitur lacus Cimmerius, Bosporus uocatus. is duobus milibus et quingentis 214 G passibus, inter quos Bosporos, id est Cimmerium et Thracium latus interpatent milia quingenta. circuitus uero totius Ponti uicies semel quinquaginta milibus, ut Varro quoque non reticet. qui dicit Europae totius longitudinem habere sexagies ter triginta septem milia passusque quingentos. Hister fluuius ortus in Germania de cacumine montis ad nouem sexaginta amnes absumens etiam Danuuius uocitatur. dehinc litus Scythicum confertum multi- 663 plici <diuersitate barbarica. nam illic Getae Daci Sarmatae Amaxobii Trogodytae Alani Germaniae omnis tractus. ab Histro ad Oceanum bis decies centum milium passuum est, in latitudinem milibus quadringentis usque ad Armeniae solitudines. nec procul fluuius lacus oppidum, sub uno cuncta nomine Borysthenes, propter Achillis insulam eius sepulchro celebratam. introrsus degunt Auchetae, apud quos Hypanis nascitur, et Neuri, apud quos Borysthenes. Geloni Agathyrsi Anthropophagi et a tergo eorum Arimaspi. tunc Ripaei montes et regio caligantibus

§ 662 ex Plinio IIII 76—79 in. || § 663 ex Plinio IIII 80—83 et 88

2 *ad* nouem *add.* VIII *b* || seyticus *B* scitycus *R* || 3 meotis *BR* || cimmerius *R* || 4 bosphoros idos *BR* bosphorus *b* || uocatur *B*[1]*R* || his *B*[1]*R* || 5 bosphoros *BR* bosphorosque *b* || cimerium *BR* || tracium *BR* || 6 quinquaginta *R*[1] || 7 uiciens semel centena L M *Plinius IIII 77* || 8 quia *B*[1]*R* || *post* dicit *add.* ter *b* || 9 tredeciens centena XXXVII M. D *Plinius IIII 78* || 10 ister *Rb* hisister *B* || 11 *sub* ad *linea in B* || assumens *b* || 12 scyticum *BR* || confestum *B*[1] || 13 dai *D* || 14 amacsobii *BD* || trogodyte *B* tragodite *D* || termania *B*[1] || 15 istro *BD* || 18 borystenes *B* boristenes *D* || insula est *b* || 19 celebrata est *b* || aucete *B* ancete *b* aut cetae *D* || 20 spanis *BD* spais *b* || Neuri *Grotius* neutri *BD* || borystenes *B* boristenes *D* || 21 agatyrsi *BD* || antropophagi *B* (*erat* antropophagia) antropofagi *D* || 22 Ripaei *Plinius* riphei *BD* ||

664 tenebris inumbrata. post eosdem montes trans Aquilonem Hyperborei, apud quos mundi axis continua motione torquetur, gens moribus prolixitate uitae, deorum cultu, aëris clementia, semenstri die, fine etiam habitationis humanae⟩ praedicanda. uerum Sarmatiae Scythiae Tauricae tractus in longitudine habet milia nongenta octoginta, latitudine septingenta decem. iam nihil in Europa aestimo memorandum. [quoniam et Hyperboreos sibi Asia uindicauit.]

665 Si autem laeuorsum post Riphaeos montes redeas per Oceani septentrionalis tractus, te denuo per Germaniae Galliarumque et Hiberos populos in Gaditanum ostium reuocabis. Arimphaei quippe iam in Asia constituti parilem Hyperboreis uitam degunt cunctis gentibus uenerandi, ut ad eos uelut ad quoddam asylum confugiant metuentes.
215 G ultra hos Cimmerii et Amazones ad Caspium mare, quod in confinio ortus aestiui Scythicum perrumpit Oceanum.
666 post prolixa terrarum et Hyrcania repperitur. ceterum in Atlanticum litus Oceani remeantes per Aquitaniam extremam extremaque Europae in Brittanniam reuertuntur. quae insula iacet inter septentrionem et occasum longa milibus octingentis, lata trecentis. circuitus tricies octies

---

§ 664 ex Plinio IIII 89 et 91 || § 665 ex Plinio IIII 94 et Solino p. 101, 4—15 || § 666 ex Plinio IIII 102—104 et Solino p. 121, 8—11

---

2 yperborei *B* iperborei *D* || motione *bD* ratione *B* || 4 semestri *B*¹*D* || die *b* de *B* dei *D* || finem *D* || 5 sarmaciae *R* || scytiae *B*¹ || taurice *R* || 6 longitudinem *B*¹ || *post* octoginta *add.* VIII *b* || 7 latitudo DCCXVII *Plinius IIII 91* || 8 yperboreus *b* yperboreos *BR* || asiam *b* || *glossam deleui ab interpolatore male docto additam* || 10 ripheos *bR* tripheos *B* fontes *B*¹ || 12 hostium *BR* || 13 arinfei *BR* arimfei *b* arnifei *r* || 14 yperboreis *BR* || 15 quondam *BR* quoddam *b* quodam *r* || confugiunt *B*¹ || 16 cimmeri *RB* cimerii *r* || quia *BR* quod *br* || 17 aestiui *Salmasius* est ibi *BR* || scyticum *BR* || 18 yrcania *BR* || 19 athlanticum *BR* || *sub* extremam *linea ducta in B* || 20 britaniam *B* brittaniam *b* bryttaniam *R* || 22 circuitu patere XXXXVIII . LXXV M Pytheas et Isidorus tradunt *Plinius* || trecies *R* ||

et uiginti quinque milia tenet. in uicino eius silua Calidonia insulaeque quam plures, inter quas Orcades quadraginta paene iunctae. item Electrides, in quibus electrum gignitur. sed ultima omnium Tyle, in qua solstitiali tempore continuus dies, brumalique nox perennis exigitur. ultra quam nauigatione unius diei mare concretum est. sed infra confinis est Galliae Hispaniaeque, quibus nisi Oceani Atlantici prohiberet inruptio Africa misceretur. nam Velonensis Baeticae ciuitas triginta tribus milibus a Tingi oppido disparatur, quae colonia est Mauretaniae Caesariensis. huius auctor oppidi Antaeus dicitur.

Africa uero ac Libya dicta ab Afro Libe, Herculis 667
filio. in confinio est Elissos colonia, in qua regia Antaei luctamenque cum Hercule celebratur, et Hesperidum horti. illic aestuarium flexuosum, quem draconem uigilem rumor uetustatis allusit. nec longe mons Atlas de gremio cacumen proferens arenarum. hunc incolae Adirim uocant. is usque in confinia lunaris circuli euectus ultra nubium potestatem. qui ab occasus parte ⟨litora prospectat Oceani, nemorosus, fontibus scatens sed rupibus infecundus. qua uero Africam spectat, opimus omnis. arbores praeterea gignit cupressi similes, odore tamen graues, quae lanam obducunt instar serici pretiosam. per diem silet, nocte et ignibus micat et tibiis fistula cymbalis tympanisque percrepat Satyris Aegipanisque bachantibus.

§ 667 ex Solino p. 121, 13 — 122, 6 et p. 122, 20 — 123, 16 et p. 124, 11

1 sylua *B* || calydonia *R* || 3 poene *R* || 6 unus B^1 || 7 ispaniaeque *B* spaniaeque *R* hispaniaeque *r* || 8 athlantici *BR* || africae *BR corr. p* || 9 beticae *BR* || ciuitatis B^1 || 10 mauritaniae *R* || 11 anteus *BR* || 12 lybia *BR* || libe *Rb* liber *aut* libet *B* (ab Afro Libyis Herculis filio *Solinus*) || 13 lisos *B* lissos *b* || antei *BR* || 14 esperidum *BR* || orti *BR* ortus *b* || 16 athlans *BR* athlas *b* || 17 addirim *b* adiri *BR* (*cf. Mommseni proleg. Solini p. IX*) || 18 his B^1R || confinio *r* || 19 littora *D* || 20 scantens *D* || 21 oma *B* omaes *b* || 22 cupresse D^1 || 24 solet B^1 || 25 satiris *D* ||

216 G 668 ultra ipsum ad occasum litus per quadringenta nonaginta sex milia saltus feris Lybicis occupati. nec plurimum distant septem montes, qui parilitate cacuminis fratres sunt appellati, sed elefantorum pleni, ac sunt ultra prouinciam Tingitanam, cuius longitudo centum septuaginta milium est. item Siga oppidum e regione Malacam urbem Hispaniae contemplatur. in litore quoque Cartenna maiusque oppidum⟩ Caesarea. item Icosium aeque coloniam. item Rusgoniae et Rusucurus, Saldae etiam ceteraeque ciuitates atque Igilgili Tubusubtus. flumen uero Ampsaga abest
669 a Caesarea trecentis uiginti duobus milibus. utriusque Mauritaniae longitudo decies triginta octo milia, latitudo quadringenta sexaginta septem. ab Ampsaga Numidia est nomine *Masinissae* celebrata. Numidae Nomades dicti. cuius in mediterraneis colonia Cirta, interius Sicca atque Bulla regia. in ora uero litoris Hippo regius ac Tabraca. interius Zeugitana regio, quae proprie uocatur Africa, habet haec tria promunturia: Apollinis aduersum Sardiniam, Mercurii respectans Siciliam, quae in altum procurrentia duos efficiunt sinus, *Hipponensem proximum* ab

---

§ 668 ex Solino p. 124, 1—3 et 20—21 et Plinio V 17 et 19—21 || § 669 ex Plinio V 21 extr. —24

---

1 nonaginta (nonoginta *ante corr.*) sex *B* LXXVI *bD* || 2 libicis *BR* || 3 a parilitate *Vulc.* parilitate *b* paritate *BD* || 5 tingitaniam *D* || 6 malacam *b* alacam *B* malacram *D* || ispaniae B^1 || 7 cartenna *Plinius V 20 in. et titulus Henzeni 5334* carmenna *B* carnenna *b* carnennia *D* || 9 rusogoniae *bR* || rusuccurus *BR* rusucurrus *b* || Salde *Plinius* aldae *BR* || etiae *R et, ut uidetur corr. in* etiam, *B* || 10 Igilgili *Plinius* igibgi *B* igilgi *R* || Tubusuptus *Plinius et Itin. Anton. p. 32 et 39 W.* tubusubtu *BR* || et Rusarus *add. p ante* flumen *om. BRD* || ambaga *BR* || 12 mauretaneae B^1 || *ad* octo *add.* VII *b* || 13 quadrangenta *R* || isaga *B* saga *bR* || 14 Masinissae *add. Grotius* || 15 circa *bR* || 16 regio *b* || ippos *BR* ippus *b* || tabracca *B* || 18 promuntoria *b* promonturia *R* || *pro* Appollinis *coni.* Candidum *Grotius sed Martianum ipsum errasse agnouit Koppius* || 20 Hipponensem proximum *ex Plinio addidit Koppius* ||

Hippone Diarryto. deinde promunturium Apollinis et in
alio sinu Vtica Catonis morte memoranda, flumen Bagrada
ac propinqua Carthago inclita pridem armis, nunc felici-
tate reuerenda. demum Maxula Carpi Messua Clypeaque
in promunturio Mercurii. item Curubis Neapolis.

Mox alia distinctio: Libyphoenices uocantur qui By- 670
zacium incolunt. quae regio ducentis quinquaginta mili-
bus passuum circuitur. cuius satio centesimo messis in-
cremento feneratur. hic oppida Pupput Adrumetus Leptis
Ruspae Tapsus Tenae Aues Macomades Tacape Sabrata
contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiae et Afri- *217 G*
cae ab Ampsaga longitudo sunt milia quingenta octoginta,
latitudo ducenta.

Tertius sinus diuiditur in geminos duarum Syrtium 671
recessus uadoso ac reciproco mari. sed minor Syrtis a
Carthagine abest trecentis milibus. ad maiorem uero per
deserta pergitur, quae serpentibus diuersis ac feris habi-
tantur. post haec Garamantes. super hos fuere Psylli.
in deflexu ciuitas Oeensis et Leptis magna. inde Syrtis
maior circuitu sexcentorum uiginti quinque milium. tunc 672
Cyrenaica regio. eadem est Pentapolitana Ammonis ora-
culo memorata, quod a Cyrenis abest quadringenta milia
passuum. urbes maximae ibi quinque: Berenice Arsinoe
Ptolemaida Apollonia ipsaque Cyrene. Berenice autem

---

§ 670 ex Plinio V 24 et 25 || § 671 ex Plinio V 26 et 27 || § 672 ex Plinio V 31—33 et 39—40

---

1 ippone diarryto *BR* || promuntorium *b* promonturium *r* || 2 bagrada *B* barcada *b* bagadra *R* || 3 inclyta *B* || 5 promuntorio *b* promonturio *R* || 4 Misua *Plinius* || 5 curubis *BR* curiu *b* || 6 lybiphoenices *B* lybiephoenices *bR* || byzacium *R* bizatium *B* byzancium *r* || 8 ratio B^1R || messes B^1R || 9 puput *B deest hodie apud Plinium* || adrometus *BR* || 10 ne *B* tene *b* tenae *R* || abes *bR* abies *B* || macosmades *b* || 12 ansaga *BR* || *ad* octoginta *add.* al XC *b* || 16 *ad* milibus *add.* passuum *b* || 18 Psylli *Plinius* spylli *BR* sphylli *b* || 19 oeensis *Rb (in quo rursum in* ocensis *correctum)* ocensis *B* || sertis *B* syrtis *b* sirtis *R* || 20 circuitu ita *D* circuit *BR* circuitus *p* || sescentorum B^1 || 21 cirenaica *B* || 24 ptolomaida *B* || uerenice B^1 ||

in extremo Syrtis cornu, ubi Hesperidum horti, fluuius Lethon, lucus sacer, abest a Lepti trecentis <septuaginta quinque milibus. ab ea Arsinoe quadraginta tribus milibus et deinceps Ptolemais uiginti duobus, proculque Catabathmon et Marmarides et in ora Syrtis Nasamones. deinde Mareotis Paraetonium. inde Apis Aegypti locus, a quo Paraetonium in sexaginta duobus milibus. inde Alexandrea ducentis milibus. totius autem Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto tricies quadraginta milia, ab Oceano ad Carthaginem magnam undecies milies. ab ea ad Canopum Nili proximum ostium sedecies milies octoginta octo milia.

673 Interior autem Africa ad meridiem uersus interuenientibus desertis habet Leucaethiopes Nigritas et ceteros monstruosae nouitatis, post quos solitudines fugiendae ad orientem uersus. fluuius Niger eius cuius Nilus est prorsus naturae. inter solitudines degunt> Atlantes, qui
218 G neque ulla inter se nomina habent et Soli inprecantur, quod eos cum messibus semper amburat. hi numquam
674 somniare uidentur. Trogodytae in specubus manent uescunturque serpentibus striduntque potius quam locuntur. Garamantes uulgo feminis sine matrimonio sociantur. Augilae inferos colunt. Campasantes nudi et inbelles

§ 673 ex Plinio V 43—45 || § 674 ex Plinio V 45 et 46

1 esperidum *BR* || 2 leton *BR* lecon *b* || 3 arasinoe *D* || milibus *om. D* || 4 ptolomais *BD* || catabatmon *B* cathabahtmon *D* || 6 mareotis *B* maraeotis *b* maroetis *D* || paretonium *D* maretonium *B* || in *B* || 8 ducenta milia totius *b* || 9 athlantico *Db* athlantoco *B* *deinde* circuitus ł longitudo *add. b* || tricies *in D legi falso negat Koppius* || 10 cartaginem *D* || ad *om.* B^1 || 11 hostium *BD* || $\overline{XVI}$. XXVIII M p. *Plinius V 40 extr.* || 14 leucoetiopes *B* leucoethiopes *b* leucathiopes *D* || nigratis B^1 || 16 *locum recte distinxit Lüdeckius* || 17 aclantes *R* aclactes B^1 || 19 hi *b* || 20 trogoditae *b* trogloditae *B* troglodytae *R* || 21 stridunt neque B^1 || loquuntur *b* || 23 Augylae *Plinius* autgilae *BR* autgulae *r* || Gamphasantes *Plinius* ||

externis numquam miscentur. Blemmyae sine capite sunt atque os et oculos in pectore gerunt. Satyri hominum nihil habent nisi faciem. Aegipanes quales pinguntur existunt. Himantopodes debilitate pedum serpunt potius quam incedunt. Pharusi comites Herculis fuere. post hos finis est Africae.

Aegyptus dehinc, hoc est Asiae caput. quae una ab 675
ostio Canopi ad ostium Ponti habet uicies sexies centena triginta octo milia passuum, ab ore autem Ponti ad os Maeotis sedecies centena septuaginta quinque milia passuum. uerum Aegyptus introrsum ad meridiem tendit, donec a tergo Aethiopes obuersentur, cuius inferiorem situm Nilus dextra laeuaque diuisus amplectitur, ut Aegyptum Nili possis insulam uocitare. nam ab ambitu circumfluentis amnis etiam Delta litterae figuram creditur detinere. sed a principio fissurae ipsius fluuialis ad Canopicum ostium milia centum quadraginta sex. summa 676
autem eius pars contermina Aethiopiae multas oppidorum praefecturas habet, quas nomos uocant, inter quas Menelaitem Alexandriae regionem, item Libyae Mareotin. Heracleopolis autem insula Nili est, in qua oppida Herculis, Arsinoita et Memphita, quae ad summum Delta perueniunt. Nilus autem ipse incertis ortus fontibus creditur, cum Iuba rex eum a monte inferioris Mauritaniae de lacu Nilide oriri significet, quod animalibus isdem et argumentis feturae parilis approbatur. in omni autem Delta

---

§ 675 ex Plinio V 47 et 48 || § 676 ex Plinio V 48 extr. — 51 et 59 et 62—63

---

1 esternis B^1R^1 || blemmye *bR* blemmys *B* || sinea B^1 || 3 egipanes *BR* || 4 exsistunt *B* || Himantopodes *Plinius* iamantopodes *B* imantipodes *b* imantopedes *R* || 5 farusi *BR* || hercules B^1R || 7 egyptus *B* || 8 hostio *BR* || hostium *BR* || $\overline{\text{XXVI}}$. XXXIX M p. *Plinius* || 9 hore *R* || 10 meotis *BR* || $\overline{\text{XV}}$. XLV M p. *Plinius* || 12 ethiopes *BR* || 15 deltae *BR* || 18 ethiopiae *BR* || 19 nom B^1 || menalaitem *b* || 20 lybiae *BR* || mareotis *b* || 22 arsenoita *b* || qui B^1R || 24 mante B^1 || mauretaniae B^1 || de *B* ||

Nili oppida ducenta quinquaginta fuisse Artemidorus adtestatur. in litore tamen Aegyptii maris praestantior ur-
219 G bium Alexandrea constituta, ab Alexandro Magno condita, a Canopico ostio in duodecim milibus passuum iuxta lacum Mareoticum, qui complures insulas habet tra-⟨iectusque quadringentos, cuius tam longitudo quam etiam latitudo
677 centena quinquagena milia passuum tenent. unde ultra Pelusiacum ostium Arabia est ad Rubrum pertinens mare, quod Erythraeum ab Erythra rege Persei et Andromedae filio uocitatum, a colore etiam dictum Rubrum. nam fons est in litore, quem cum greges biberint in rubrum colorem incipiunt mutare lanas. huius maris oppidum Arsinoe.

678 Verum Arabia tenditur usque odoriferam ac diuitem terram sed iuxta est Syria multis distincta nominibus. nam et Palaestina est quae contingit Arabiam, et Iudaea et Phoenicia et quantum interior habetur Damascene, in meridiem uergens Babylonia et eadem Mesopotamia inter Euphraten et Tigrim, qua transit Taurum montem Sophene, citra uero eam Commagene⟩ et ultra Armenia et Assyria ante dicta. et ubi Cilicia et Arabia quadringenta

---

§ 677 ex Solino p. 165, 10—18 || § 678 ex Solino p. 165, 18—19 et Plinio V 66 et 67

---

2 egyptii *B* || 3 alexandria *R* || 4 cenobico *BR* canobico *b* || iusta *B* || 5 traiectusque quadringentos] insulas quoque pluris amplexus XXX M p. traiectu CL ambitu *Plinius* || 8 ababia *D et corr. in* arabia *(sed* r *rursus deleta) B* ł arabia *add. b* || 9 erytreum *BD* || erytra *B* erytro *D* || perseg B^1 || andromaede *B* andromede *D* || 11 littore *D* || 12 inquipiunt B^1 || 14 ad *add. b ante* odoriferam || 15 siria *D* || destincta B^1 || 16 palestina *BD* || qua *Plinius* || congit *B* cingit *b* || iudea *BD* iudeam *b* || 17 phoeniciam *b* fenicia *D* || 18 babyloniam *b* babilonia *D* || et *ex Plinio Lüdeckius* ex *BD* || mesophotamia *b* || 19 eufraten *D* || tygrin *D* || sophone *BD* || 20 eam *BD* etiam *p* || magene B^1 || et ultra armenia et asyria (asiria *BD*) ante (antea B^1RD) dicta et ubi Cilicia et Arabia *BRD* et ultra Armaeniam Adiabene Assyria añ dcã et ubi Ciliciam attingit Antiochia. Lõgitudo ei' inter Ciliciã & Arabiã *p* || 21 cicilia B^1 ||

milia passuum, latitudo autem a Seleucia ad oppidum Eu-
phratis Zeugma centum septuaginta quinque milia. Ostra- 679
cine Arabia finitur: a Pelusio sexaginta sex milibus pas-
suum. Apollonia Palaestinae per centum octoginta octo
milia passuum procedens, supra Idumaeam et Samariam
Iudaea longe lateque funditur. pars eius Syriae iniuncta
Galilaea uocatur, a ceteris eius partibus Iordane amne
discreta, qui fluuius oritur de fonte Paniade. secunda
elatio Iudaeae ab Hierosolymis, in quo latere est fons
Callirrhoe. ab occidente Esseni, qui sine concubitu et
cunctis cupiditatibus uiuunt. hinc aliquanto interius Ma-
sada castellum, in quo Iudaeae finis est. iungitur Deca-
polis dicta a numero ciuitatum. redeuntibus ad oram 680
Phoeniciae colonia Ptolemais. a tergo Libanus et Anti- *220 G*
libanus montes, interiacentibus campis Bargilus item
mons sedet. item Syria desinente inter oppida Phoeni-
ciae Antiochia, quae Oronte amne diuiditur. super eam
mons nomine Casius, cuius altitudo quarta uigilia solem
per tenebras uidet. in Syria fluuius Euphrates nascitur 681
a monte qui uocatur Capotes. ibi quoque Marsyas alius
amnis. inter Syriam et Parthiam oppidum Palmyra mox-
que Euphrates fluuius, cuius decem dierum nauigatione
in ipsam Seleuciam Parthorum urbem maximam perueni-
tur. sed scissus Euphrates laeuorsum in Mesopotamiam

§ 679 ex Plinio V 68—74 in. || § 680 ex Plinio V 74—80 in. || § 681 ex Plinio V 83 et 88 et 89—90

1 eufratis *BR* || 2 zeuma *BR* || ostraciae *b* || 3 CLXXXVIIII mil. p. *Plinius V 69* || 5 iδymeam *R* ydime *B* ydimem *b* || samariam *b* samarin *BR* samaria in *r (et ante corr. b)* || 6 incuncta R^1 || 7 galilea *BR* || 8 paneade *bR* || secunda latio *B* secundum latus *b* || 9 iudeae *BR* || hierosolimis *B* || 10 callirroe *BR* || occidente *b* occidenti *B* occidentis *R* || essenii B^1 || sene *B* || 12 iudeae *BR* || decaprailis *ut uidetur* B^1 || 14 foeniciae *BR* || 15 et *post* montes *deleta in BR* || bargylus *BR* || 16 sedit B^1 || siria *B* || poeniae B^1 || 17 antiocia B^1 || 18 Casius *Plinius V 80* cassius *BR* || 19 eufrates *R* || 20 marsias *B* || 21 partiam *bR* partium *B* || palmira *BR* || 22 eufrates *R* || 23 seleutiam *R* || 24 eufrates *R* ||

uadit et Tigridi infunditur, dextro autem meatu Babylo-
682 niam petit, quae Chaldaeae caput est. sed redeundum ad oram Syriae. cui confinis est Cilicia, in qua oppidum Veneris et Cypros insula et fluuius Paradisus. Ciliciae Pamphylia sociatur, cuius ultima Phaselis. dehincque Lycaonia in Asiaticam iuris dictionem uersa, quae ab illa parte qua Galatiae contermina est habet ciuitates quattuor-
683 decim. uerum Pamphyliae iuncta Lycia, a qua incipit mons Taurus paene mediatenus orbis conscius, quem peragraret, nisi maria restitissent. quae aliquando flexuosus euadit et in Ripaeorum montium iuga sub nominum diuersitate protenditur. nam inter cetera nomina idem Niphates est Caucasus et Sarpedon. Portarum etiam nomine censetur et alibi Armeniae, alibi Caspiae. et idem Hyrcanius Coraxicus Scythicus Ceraunius appellatur. in
684 Lycia alius mons Chimaera ⟨noctibus flagrans. haec habuit oppida septuaginta. nunc triginta sex sunt. Telmesus oppidum dicitur, quo finitur. hinc Asiaticum siue Carpathium mare, et quae proprie uocatur Asia, cui ab oriente Phrygia et Lycaonia, a septemtrione Paphlagonia est. huius longitudo quadringenta septuaginta milia passuum,
685 latitudo trecenta. Armenia altera ab oriente, a septen-

§ 682 ex Plinio V 91—96 || § 683 ex Plinio V 97 et 98 et 100 in. || § 684 ex Plinio V 100—102 || § 685 ex Plinio V 102—103 in. et Solino p. 185, 6—14

1 babiloniam *B* || 2 caldeae *BR* || 3 horam *BR* || cilia *B*[1] || *post* qua *add.* -:- *b* || 4 cipros *B* ciprus *b* || et fluuius *b* fluuius *BR* || paradysus *bR* || 5 pampilia *br* pamphilia *BR* || 6 licaonia *BR* || ditionem *b* dictione *R* || 7 quae galaciae *R* || 8 pamphiliae *BR* || liciae *B* licia *R* cilicia *r* || a qua *bR* qua *B* || 9 conscius *BR* constitutus *r* || 10 quae *BR* qui *p* || 11 Ripaeorum *Plinius* ripheorum *BR* || 13 nifates est *R* nifatest *B* nimfates est *b* || syrpedon *b* || 15 myreanus *BR* || coranxicus *B* coraxicus *b* coraxinus *R* || scyticus *B* syticus *R* || Ceraunius *Plinius* ceraunias *BR* || 16 cimera *BR* chimera *b* || 18 carpatium *BD* || 19 cui ab *b* quae ab *B* ab *D* || 20 frigia *BD* || licaonia *BD* || paflagonia *BD* || 22 latitudinem CCCXX M *Plinius V 102* || alteri *corr. in* altera *B* uł alterior *add. b* ulterior *D* ||

trione Pontica. in proximo Caria est, mox Ionia et ultra *221 G*
Aeolis sequitur.

In Phrygia Celaene antea, in Apamiam commutata.
illic Marsyas et natus et occidit et fluuio nomen dedit et
cum Apolline decertauit. denique pars eius Aulocrene
uocitatur, unde Maeander amnis exoritur. Phrygia Troadi 686
imminet. ab aquilone Galatia est, a meridie Lycaoniae et
Pisidiae Mygdoniae confinis est, ab oriente Lyciae, a
septemtrione Moesiae, Cariae. dehinc Tmolus croco flo-
rens amnisque Pacto-⟩lus. hinc Ioniae Miletos caput.
ibi etiam Colophon oraculo Clarii Apollinis celebrata.
Maeoniae principium Sipylus Smyrna etiam Homero no-
tissima, quam circumfluit Meles fluuius. nam Smyrnaeos
campos Hermus intersecat, qui ortus Dorylao Phrygiam
Cariamque dispescit. iuxta Ilium sepulchrum Memnonis
iacet. supra Troadem in mediterraneo Teutrania est,
quae regio Moesorum fuit, ciuitas uero Teutrana Cayco
flumine alluitur. ibi inter omnes Asiae ciuitates Perga-
mum clarius. nam Bithynia initium Ponti est et ab ortu 687
Thraciae aduersa a Sagari flumine primos *fines* habet.

---

§ 686 ex Solino p. 185, 17—186, 3 et p. 186, 13 et 15 et 18 et 20 — 187, 5 et p. 187, 18 et p. 188, 3 — 6 et Plinio V 126 || § 687 ex Solino p. 190, 3—5 'habet' et Plinio VI 4 et Solino p. 190, 5 'ante' — 12

---

1 proxima B^1 || iania *corr. in* ionia *B* al alania *add. b* alania *D* || 2 eolis *BD* eoles *b* || sequitur. in Phrygia *scripsi* redit (redi B^1) in frigiam *BD* media Doride in Phrygia *p* || celene *B* caelene *D* || apaniam *D* || 4 marsias *BD* || 6 meander *BD* || frigia troadi *B* frigia autem troiadi *b* frigia a troia *D* || 7 Lycaoniae *Grotius ex Solino* lycaonia *B* licaonia *D* || 8 pisidie *D* || migdonia *D* micdoniae *B* et micdoniae *b* || liciae *D* || 9 VII trione *D* || Moesiae *Solinus p. 186, 1* mysiae *BD* || carie *D* caryae *B* || ∸ molus *d* molus *BD* || 10 hinc ioniae *b* hioniae *B* hinc meonie *r* hionie *R* || 11 clari B^1R || 12 meoniae *BR* || omero *BR* || 13 melis *b* || smyrneos *BR* || 14 ermus *BR* || frigiam *BR* || 15 dispicit *R* dispexit *b* || 16 uero teutrana *R* || 17 caito *b* cato *BR* || 19 bitinia *B* bithinia *b* britinia *R* brithinia *r* || 20 traciae *BR* || habitatores *post* primos *add. p* fines *ego ex Solino p. 190, 5 addidi* ||

qui fluuius alii fluuio Gallo miscetur, a quo Galli dicuntur
ministri matris deum. haec et Bebrycia et Mycdonia dicta
est, a Bithyno rege Bithynia. in ea ciuitas Prusias, quam
Hylas inundat lacus, quo puer eiusdem nominis dicitur
interceptus. ibi Libyssa locus Nicomediae proximus. in
688 eo sepulchrum Hannibalis memoratur. dehinc Ponti ora
post fauces Bosphori et amnem Rhesum Sagarimque sinus
Mariandyni, in quo Heraclea ciuitas, portus Acone, ubi
herba ueneni aconitum procreatur, specus Acherusius,
689 qui mergitur in profunda telluris. inde Paphlagonia, ubi
a tergo Galatia est. sed hic Enetosa etiam ciuitas, a cuius
ciuibus in Italia ortos Venetos asserunt. ibi promuntu-
rium Carambis, quod a Ponti ostio abest milibus passuum
222 G ducentis uiginti, quantum a Cimmerio. ibi etiam mons
Cytorus et ciuitas Eupatoria, quam Mithridates fecerat,
sed eo uicto Pompeiopolis appellata.

690 Cappadocia autem introuersus recedit. quae laeuor-
sum ambas Armenias Commagenemque transcurrit, dex-
trorsum plurimos Asiae populos ambiens. ad iuga Tauri
succrescit in ortu. praeterit Lycaoniam Pisidiam Ciliciam
super tractum Syriae means, Antiochiae partem in Scy-
thiam pertendens. ab Armenia maiore diuiditur Euphrate
fluuio, quae Armenia inchoata montibus Panedriis. in Cap-

---

§ 688 ex Solino p. 191, 1—9 || § 689 ex Solino p. 191, 10—15 et Plinio VI 6—7 (uel Solino p. 191, 16—18) || § 690 ex Solino p. 191, 19 — 192, 8 et 192, 11—14 et Plinio VI 24 extr.

---

1 fluuios *B*¹ || ali *R et corr. in* alii *B* alio *b* || 2 bebricia *BR* || 3 binitio *ut uidetur B* bitino *b* bytino *R* bythino *r* || bytiniae *B* bytinia *R* bythinia *r* || prutius *b* || 5 lybissa *BR* || 6 annibalis *BR* hannibalis *r* || 7 amnum *R* || ressum *B* ressem *R* || sinus Mariandyni *ex Solino p* sinusque ady *BR* || 8 eraclea *R* || 9 erba *BR* || acerusius *BR* || 10 paphlagonia *R et deleta* l *B* || 12 ubi *b* || promuntorio *B* promuntorium *b* promonturium *R* || 14 CCCXXV M p. uel ut aliis placet CCCL M *Plinius* || quantum *scripsi* tantum *BR* || chimeris *BR* || 15 cythorus *R* || mitridates *BR* || 17 liuorsum *R* || 18 commaginemque *B*¹*R* || 21 Scythiam *Solinus p. 192, 5* sistiam *BR* || 22 eufratae *R* || 23 cappadociae *b* ||

padocia multae urbes eximiae, inter quas Melita, quam
Semiramis condidit, et Mazaca, quam dicunt urbium ma-
trem. cui Argaeus mons imminet, qui niues uerticis al-
bicantis ne aestiuis quidem solibus superfundit. in hac
Cappadocia longitudo Asiae undecies centena quadraginta.
Assyrii ⟨Adiabene incipiunt, quos excipit Media in 691
prospectu Caspii maris, quae Caucaseis montibus cingitur.
sed Caucasus portas habet, quas Caspias dicunt, cautium
praecisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad externo-
rum transitum cohibendum, quamuis uerno etiam serpen-
tibus obcludantur. a quibus ad Pontum ducenta milia
passuum esse non dubium est. in Ponto autem sunt
insulae Symplegades, mox regio Margiane sola in eo tractu
uitifera, inclusa montibus stadiorum mille quingentorum,
difficilis aditu propter solitudines arenosas, quae sunt per
centum uiginti milia passuum. regionis praedictae amoe-
nitatem Alexander Magnus delegerat et ibi primo nominis
sui condiderat ciuitatem, quae excisa est, et ab Antiocho
Seleuci filio reparata cum nomine patris⟩ eiusdem, cuius 692
circuitus habet stadia septuaginta quinque. inde Oxus *223 G*
amnis, qui circa Bactram cum eius nominis oppido flu-
uioque. ultra Paranda oppidum Sogdianorum, ubi Ale-
xander tertiam Alexandream condidit ad contestandam
itineris prolixitatem. quippe ibi a Libero dehinc ab Her-

---

§ 691 ex Solino p. 196, 1 et 17 et Plinio VI 28 et 30 et Solino 198, 1 et Plinio VI 31—32 et 46—47 || § 692 ex Solino p. 199, 1 — 200, 4

---

2 sameramis *B* saemiramis *b* semeramis *R* semiramis *r* || mazasa *BR* || 3 argeus *BR* || 5 capadocia *R* || duodeciens centena L M p. *Plinius* || 6 assirii *B* || adgabene *b* || inquipiunt *B*[1] || 8 caucasis *B* || 10 coibendum *B* || 13 Margiane *Plinius* martianae *B* martiana *D* || 15 ac *ante* propter *add.* *B*[1] || solitudinis *B*[1] || 18 antioco *B* || 19 cum nomine *BD* cognomine *b* || 20 stadiis LXX *Plinius VI 47* || oxus *b* oxis *BR* || 21 Bactrum *Solinus p. 194, 4* bractani *BR* bactri *b* || 22 paranda *BR* Panda *Solinus* || 22 socdianorum *BR* || 23 alexandriam *R* || 24 *post* quippe *add.* emensi *p* || *p.* 240, 1 ibi *R et fortasse B*, *quod deleui:* mensi *in rasura b* immensi *p* ||

cule arae sunt constitutae in testimonium laboris [ibi]. illam terrarum partem Laxates fluuius secat, qui Tanais putabatur, quem Demodamas dux transcendit aliumque esse perdocuit et ultra Didymaeo Apollini aras extruxit.

693 Hic Persicus limes. Scythis iungitur. sed Scythico Oceano et Caspio mari, qua in oceanum Eoum cursus est, profundae in exordio niues, dehincque longa desertio. post quam Anthropophagi excursus inuios reddidere. post quos Seres, qui undis aspergunt arbores suas, ut lanugo, quae sericum creat, possit admitti. aliarum gentium homines aspernantur et appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum. hinc Attagenus sinus Hyperboreis beatitate consimilis, quo incolae gratulantur qui circumactu uallium auras nesciunt pestilentes.

694 Dehinc India. nam Ciconas in medio error astruxit. sed a Mediis montibus inchoat India. nam in Eoum mare a meridiano porrecta, salubris Fauonii uegetabilibus flabris, secundo aestate annis singulis uegetatur bisque frugem metit. pro hieme Etesias perfert. quinque milia habuit oppidorum et mundi pars tertia credebatur. Liber primus ingressus Indiam triumphauit. in ea maximi fluuiorum Indus et Ganges, sed ab Scythicis montibus Ganges uenit. et Hypanis ibi amnis inmodicus, qui Alexandri Magni iter inclusit, sic ut in eius ripa locatae testantur

§ 693 ex Solino p. 200, 5—6 et p. 201, 17—21 et p. 202, 2—5 et p. 202, 11 et 14—16 et 17 — 202, 2 || § 694 ex Solino p. 203, 3—7 et 17 — p. 204, 4 et p. 204, 19 et 12—17 et p. 205, 9—19

1 *uid. p. 239 extr.* || 3 demodas *B*[1] || 4 didimeo *BR* || apolloni *R* || 5 scytis *BR* || scitico *BR* scithico *r* || 8 antropophagi *B* andropophagi *b* || reddire *R* || 9 suos *B*[1] || 10 ammitti *B*[1]*R* || 11 appositione *Koppius fortasse nulla necessitate* appositionem *BR* || 12 contractu *B* || attacenus *Solinus p. 202, 17* adtagenus *BR* adtagenius *r* || yperboreis *B* || 16 Emodis *pro* Mediis *ex Plinio VI 56 restituere uolebat Grotius sed cf. Solinus* || 17 uigetauilibus *B*[1] || 18 secunda *p* bis *Solinus p. 203, 6* || uegitatur *R* || 19 mittit *b* || 20 mundo *B*[1]*R* || 22 gandes *B*[1] || scyticis *B* || gangens *B*[1] || 23 ypanis *BR* ypamis *r* ||

arae. latitudo Gangis ubi diffusior uiginti milia passuum,
ubi angustus octo milia, profundus pedibus centum [mi- *224 G*
lia]. ibi reges gentiumque diuersitas tam exercitibus
quam elephantis copiosa. ultra Palibotram urbem mons
Maleus, in quo hieme in septentriones umbrae, in austros
aestate cadunt senis alternatae mensibus. in eo loco per
annum quindecim diebus tantum septentriones apparent.
homines fusciores. iam Pygmaei montibus habitant et qui 695
confines Oceano sine regibus degunt. Pandeam gentem
feminae tenent, cui prior regina ⟨Herculis filia. in eo
tractu etiam Nysam urbem esse Libero patri sacram mon-
temque Merum Ioui, unde fabula est eum Iouis femine
procreatum. ibi etiam insulas duas auri argentique me-
tallis ac fetura praedicandas, etiam uocabulis approbatur.
nam una Chrysea, Argyrea altera nuncupatur. omnes 696
Indi comarum fuco decorantur alii caeruleis alii crocinis
fulgoribus tincti. gemmis comuntur. fenerationes negle-
gunt elephantisque uehi eximium putant. sed in Tapro-
bane insula maiores elephanti quam Indici, ampliores
etiam margaritae sunt. quae patet in longitudine stadio-
rum septem milia, in latitudine quinque milia. scinditur
fluuio interfluente atque Indiae praetenta est. in quam
septem dierum iter, ut Romanis nauibus approbatum.
illic et illud mare absque canalibus profundis senum pas-
suum altitudine⟩ deprimitur. ibi septentriones non ap-
parent, uergiliae numquam, lunam ab octaua in sextam
decimam tantum supra terras uident. ibi sidus clarissi- 697
mum Canopos. sol ortiuus in laeua conspicitur. in naui-

---

§ 695 ex Solino p. 206, 2—11 || § 696 ex Solino p. 206, 14—16 et p. 217, 8—12 et 14 — p. 218, 7 || § 697 et § 698 ex Solino p. 218, 3 et 12 et p. 219, 7—9 et p. 202, 13—16 (Mommsenus confert § 693) et p. 219, 9 — 220, 20

---

2 milia *del. Grotius in marg.* || 4 urbe*R* || 8 fusciores *b* fustiores *BR* fortiores *r* || iam *scripsi* nam *BR* || picmei *BR* || 11 nisam *D* || 12 semine *b* || 15 crysea *BD* || argirea *BD* || 16 cerules *D* || 17 fanerationes *B* faenerationes *b* || neclegunt *B*[1] || 18 elefantisque *D* || 19 elephantis *B* elephantes *b* elefanti *D* || 22 india *D* || 26 uirgiliae *b* || 28 gando *B*[1]*R*[1]*D*[1]

gando nullum sidus obseruant, auium quas uident uolatus secuntur. quaternis per annos mensibus nauigant. homines ibi corpore grandiores ultra omnium mensuram, rutulis comis, caeruleis oculis, trucioris soni, nullo linguae commercio genti alteri sociantur. cum negotiatoribus aliis in ripa fluminis merces apponunt ac uix complacitas mutant. aetas illis ultra humanam fragilitatem prolixa, ut mature pereat qui centenarius moritur. nulli per diem
225 G somnus. annona eodem semper tenore. aedificia humilia
698 paruaque. uitem nesciunt. redundant pomis. Herculem colunt. regem eum, qui mitior *annisque* grauior ac sine prole fuerit eligunt et si in regno prolem susceperit, remouent hereditarium formidantes imperium. cum quo tamen alii triginta cognoscunt, et si fuerit prouocatum septuaginta iudices fiunt. rex Liberi patris cultu componitur et si peccauerit interdicto omni usu et conloquio iugulatur. culturas et uenatus amant uerum tigridum aut elephantorum. piscationibus delectantur praesertimque testudinum, quarum superficie domos familiarum capaces
699 operiunt. dehinc habitant Ichthyophagi, quos Alexander uesci piscibus uetuit. nec longe insula Solis quae dicitur, et Nympharum cubile rubens, in qua omne animal ui feruoris absumitur. mox Ypanis Carmaniae fluuius, a quo primum aspici septentriones incipiunt. deinde tres insulae, in quibus hydri marini uicenum sunt cubitorum. in his Rubrum mare litoribus sinu gemino disparatur. uerum ortiuus Persicus dicitur propter habitationem Persarum, qui sinus uicies et sexaginta milia circuitu patet. ex ad-

§ 699 ex Solino p. 223, 14—16 et 18 — 224, 8 et p. 225, 12—17

1 auium quas uident *scripsi* auium quasueut *BR* auium quas uehunt *b* auiumquase ut *r* || 2 sequuntur *b* || 3 rutilis *b* || 5 commertio *BR* || alteri *bR* literi *B* || 11 colant *R* || annisque *ex Solino p. 219, 18 add. Lüdeckius* || 17 iungulatur *B*[1]*R* || 20 ictyofagi *BR* || 22 ferboris *B*[1] || 23 Hyani *Solinus p. 224, 3* || germaniae *BR corr. p ex Solino* || 25 idri *BR* || 27 ortibus *B*[1]*R* || 28 uicies et sexagies centena milia *Solinus p. 225, 15* ||

uerso alter Arabicus uocatur. Carmaniae quoque Persis 700
adiungitur, quae ab insula Aphrodisia inchoat, quae trans-
lata est in Parthicum nomen. littore quo occasui obiacet
milium est quingentorum quinquaginta. oppidum ibi no-
bile Susa, in quo templum Dianae Susiae. iuxta Carbyle
siue Barbyta in centum triginta milibus, ⟨in qua sunt ho-
mines, qui aurum in profunda defodiunt, necui sit in usu.
Parthici uero regni nongenta quadraginta quattuor milia
passuum. uerum omnis Media Parthia et Persida ab
oriente flumine Indo, ab occidente Tigri, a septentrione
Tauro Caucasio, a meridie Rubro mari terminantur. quae
omnes per longitudinem patent tredecies uiginti milia pas-
suum, per latitudinem octingenta triginta.

Sed Chaldaeae gentis Babylonia caput est, denique 701
Assyria et Mesopotamia propter illius claritatem Babylonia *226 G*
uocatur. urbs ipsa sexaginta milia passuum muris am-
plectitur, qui ducentis pedibus alti, quinquagenis lati sunt,
nisiquid amplius. nam terni digiti singulis mensurae
nostrae pedibus applicantur. haec interluitur Euphrate.
ibi Iouis Beli⟩ templum, qui inuentor fuit disciplinae side-
ralis. haec nunc ad solitudinem rediit exhausta a Seleu-
cia. item in hunc usum etiam Ctesiphontem tertio ab ea
lapide condidere Parthi, ac nunc caput regnorum est.
habitantur etiam abdita Aethiopiae et adusta Trogodyta- 702

§ 700 ex Solino p. 225, 19 — 226, 7 et Plinio VI 137 || § 701 ex Solino p. 227, 7—15 et Plinio VI 122 || § 702 ex Solino p. 229, 7 — 230, 1 et p. 230, 9 — 231, 9

1 germania *BR* || 2 frondisia *BR* || 3 particum *BR* || litore *R* || 5 Susiae *Grotius ex Solino p. 226, 3* susae *BR* || 6 Babitae *Solinus p. 226, 4* || centum triginta quinque milibus *Solinus* || 7 diffodiunt *b* || 8 partici *B* || 9 partia *B* || 10 VII trione *D* || 12 latitudinem *D* || 12 tredecies *b* dicies *B* ter decies *D* || 13 DCCCXL *Plinius* || 14 caldeae *BD* || babilonia *BD* || deinde *b* || 15 et siria *D* || 16 uocantur *b* || 18 nisi quod *BD* || 19 eufrate *BD* || 21 exhausta *Grotius* exaustate *B* exaustae *b* exauste *R* || a Seleucia *Grotius* Seleuciae *B* seleutiae *R* || 22 tesipontem *R* ctesipontem *B* ctesiphontem *b* || 23 concidere *BR corr. p* || parti at $B^{1}R$ || 24 *de* abdita *cf. Mommsenus ad Sol. p. 229, 7* || trogoditarum *R* ||

rum et Ichthyophagorum gentibus. sed primi feras cursu praetereunt. alteri nando marinas beluas uincunt. sunt et Gorgades insulae obuersae promunturio quod uocatur Hesperu ceras. has incoluisse Gorgonas ferunt, in quas a continenti biduo nauigatur. ultra has Hesperidum insulae, quae in intimo admodum mari sunt. Fortunatas autem insulas in laeua Mauritaniae constitutas inter meridiem occasumque non dubium est. quarum prima Membriona dicitur, secunda Iunonia, tertia Theode, quarta Capraria, alia Niuaria, quae aëre nebuloso et concreto est. mox Canaria, canibus inmensae magnitudinis plena. omnes auibus plenae, nemorosae palmiferae, nuce pinea, mellis copia, amnibus ac siluris piscibus abundantes.

703 Percursus breuiter terrarum situs, licet ignobilia quaeque praeteruolans immorari non potui, tamen ut orbem terrae mariaque ammensa cognoscar, mensuram omnem breuiter intimabo. a Gaditano freto per longitudinem directo cursu ad os Maeotis $\overline{\text{XXXIIII}}$. XXXVII *milia* passuum. uniuersus autem circuitus ab eodem exordio per sinus dictos intra Maeotium lacum CLVII, cum ipsa uero Maeotide $\overline{\text{CLXXXII}}$. XC. Europae mensura solius $\overline{\text{LXXXII}}$. XCIIII. Africae longitudo $\overline{\text{XXXVII}}$. XCIIII, la-
227 G titudo in Cyrenaicam eius partem DCCCCX. Asiae uero longitudo $\overline{\text{LXIII}}$. DCCL latitudo ab Aethiopico mari ad

§ 703 ex Plinio VI 206—210

1 hictiophagorum *B* yctyophagorum *R* || 3 gordades *b* || promuntorio *b* promuncturio *R* || 4 esperuceras *B* espereucheras *b* esperuteras *R* || 7 mauretaneae *B*[1] || 8 Norion *Solinus p. 230, 16* Ondrion *Plinii libri* || 9 *de* Theode *cf. Salmasius ad Solinum 56, 16* || 19 milia *add. p* || 21 sinos *R* || $\overline{\text{C}}$. LVIIII M p. *Plinius VI 207* || 22 $\overline{\text{CLXXIII}}$. XC M p. *Plinius l. l.* || 24 cuirenaicam *R* quirenaicam *B* sirenaicam *b* || 25 $\overline{\text{LXIII}}$. DCCCL *B*[1] ($\overline{\text{LXIII}}$. LXXV M p. *Plinius VI 209*) || ad *om. R* ||

Alexandream iuxta Nilum sitam per Meroen et Syenen XVIII. XXV.

Exposita est terrae, quam ipsa peragraui, aequorumque mensura; nunc ad artis praecepta, ut iussum est, ueniemus.'

Dixerat, at Paphie paulum contractior ore 704
  mora intricante laeditur,
nixaque mox famulis marcentia terga reclinat
  magisque lassa pulchrior.
hic dudum roseas inter resoluta puellas
  Voluptas ⟨inquit anxia
'unde haec tam duris immitis rustica membris
  peregit orbis circulum,
et tantos montes fluuios freta compita currens
  delere uenit taedia?
hanc ego crediderim sentis spinescere membris,
  neque hirta crura uellere.
namque ita puluerea est agresti et robore fortis,
  iure ut credatur mascula.'

quo dicto Iocus ministris Veneris suscitatur ipsique Cythe- 705
reae, cui de proximo, susurratim decenter adrisit. quam
Arcas nutu hilaro et quo eam⟩ solitus intueri propter diuum reprehensiones circumspectus inhibuit. uerum Pronuba propter assidens 'nihil mirum' inquit 'si propere Venus cum deliciis famulitioque tam comi appulsa est lasciuire. nam et nuptialiter laeta est et blanda semper arridente Cyllenio'. et cum dicto Geometria praecipitur ad promissa properare sed ita, ut summa quaeque perstringens fastidium non suscitet tarditate. tum illa 706

1 alexandriam *R* || 2 XVIII . LXXV M p. *Plinius l. l.* || *ad* XVIII *add.* al XVes . III^{ter} *b* || 6 ad *B* || paphie *b* paple *B* paphile *R* || ora *r* || 9 magisque *Lucianus Müllerus* magis quod *BR* || laxa *R*[1] | 12 montis *B* || 17 neque irrita *B* nec irta *b* neque irta *D* || 18 et agresti *b* || 20 cytereae *BD* || 21 arrisit *bD* || 23 inibuit *B* || 27 dictu *B*[1]*R* || 28 praestringens *Rb* praestinges *B corr. p* || 29 *ante* tum *add.* k *B* ||

'Omnis mea quae in infinitum propagatur assertio, numeris lineisque discernitur, quae nunc corporea tum incorporea comprobantur. nam unum est quod animi sola contemplatione conspicimus, aliud quod etiam oculis intuemur. uerum prior pars, quae numerorum regulis rationibusque concipitur, germanae meae Arithmeticae deputatur. alia est linearis atque apodictica huius pul-
228 G ueris erudita cognitio, quae quidem ab incorporeis procreata ac sensim *in* multiplices formas effigiata tenui ac uix intellectuali principio in caelum quoque subuehitur.
707 quod quidem incorporeum inuisibileque primordium commune mihi cum Arithmetica repperitur. nam monas eiusdem insecabilis procreatio numerorum est, mihique signum uocatur, quod utpote inconprehensibile parte nulla discernitur, apud illam dyas lineam facit, mihi linea in longitudinem ducta latitudinis nihil prorsus adquirit. superficies item mihi tam longe lateque diffusa sine profunditate censetur, illi numerus, qui cunctis accedere speciebus gregatim singulatimque potest, nisi rebus incidat incorporeus inuenitur. ergo incorporea utriusque principia.

708 Verum primae apud me formandorum schematum partes duae: una quae dicitur planaris, quam ἐπίπεδον Graece soleo memorare, alia solida, quam στερεόν dicimus. et prioris principium est σημεῖον, quod punctum uel signum Latiariter appellatur; consequentis superficies, quae ἐπιφανεία dicitur. punctum uero est, cuius pars nihil est, quae si duo fuerint, linea interiacente iunguntur. linea uero est, quam γραμμήν uocamus, sine latitudine

---

1 finitum *B*¹ || 6 conspicitur *b* || aritmeticae *B*¹ || 7 apodictica *b* optica *BR* || 9 sensib· *r* || in *add. p* || 10 subueitur *B* || 11 incorpoream *B*¹ || 12 aritmetica *B* || 13 progregatio *B*¹ || 17 itim *B*¹*R* || 18 accedere *B*¹*R* || 19 singillatimque *r* || 22 scematum *BR* || 23 epipedon *BR Graecos terminos in p deinceps emendatos esse singillatim non notabo* || 24 stereon *BR* stirion *b* || 25 simion *BR* || 26 latialiter *R* || *ad* consequentis (*corr. ex* consequentes) *add. b* al quens || 27 epiphania *BR* || 29 grammeu *R* gramen *B* ||

longitudo. ⟨linearum aliae directae sunt quas εὐθείαϲ 709
dico, aliae in gyrum reflexae quas κυκλικάϲ, non nullas
etiam ἑλικοειδεῖϲ, alias καμπύλαϲ pro obliquitate discri-
mino. quae tamen lineae punctis utrimquesecus inclu-
duntur, sic uti ipsae quoque superficiem circumcingunt.
superficies est, quae longitudinem et latitudinem tantum
habet, profunditate deseritur, ut est color in corpore.
hanc ἐπιφανείαν Graeci dixere, et ut dixi eius termini
lineae sunt, siue plana sit siue sinuosa.

Planus autem fit angulus in planitie duabus lineis se 710 229 G
in uicem tangentibus et non unam facientibus ad alteru-
trum inclinationem. quando autem aeque intra se tenent
angulum lineae et directae fuerint, directilineus dicitur
angulus et Graece εὐθύγραμμοϲ. quando autem directa
super directam iacentem⟩ stans dextra laeuaque angulos
aequales fecerit, directus uterque est angulus, et illa su-
perstans perpendicularis dicitur, sed Graece κάθετοϲ.
angulus maior directo obtusus dicitur, minor directo acu-
tus. definitio est res, quae alicuius est terminus. forma est
res, quae ex aliquo uel aliquibus terminis continetur. circu-
lus est figura planaris, quae una linea continetur. haec linea 711
περιφέρεια appellatur, ad quam ex una nota intra circulum
posita omnes directae ductae lineae aequales sunt. punctum
autem est circuli media nota. diametros est directa linea
quaedam per punctum supra dictum ducta, quae orbem
aequalibus partibus diuidit. hemicyclium est figura, quae
diametro et peripheria media, quam eadem diametros di-
stinguit, continetur. lineae tres directae diuersa positione
faciunt trigonum, quattuor tetragonum, multae polygonum.

---

1 Εγτias *B* ertias *D* || 2 girum *D* || cyclicas *B* cididas *D* || 3 elicoides *BD* || campelas *BD* cambelas *b* || discriminis *B*[1] || 5 sicut *bD* || 8 epiphaniam *BD* || 9 *figuras margini cod. B deinceps appictas omisi* || ΕΥΓΥ (τι *D*) ΓΡΑΜΜΟϹ *BD* || 17 catetos *BR* || 18 directa *B*[1]*R* || 19 ex aliquo *bR* alico *B* || 20 alico *corr. in* aliquibus *B* ex *add. b* aliquibus *R* || 21 ex *ante* una *add. r* || 2 perepiphania *BR* perypiphania *b* || 26 emicyclium *B* emiciclium *R* || 27 perepiphania *BR* || media] *cf. ad p. 67, 9* || 29 poligonum *BR* ||

et hae planae figurae dicuntur. quarum sunt genera tria. quorum unum directis lineis clauditur, quod Graeci εὐθύγραμμον uocant. aliud quod inflexis, quod καμπυλόγραμμον dicunt. tertium quod directis simul curuisque
712 lineis aptatur, quod μικτόν dicunt. εὐθύγραμμος igitur et τρίπλευρος et τετράπλευρος et πολύπλευρος dicitur. τρίπλευρος tres habet formas. nam trigonus *est* aut ἰσόπλευρος, quod Latine aequilaterum dicitur, quod tribus paribus lineis lateribusque concurrit; aut ἰσοσκελής
230 G quod ex tribus lineis duas aequales habet, quibus quasi cruribus insistit, denique aequicrurium uocitatur; aut σκαληνός, quod omnes tres lineas inter se inaequales habet. εὐθύγραμμος item τετράπλευρος quinque species habet: primam quae quattuor aequalibus lineis et directis angulis sustentatur, quod schema tetragonon dicitur. secunda species, quae directiangula est, non aequilatera, et dicitur ἑτερομήκης. tertia aequilatera est non tamen directiangula et dicitur ῥόμβος. item quae ex aduerso sibi latera aequalia et contrarios angulos in uicem sibi aequales habeat et neque omnia latera in uicem sibi aequalia neque angulos directos et dicitur ῥομβοειδής. [item quae nec latera sibi in uicem aequalia nec angulos directos sed acutos et obtusos et dicitur ῥομβοειδής]. extra has formas quicquid quadrilaterum est τραπέζιον uocatur. parallelae sunt directae lineae, quae in eadem planitie ⟨constitutae

---

1 hae *BR* eae *br* || 2 ЄΥΤΥΓΡΑΜΜΟΝ *BR* || 3 ΚΑΜΠΙ(Υ *R*)ΓΡΑΜΜΟΝ *BR* || 4 curuis *B*[1]*R* || 5 ΜΙ (Υ *R*) ΚΤΟΝ *BR* || eutygrammus *B* eutygramnus *R* || 6 tripleuros et tetrapleuros et polypleuros *BR* || 7 tripleuros *BR* || est *add. p* || 8 isopleuros *BR* & isoaequus idē ē *add. b* || 9 partibus *R* || ΤΙCΟCΚЄΛЄC *B* ΙCΟCΚЄΛЄC *bR* || 11 uocitatur *B* || 12 CΚΑΛ (Δ *R*) ЄΝΟΝ *BR* || 13 habeant *B*[1]*R* || eutygrammos *BR* eutygramnos *b* || tetrapleuros *BR* || 15 scema *BR* || 16 *post* species *add.* ÷ *b* || 17 ЄΤЄΡΟΜΗΚЄC *BR* || 18 ΡΟΝΒΟC *R* || latere *B*[1] || 19 qualia *B*[1] || 20 quae *ante* neque *add. b* || 21 ΡΟΝΒΟΙΛΝC *B* ΡΟΝΒΟCΤΑΝC *b* ΡΟΝΒΟΙΛΝЄ *R* || item quae — et dicitur ΡΟΝΒΟΗCΤΑΝC (ἀμφίπλευρος *p*) *om. BRD add. b in marg. nihili sunt neque leguntur Euclid. I 33* || 25 plantia *R* planitia *B* planitie *b* ||

atque productae in infinitum nulla parte in se incidunt. dictum de tetrapleuris, quorum similitudo polypleura schemata potest docere. in his autem pentagona hexagona et cetera euthygrammi generis continentur.

Sequitur secundum schematum genus, quod curuis 713 lineis informatur, quod καμπυλόγραμμον appellatur, cuius species duae sunt. una quae integri circuli rationes tenet, nam integer est cum ad eius circumferentiam ab uno centrali lineae protentae undique aequales sibi sunt. alia quae obducti circuli diuersitates ostendit. tertium genus 714 est planorum schematum, quod μικτόν uocant. quod partim curuis lineis, partim directis includitur, ut est semicirculus, cuius ut supra dixi gyrum curua linea facit et alia directa, quae linea sic ut dixi διάμετρος dicitur, Latine distermina,〉 quae si in circulo pleno sit, per centrum eius ad utramque circumferentiam peruenit. *231 G*

In his generibus planorum alia schemata dicuntur 715 ergastica, alia apodictica. ergastica sunt, quae faciendae cuiuslibet formae praecepta continent. apodictica quae probandi quod asseuerant adferunt documenta. uerum Graecis nominibus sic appellantur. primus συστατικός, secundus τμηματικός, tertius ἀνάγραφος, quartus ἔγγραφος, quintus περίγραφος, sextus παρεμβολικός, septimus προσευρετικός. τμηματικός est qui docet quibus argumentis lineas praecidamus ad imperatum modum. συστατικός dicitur quo docetur, quibus argumentis propo-

---

2 polipleura *D* || 3 scemata *BD* || pentegona *D* || exagona *BD* || 4 eutygrammi *B* eutigrammi *D* || 5 scematum *BD* || 6 ΚΑΝΠΥΛΟΓΡΑΜΜΟΝ *D* ΚΑΝΠΥΑΟΓΡΑΜΜΟΝ *B* || 7 *post* integer *add.* est *BD* || 10 *post* ostendit *add.* k *B* || 11 scematum *BD* || 12 partem *bis* B^1D || includit *bD* || 13 girum *D* || 14 diametros *BD* || 15 disterminato *D* dimetiens *coni. Böttgerus l. l.* || 21 systaticus *BR* || 22 τμηματικός *et hic et postea Grotius* itmematicus *BR* || anagraphos *b* anagraphas *BR* || engraphos *b* engraphas *BR* || 23 perigraphos *b* perigraphas *BR* || parembolicus *BR* || proseureticus *BR* (proseuretibcus B^1) || τμηματικός *Grotius* systaticus *R* systatias *B* || 25 συστατικός *Grotius* itmematicus (*corr. ex* anagraphos) *B* itmematicos *R* || 26 anagraphos (*ita etiam R*) dicitur quo docetur *om.* B^1 || dicitur *om. R* ||

sitae lineae adiungi et adscribi possint. ἀνάγραφος dicitur quo docetur reliquum schema quod imperatum est. ἔγγραφος est qui monstrat quibus argumentis dato circulo uerbi gratia imperatum trigonum uel quid aliud in medio possimus conuenienter ascribere. περίγραφος tropus est qui docet quem ad modum datum circulum uerbi gratia quadrato concludamus schemate. παρεμβολικός est qui docet quem ad modum uerbi gratia dato tetragono immittamus datum trigonum, ut trigoni spatia crescant, non schema mutetur. προσευρετικός tropus est qui docet quem ad modum uerbi gratia inter datas impares lineas inueniamus mediam, quae tantum cedat maiori lineae quantum praecedit minorem. hi sunt tropi gene-
716 rales ergasticorum schematum. apodictici autem tropi ideo transeuntur, cum mihi cum Dialectica, quam audistis, communes sint. sed omnia schemata quinque partibus communibus intexuntur, quae a Graecis sic appellantur: prima πρόθεσις, secunda διορισμός, tertia κατασκευή, quarta ἀπόδειξις, quinta συμπέρασμα. Latine autem sic possumus interpretari: prima schematis propositum, se-
232 G cunda determinatio quaestionis, tertia dispositio argumentorum, quarta demonstratio comprobatioque sententiae, postrema confinis conclusio. hoc de generibus planorum dictum sit: ad theorematum membra redeamus. nam utique membra sunt linea et angulus.

717 Angulorum natura triplex est. nam aut iustus est

---

2 ascribi *R* || 2 puo modo concludendum est *ante* reliquum (relicum *B* reliqum *b* *add. D om.* *BR* || scema *BR* || 3 engraphos *BR* || 5 k *post* ascribere *add.* *B* || perigraphos *B* perigraphus *R* || 6 *sub* tropus *linea ducta in B* || 6 *et* 8 quēāmodum *B* || 7 scematae *R* || parembolicus *BR* || 9 immitamus *BR* || trigoni *Böttgerus* tetragoni *BR* || 10 scema *BR* || proseureticus *BR* || 11 quēammodum *B* || 12 lineas *bis scriptum a* B^1 || maiorae B^1 || 13 generalis B^1R || 14 scematum *BR* || 16 scemata *BR* || 17 communes *R et corr. in* commune *B* ł nibus *add. b* || sintextuntur B^1 || 18 protasis *BR* || diorismos *BR* diarismos *b* || catasceue *BR* || 19 apodixis *R* apoxidis *B* apodoxis *b* || symperasma *BR* || 20 scematis *BR* || 23 confinis *add. bd om.* *R* || 25 utrique *b* ||

aut an-<gustus aut latus. iustus est qui directus et semper idem, angustus autem acutus est et semper mobilis, latus uero obtusus mobilisque similiter. nam cum latior fuerit directo siue multum siue exiguum, obtusus tamen erit, et cum moueris in forma eadem permanebit, quae mobilitas in lineis constat, cum maiores minoresque formantur. huius autem collationis quattuor sunt species: prima dicitur ἰcότηc, secunda ὁμόλογοc, tertia ἀνάλογοc, quarta ἄλογοc. ἰcότηc est cum duae lineae pares uni mediae duplo pariliue conferuntur, ὁμόλογοc cum collata consentiunt, ἀνάλογοc cum linea ab alia duplo uicta aliam tantundem superat. ἄλογοc uero est quae neque aequalitate uel media tertiaue parte neque duplo triploue alteri ullaue parte consentit. omnis autem linea aut ῥητή 718
dicitur aut ἄλογοc.> ῥητή autem illa est quae prior proponitur aut quae propositae lineae communi mensura confertur. ῥητόν autem dicitur quicquid conuenit. proposita autem linea, quamuis collata non sit, tamen quia adhuc non est ἄλογοc alii collata, et habet quiddam quod e se sola perficiat rationabiliter, appellatur ῥητή. ἄλογοc autem iam collata linea efficitur, si dissonare per omnia repperitur. lineas autem quae sibi consentiunt cυμμέ- 719
τρουc dicimus, quae non consentiunt ἀcυμμέτρουc. et non mensura sola sed et potentia cυμμέτρουc facit et dicuntur δυνάμει cύμμετροι. in mensura autem pares cύμμετροι appellantur. ergo cum tam mensura quam potentia conferantur, omnes quae uel potentia uel mensura

---

2 et *om. D* || 8 *et* 9 isotes *BD* isotetes *b* || 9 ἰcότηc est cum collata consentiunt ὁμόλογοc (omologos *BD*) cum duae lineae pares uni mediae duplo pariliue conferuntur *BD: uerba duce Euclide transposuit Böttgerus* || 8 *et* 11 analogos *BD* || 9 *et* 12 alogos *BD* || 10 collata *B* cola *D* || deplo parili *B*[1] || 14 *ante* omnis *add.* k *B* || autem *om. D* || rete *BD* || 15 alogos *BD* || 14 *et* 20 rete *BR* || 17 reton *BR* || 18 collocata *B* || 19 *et* 20 alogos *BD* || 19 aliae *b* || 20 e se *r* esse *BR* || 22 *et* 24 CYMMETPA (Λ *R*) C *BR* || 23 ametras *BR* || 25 dinami CYMMETPOI *BR* ł trae *add. b* || cύμμετροι *Böttgerus* mete CYMMETPOI (ΛЄ *b*) *BR* || 26 quam potentia — uel mensura *om. B*[1] ||

720 discrepant ἀcύμμετροι sunt. ex his alogae tredecim fiunt. quarum prima dicitur μέcη ἄλογοc. secunda ἐκ δύο ὀνομάτων ἄλογοc: huius species sunt sex. quarum prima
233 G dicitur πρώτη ἄλογοc, secunda similiter δευτέρα, item τρίτη et ceterae deinceps. item tertium genus dicitur ἐκ δύο μέcων πρώτη ἄλογοc et similiter ut supra. quartum ἐκ δύο μέcων δευτέρα ἄλογοc. quintum genus dicitur μείζων ἄλογοc. sextum ῥητὸν καὶ μέcον δυναμένη ἄλογοc. septimum δύο μέcα δυναμένη ἄλογοc. octauum ἀποτομὴ ἄλογοc. huius species sunt sex: prima secunda tertia et deinceps dicuntur ut supra. nona μέcηc ἀποτομὴ πρώτη ἄλογοc. decima ἀποτομὴ δευτέρα ἄλογοc. undecima ἐλάττων ἄλογοc. duodecima μετὰ ῥητοῦ μέcον τὸ ὅλον ποιοῦcα ἄλογοc. tertia decima μετὰ μέcου μέcον τὸ ὅλον ποιοῦcα ἄλογοc. hae omnes mixtae ceteris lineis dum aut trahunt suas aut alienas

---

1 a (*om. R*) CYMMETPΛI *BR* || *sequentia ex Euclide X 112 (uol. II p. 137 Aug.), ex quo desumpta sunt, emendauit Böttgerus* || 2 MECE∗ΛOΓ∗OC (alogos *b*) *B* mesolotos *R* || decim (*scil.* tredecim) — secunda *om.* R^1 || εK *BR* || δύο ὀνομάτων *Böttgerus* ΔYONON (O *add. B*) MΔTON *R et punctis suppositis B* MECH DYNAMIN *add. b* || 3 ΔΛOΓOC *BR* || 4 prote alogos *BR* || deutera *BR* alogos *add. b* || 5 tritae *B* trite *R* || ec (et B^1) dio (dyo *R*) meson prote alogos *BR* || 7 ec (et B^1) dy (o *add. B*) meson deut- (e *add. B*) ra alogus (alogos *b*) *BR* || 8 mizon (micton *b*) alogos *BR* || sextem *R*, *deinde* reton KΔIMCOI ΔYNΔMENH ΔΛOΓOC (ΔΛΩIOC *R*) *BR* (ec dimese dinamin alogos *add. b*) *corr. Böttgerus* || 9 Λ (Δ *R*) YOMECΔ ΔYNΔMENH *BR* (mese dinamin alogos al omesa dinamene alogos *add. b*) *corr. Koppius* || ΔΛOΓOC *R* MOΓOC *B* || octaua *BR corr. p* || 10 ἀποτομή *p* attoto *R* ΔTTOTO *B* || MNΔΛOΓOC *B* apotome alogos *add. b* MHΔΛOIOC *R* || 11 μέcηc *Böttgerus* MECH *BR* || 12 ΔTTΔ (O *R*) TO MH ΠPOTH ΔΛOΓOC *BR* || ΔΠOTOMH *BR* ΔΠΔTOMH *b* || ЄTЄPΔ *B* ΔЄYTЄPΔ *bR* || 13 *et* 14 ΔΛOΓOC *BR* || 13 ἐλάττων *Böttgerus* ЄΔΔCCON *B* (*supra* ΔΔ *add.* me *b*) ΔCCON *R* || MЄTΔPHTOY MЄCON TOΔON (N *om.* B^1) ΠOIOYCΔ (ΠOYOICΔ *B* ΠOYIC *b*) ΔΛOTOC *BR* || 15 MЄTΔ MЄCOY (MЄCON *b*) MЄCON (CO *del. b*) OΛON ΠOYOICΔ (ΠOYOC *b* ΠOIOYCΔ *R*) ΔΛOΓOC (ΔOΓOC *R*) *BR* (τό *add. Böttgerus* || haec B^1 || 16 certus B^1R ||

uires accipiunt, diuersis rationibus certos spatiorum mo-
dos, quos Graeci χωρία appellant, demonstrant.
Haec de planis dixisse sufficiat. nunc de solidis, quae 721
στερεά dicimus, uideamus. στερεόν schema, quod longi-
tudine latitudine altitudine constat, cuius extremum su-
perficies est, ut in planis linea. subsistit autem solidum
schema planorum schematum superficie. nam subiacenti
trigono pyramis imponitur, circulo conus aut cylindros,
quadro cubus, et cetera similiter. sphaera sane intrinse- 722
cus capax omnium circulis subsistit, in quos resoluitur.
soliditas uero efficit schemata generalia, ⟨quae dicuntur
a Graecis pyrames. item prisma, id est sectio, quae in-
star schematis est. item cubus. item conus. item cylin-
drus. item sphaera. his adduntur nobilia schemata ex
his composita ὀκτάεδρος item δωδεκάεδρος item εἰκο-
σάεδρος. quae cuncta ut ordine suo monstremus in pul-
uere, haec primitus concedenda fas sit. ab omni signo ad
omne signum directam lineam ducere et terminatam dire- *234 G*
ctam per continuum in directam emittere, et omni centro
et interstitio circulum scribere, et omnes directos angulos
in uicem aequales sibi esse, et omnem directam lineam
terminatam quantum uidetur producere, et si in duas di-
rectas lineas directa linea incidet intus et eadem parte
duos angulos duobus rectis minores faciat, ex illa parte
qua sunt minores duobus rectis directas lineas conuenire.⟩
communes animi conceptiones sunt tres: quae eidem ae- 723
qualia sunt, et in uicem sibi aequalia sunt; et si aequalibus
aequalia addas, tota aequalia esse; et si aequalibus aequa-
lia adimas, aequalia sunt reliqua.' haec cum permissa 724

---

2 χωρία *Böttgerus* coras *BR* || 4 sterea *B* steria *R* stiria *b* || stereon *BR* stirion *b* || 4 *et* 7 scema *BR* || 6 solum *R* || 7 scematum *BR* || 8 cilindros *BR* cilindrus *b* || 9 cibos *B* cubos *b* cybos *R* || similia *b* || 11 *et* 14 scemata *BR* || 11 quod *D* || 12 pyramis *B* || 12 scematis *BD* || cibus *BD* cubus *b* || cilindrus *D* || 15 octaedros *BD* || duodece- (ae *B*) dros *BD* || icosaedros *BD* || 17 primitus *B* || concidenda *B*¹ || 23 incidens *B* (*ad* fuerit *add.* s. fuerit *b*) || *ad* eadem *add.* s. in *b* || *ad* parte *add.* s. sua *b* || 25 *ad* conuenire *add.* s. fas sit *b* || 26 communis *B*¹*R*¹ ||

conspiceret, lineam in abaco rectam ducens sic ait 'quem ad modum potest super datam directam terminatam lineam trigonum aequilaterum constitui?' quo dicto cum plures philosophi, qui undiquesecus constipato agmine consistebant, primum Euclidis theorema formare eam uelle cognoscerent, confestim adclamare Euclidi plaudereque coeperunt. cuius laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se per sectantis gloriam sublimari prouehique cognoscens ab eodem, libros eius, quos casu apportari conspexerat, festina corripuit, atque in ceterae astructionis doctrinaeque documentum Ioui ac senatui caelitum offerens intimauit. quo facto et doctissima cunctarum et benignissima comprobatur.

< LIBER VII

DE ARITHMETICA

725 *235 G* Postquam conticuit prudens permensio terrae,
Innuba sollertes curam quae instigat in artes,
sic abacum perstare iubet, sic tegmine glauco
pandere puluereum formarum ductibus aequor.
altera tunc etiam gerularum accire iubetur
germanam doctae mundum quae admensa sororis.

---

2 supra *b* || 5 eoclidis B^1R || 6 oclidi *BR* eoclidi *b* || 8 gloria *b* || proueique *B* || 9 apportare *BR* *corr. p* || 10 inter *br* || asstructionis *B* || 11 ioui *b* obi *B* iobi *R* || *subscriptum* MARTIANI MINNEI (MIṆNEI *B*) FELICIS CAPELLAE AFRICANI CARTHAGINIENSIS DE GEOMETRIA (GEOMETRICA *B*) LIBER VI EXPLICIT *in BR* || 14 *inscriptum* INCIPIT DE ARITHMETICA (ARITMETICA B^1) LIBER VII (SEPTIMVS *D*) *in BD* FELICITER *add. B* || 18 clauco B^1 ||

nec mora digreditur. tunc rursus dia Voluptas
ipsius aetheria Cylleni immurmurat aure
'cum doctas superis⟩ admirandasque puellas
adprobat Armipotens, tu optati lentus amoris
gaudia longa trahis captumque eludis honorem?
seria marcentem stupidant commenta maritum.
talia conplacita spectat fastidia uirgo:
nec te cura tori nec te puer ambit herilis
nec mea mella rapis? quaenam haec hymeneia lex est?
in Veneris agro Pallas sibi uindicat usum:
quam melius thalamo dulcis petulantia feruet.
casta maritalem reprimit Tritonia mentem,
et nuptae non aequa uenit: poscenda Dione est
conueniensque tibi potius celebrare Priapum.'

his Atlantiades auditis licet risum inhibere uix posset, ne 726 infacetus tamen et impar lepidulis haberetur, hilaro susurramine sic respondit

'licet urgeas Voluptas
thalamos inire suadens,
tamen exeret peritas
breuis ambitus puellas:
demumque nec iugalis
cessator intricatus 236 G
tardabo fulcra lecti
et siquid illa nostrae
Veneris feret Voluptas
nec uobis abnegabo:
furtis modo adlubescat,
et clam roseta paruae

---

5 eludis *b* laudis *BR* || 7 fastidia *nescio quis post Vulcanium sed ante Grotium* fastigia *BR* || 8 herilis *b* || 9 haec *om.* B^1 NEC *R* || hymeneia lex *in rasura B* HYMELEΛ *R* ñ imenela R^m || 10 uendicat *b* || 11 feruit B^1r || 13 dionae B^1R^1 || 14 piapum B^1 || 15 atlantiades *B* athlantiades *b* alantiades *R* adlantiades *r* || 16 infracetus *r* || lepedulis B^1 || habetur *R* || 18 urges *BR* urgueas *b* || 19 talamos R^1B || 22 demum *b* || 24 fulchra *b* || 25 si *om.* B^1 || 26 feruet R^1 || 28 furiis *b* ||

liliaque det papillae.
ne nunc sensu iugalis
ferat pudore morsum
et uulsa fellis atro
laceros trahat capillos.'

727 quo dicto ⟨renidens et plus solito laetior Voluptas ad Venerem regressa cuncta eius auribus intimauit. quae deliciosa mollitie et interrumpente genas rubore paene prodidit susurrata tuncque marcidulis decenter paeta luminibus Maiugenam conspicata quodam aspectu promittentis inlexit, quam Saturnia de propinquo uelut deprehendentis
728 castigabat obtutibus. quae dum geruntur Paedia, quae egressa dudum, cum alia femina miri decoris ingreditur, cui quaedam maiestas nobilissimae uetustatis et ipsius Tonantis natalibus ortuque praecelsior uultus ipsius lumine renidebat. quae etiam miraculis quibusdam capitis reuerenda uidebatur. nam primo a fronte uno sed uix intellegibili radio candicabat, ex quo item alter erumpens quadam⟩ ex primo linea defluebat. dehinc tertius et quartus tumque etiam nonus decuriatusque primus honorum reuerendumque uerticem duplis triplisque uarietatibus circulabant. sed innumerabili radios multitudine prorumpentes in unum denuo tenuatos miris quibusdam de-
729 fectibus contrahebat. huius autem multiplicem pluriformemque uestem quoddam uelamen, quo totius naturae opera tegebantur, abdiderat. digiti uero uirginis recursantes et quadam incomprehensae mobilitatis scaturrigine uermiculati. quae mox ingressa septingentos decem et
237 G septem numeros conplicatis in eos digitis Iouem salutabunda subrexit. tum Philosophia ut Tritonidem propter

2 NEC *R* ne *B* nunc *add. br* || sensu *scripsi* sensus *BR* || 3 ferat pudore morsum *scripsi* feralis cura morsum *BR* || 7 delitiosa *BD* || 9 peta *BD* poeta *b* || 10 conspicatur B^1*D* || 11 deprehendentis *D* de prudentis *B* ał dep̄hendentis *add. b* || pedia *B* poedia *D* || 16 ei iam *b* || 20 decoriatusque *b* || 21 duplicis B^1 || 24 contraebat B^1 || plurimiformemque *B* || 27 nouilitatis B^1 || 28 septingentis *b* || 29 numeris *b* || eius *r* || 30 surrexit B^1 || tritonidam *corr. p* ||

astabat, quid numero tali Arithmetica intulisset exquirit. cui Pallas 'proprio' inquit 'Iouem nomine salutauit'. ac tunc illi radius, qui primus emerserat, conliniatae lucis nitore porrecto ipsius Iouis uerticem luminauit. quibus miraculis radiorum innumera repente multitudine prorumpente non nulli tellustres siluicolaeque diui Herculem conspicati opinantes eam hydreo germine pullulare. ac tunc oborto terrigenis mussantibus murmure puer ille piceus iussus admonere silentium. uerum feminam Pythagoras ut inter sapientes stabat usque abacum consecutus idemque iam artem promere cupienti quandam lactei luminis facem officioso consistens munere praeferebat. tum illa antequam iuberetur quid adportet expromere, sic exorsa

'Non ignota caelo nec rebus mundanis ignorata quas 730
genui adueni, superi, uestrum quidem nil dedignata concilium, quamuis singulos uos uniuersosque recenseam ex meis ramalibus germinare. tuque potissimum, quem principalis ante cunctos procreauit emissio, tuae singularis primigeniaeque naturae fontem Iuppiter recognosce. nec despicabilem uetrum omnium matrem Mercuriale quod habeo me faxit officium, cum prosapiam arcanae sortis originisque primordialem uobis studeam comprobare. quae cum in terris exerceor, astrorum populus recognoscat honorandam suae multitudinis genetricem.

⟨Prae cunctis igitur adfata sacra MONAS esto, quam 731
ante cuncta uibrantem sociati postmodum numeri principia docuerunt. quae si species est accidens cuilibet extantium primo, priusque est quod numerat quam illud nu-

---

1 aritmetica *BR* || inquirit *R*¹ || 2 inquid *B*¹ || 3 ille *b* || qui *om.* *B*¹*R* || 6 tellustres *Vulc.* telluristres *B* tellurestres *bR* || 7 ydreo *BR* || pollulare *B*¹*R* || 8 murmorent *B*¹ || 9 pytagoras *BR* || 10 stabat *b* estabat *B* exstabat *r* || consecatus *BR* ** consecutus *b* || 12 'pacem *B*¹*R* || *ad* munere *add.* al lumine *b* || 14 est *post* exorsa *add.* *b* || 16 superi *scripsi* super *BR* || 20 primigeneque *b* || 21 descapicabilem *R* || mercoriale *B*¹*R*¹ || 22 prosapientiam *R* || 23 primordialim *B*¹*R*¹ || 25 genitricem *br* ||

merandum, rite eam ante ipsum, quem principem dixere, ueneramur. nec dissimulabo ex eo quod monas retractantibus unum, solum ipsam esse ab eaque cetera procreari
238 G omniumque numerorum solam seminarium esse solamque mensuram et incrementorum causam statumque detrimentorum. quae tamen ubique pars est ubique totum, dum per cuncta perpetua: neque enim quae est ante extantia et quae post absumpta non absconditur, potest non esse perpetua. hanc igitur patrem omnium Iouem rite esse nominatum, quod quidem idealis illius intellectualisque speciei uis causatiua testatur. ad cuius exemplum unum deum unum mundum⟩ unumque solem singularemque lunam, elementa etiam, IIII quae extant, singula memorari. licet Aristoteles, unus e sectatoribus meis, ex eo quod unum solum ipsa sit et se quaeri semper uelit, cupidinem adserat nominatam quod se cupiat, si quidem ultra nihil habeat et expers totius elationis aut copulae in se proprios detorquet ardores. hanc quoque alii concordiam hanc pietatem amicitiamque dixere, quod ita nectatur ut non secetur in partes: tamen rectius Iuppiter nuncupatur quod sit idem caput ac pater deorum.

732 Denique cum unum facta in quodcumque defluxerit, licet eius linea insecabilis ac sine latitudinis significatione fundatur, dyadem tamen facit. quae DYAS quod sit prima procreatio a non nullis genesis dicta. quod autem inter eam ac monadem prima coniunctio est consortiumque consimile, Iuno perhibetur uel coniunx uel germana praecedentis. est autem medietatis capax. nam bona malaque participat. eadem discordia ex qua aduersa oriantur, utpote quae prima poterit ab adhaerente separari. in bonis

3 ab eaque *D* ab ea adque (*corr. in* atque) *B* || 8 absconditur *D* abscenditur *B* scinditur *b* || 10 *supra* illius *add.* omnibus *b* || 13 IIII quae extant *scripsi* in quo extant *BR* || memoraui *b* || 14 aristotiles *B*[1]*R* || 16 *ad* ultra *add.* se *b* || 17 proprium *B*[1]*R* || 20 iupiter *R* || 21 fit *B*[1]*R* || 24 diadem *BR* || dyadas *B*[1] || 25 a *om. R* || ÷ *post* dicta *add. b* || 29 ex qua *Vulc.* et quae *BR* || oriuntur *b* riantur *B* || 30 utpute *R* || aderente *B*[1] ||

uero eadem iustitia, quod duobus aequis gaudeat pariter ponderatis. eademque societas, quod uinculum quo media conectantur habeatur utrimque commune. ab hac numerus auspicatur et est opinabilis corporatio motusque primi probamentum. elementorum etiam mater: nam de dyade quartus elementorum [etiam mater] numerus procreatur, primaque forma paritatis est. *239 G*

733 TRIAS uero princeps inparium numerus perfectusque censendus. nam prior initium medium finemque sortitur et centrum medietatis ad initium finemque interstitiorum aequalitate conponit. denique Fata Gratiarumque germanitas et quaedam uirgo, quam dicunt 'caeloque ereboque potentem' huic numero colligatur. ex eo etiam perfectus quod perfectos gignit senarium nouenariumque. cuius auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. tres symphonias continet harmonia id est diapason hemiolion diatessaron. in tria se spatia temporis cursus alternat ideoque tribus diuinatio memoratur. idem mundana perfectio est. nam monadem fabricatori deo, dyadem materiae procreanti, triádem idealibus formis consequenter aptamus. animam uero rationis et iracundiae cupiditatis-<que distribuere trigario.

734 Quid TETRADEM dicam? in qua soliditatis certa perfectio. nam ex longitudine ac profunditate conponitur decasque plena his quattuor numeris gradatim plicatis integratur, id est uno duobus tribus quattuor. item hecatontas a decade quaternario cumulatur id est decem uiginti triginta quadraginta, qui sunt centum. et item a centum quattuor numeri reddunt mille id est centum ducenti trecenti quadringenti. sic decem milia ceteraque ex-

1 *ante* quod *add.* ÷ *b* || 2 medio B^1R || 5 elimentorum B^1 aliorum *supra add. b* || 6 diade *R* || etiam mater *om. p* || nam *ante* numerus *add.* B^1 || 12 *Verg. Aen. VI 247* || 16 sinfonias *B* symphonias *b* sinphonias *R* || armonia *BR* || emiolion *bR* emolion *B* || 17 tria se *B* trias *R* || alternae *R* || 19 materiei *b* || 20 procreandi *b* || 22 trigario *Grotius* tricario *BR*. || 25 plicatis *Monac. 1* plicitis *BD* || 26 unum *b* || tres *BD corr. p* || aecatontas *B* ekatontas *D* ||

crementa complentur. quid quod quattuor anni tempora frontesque caeli elementorumque principia esse non dubium est? hominum etiam quattuor aetates quattuor uitia quattuorque uirtutes. hic numerus quadratus ipsi Cyllenio deputatur, quod quadratus deus solus habeatur.⟩

735 Sequitur PENTAS. qui numerus mundo est adtributus. nam si ex quattuor elementis ipse sub alia forma *240 G* quintus, pentade est rationabiliter insignitus. qui quidem permixtione naturali copulatur. nam constat ex utriusque sexus numero. trias quippe uirilis est, dyas femineus aestimatur. apocatastaticus etiam dicitur et siue cum aliis inparibus siue cum suo genere sociatus se semper ostendit. nam quinque per quinque habes uiginti quinque, et quinquies terni quindecim, et quinquies septeni tricies quinquies, et quinquies noueni quadragies quinquies. item zonae terrae quinque. in homine sensus quinque, totidemque habitatores mundi generibus ut homines quadrupedesque reptantes natantes uolantes. hunc numerum quis neget esse diametrum? nam decadis perfectio circulusque huius hemisphaerio dissecatur.

736 SENARIVM uero perfectum analogicumque esse quis dubitet cum suis partibus impleatur? nam et sextam sui intra se continet quod est unus, et tertiam quod duo, et medietatem quod tres. item naturalia officia sine quibus esse nihil potest sunt sex: magnitudo color figura interuallum status motus. item motus totidem differentiae sunt. nam mouemur prorsum retrorsumue, dextra laeuaque, sursum deorsumque. nam ille aeternus quidam motus est circuli. hic autem numerus Veneri est adtributus, quod ex utriusque sexus commixtione conficitur id

---

3 aetas B^1 || 5 deputatur *om.* *B* || 6 modo B^1R || 7 elimentis *B* || 9 utroque B^1R || 11 apocatasticus *supra addito* singł *b* || 12 suo *p* sio *RB* *(in quo tamen* o *in ras.)* || 14 tricies *scripsi* (trigies. *p*) tries *BR* || 15 quinques *B* quinquis *b* || quinque noueni *BR* || quadrages quinques *BR* quadragis quinquis *br* || 17 habitores *B* || 20 eius *b* || emisferio *R* emis*ri*o *B* phe *add.* *b* || dissecatur *b* edissicatur *B* dissicatur *R* || 22 sextum B^1R || 23 tertia *R* ||

est ex triade qui mas quod inpar est numerus habetur, et dyade quae femina paritate: nam bis terni sex facit. solida etiam figura quadrati sex superficies habet. totius harmoniae toni sunt sex id est quinque toni et duo hemitonia. idem per primum motum hoc est dyadem collatus 737 duodecim facit, inter quos duos numeros duo medii inueniuntur id est octo et nouem. quorum unus ex meo nomine regulaque censetur: nam arithmeticus memoratur id est nouenarius: eodem enim numero superatur a duodecim quot numeris superat senarium id est tribus. alius autem numerus, id est octo, musica ratione confertur. *241 G* ea enim parte superatur a duodecim qua ipse superat sextum, id est tertia: nam sexti tertia duo sunt, duodecimi ⟨tertia quattuor. quod geometrica ratione conponitur. ea enim possunt per collationem media, id est octo per nouem, quae extrema, id est sex per duodecim: nam utraque faciunt septuaginta duo. item et in maioribus numeris media extremorum rationibus conponuntur sub praedicta senaria ratione. nam sexies LXXII [dipondius] facit quadringentos XXXII [dipondius]: similiter octies LXXII [dipondius] quingentos septuaginta sex. item nouies LXXII faciunt sescentos quadraginta octo. similiter duodecies faciunt octingentos LXIIII. quae media inter se multiplicata reddunt numeros extremorum inter se conuenientium. hic primus numerus [id est senarius]

---

2 diade *BR* || femina *B* femine *R* feminina *b* || ternis B^1r || sex facit *scripsi* sex his facit *R* sexis facit *B* || 3 quadratis B^1R || ex *BR* sex *br* || 4 armoniae *BR* || emitonia *BR* || 6 numerus *R* || medi B^1 || 7 eo B^1R || 8 aritmeticus B^1R || 10 quod *BR* quo *b* || numeris *BR* numero *b* || 15 id *om.* B^1 || 17 facit| *B* || et *om. D* || 19 LXXII *scripsi et hic et postea Koppio obsecutus* septuagies *b* septuages *B* septuagesies *D* || 19 *et* 20 *et* 21 dipondius *deleuit Koppius* || 20 quadringenta (a *in ras.*) *B* || XXXII *scripsi* tres *D* tries *dB* || octogies B^1D || 21 LXXII *scripsi* seqtuagies (septuagesies *D*) dipondius *BD* || quingentos *D* quingenti *B* quingenta *b* || 22 duo *D* || sexcentos *b* || XLVIII *B* || 23 *post* duodecies *add.* septages dipondiū *D sed* LXXII *in B omissum facile auditur* || 25 id est senarius *del. Grotius* ||

harmonias ostenditur genuisse, quippe sex ad duodecim est〉symphonia diapason, sex ad nouem hemiolios, sex ad octo epitritos id est symphonia diatessaron. unde Venus Harmoniae mater perhibetur. item hic senarius quadrato et solido quaternario sociatus horas diei noctisque dimetitur: nam quater seni uiginti quattuor facit.

738 Quid autem te, HEPTAS, uenerandam commemorem? quae quod naturae opera sine feturarum contagione conformas, inter deos Tritoniae uirginis uocabulum possedisti. namque omnes numeri intra decadem positi aut gignunt alios aliisque gignuntur aut procreantur: hexas octas generantur tantum modo, tetras autem et creat et creatur, at heptas [autem] quod nihil gignit eo par uirgini perhibetur, sed quod nullo nascitur, hinc Minerua est, et quod ex numeris tam masculinis quam femininis constet, Pallas uirago est appellata. nam ex tribus et quattuor septem fiunt, qui numerus formam lunae complectitur: nam primo est corniculata quam μηνοειδῆ
242 G Graeci uocant, deinde medilunia quam διάτομον, dehinc dimidiato maior quae dicitur ἀμφίκυρτος, mox plena quae dicitur πληροςέληνος. item tres formas praedictas deficiens repetit. hic numerus lunae cursum significat: nam unum duo tria quattuor quinque sex septem uiginti octo faciunt. item septem sunt circuli et tot planetae tot dies

2 *et* 3 synfonia *B* symfonia *b* || 2 emiolios *B* || 3 sinphonia *R* || 4 armoniae *BR* || mater *p* maior *BR* || 6 uiginti quattuor *Koppius* uies quartus *B* uiges quartis *b* uies quattus *R* uies quartis *r* || 7 qui B^1R || 8 natura B^1R || opera *D* opere *BR* || conformans *b* || 10 nam quod B^1R || inter *b* || 11 aut *ante* gignuntur *add.* B^1 || exas *BR* || 13 ad B^1R || eptas *BR* || autem *om. p* || nīl *R* || eo per *in ras. B* || uirgo *b* || 14 a *ante* nullo *add. p* || nullo *om.* R^1 || hinc *Koppius* hic *BR* || 17 forma *R* || 18 menoidem *BR* monoidem *b* || 19 diatomon *b* dicotomon *BR* diatomenoiden *r* || 20 maior *in ras. in B* || amficirtos *B* amfycirtos *R* || 21 pleroselinos *B* plerosolenos *R* plerosilenos *b* || 22 luminae *corr. in* lumen *BR* lunae *add. b* || cursus *ante* significat *om. BR add. D* || 24 fiunt R^1 || planae *R* planate *r; deinde* et *add. R* ||

totque transfusiones elementorum: nam ex informi ma-
terie primus ignis, ex igne aer, ex aëre aqua, ex aqua
terra: item fit adscensio et ex terra aqua est, ex aqua
aer, ex aëre ignis, ex igne in materiem inconprehensam
iam non poterit peruenire. quid quod omnium natura 739
nonne huic probatur numero deseruire? *in* principio se-
ptimani partus hominem absolutum perfectumque dimit-
tunt. dehinc ideo homo septem meatus habet in capite
sensibus praeparatos, duos oculos auresque et nares toti-
dem et os unum. dehinc paruulis mense septimo dentes
emergunt ac septimo anno mutantur. item secunda
hebdomas pubertatem mouet gignendique possibilitatem,
tertia florem genarum, quarta incrementa staturae finiun-
tur, quinta iuuenalis aetatis plena perfectio est. septem
etiam natura abstrusit membra uitalia: linguam cor pul-
monem lienem iecur et duo renes. item septem corporis
partes ⟨hominem perficiunt: caput tenus imum collum,
pectus, uenter, duas manus pedesque. totidem stellae in
uertice axis caelestis.

At OCTONARIVS numerus primus cubus est et per- 740
fectus, Vulcano dicatus. nam ex primo motu id est dyade, quae Iuno est, constat. nam dyas per dyadem facit tetradem, at bis facit octadem. perfectus item quod a senario tegitur: omnis enim cubus sex superficies habet. item ex inparibus consecutis impletur. nam primus inparium trias, secundus pentas: ambo octadem faciunt.

---

1 transfusionis B^1R || 2 igni B^1R^1 || 4 igni B^1R^1 || 5 quid quod *b* quid *R* quod *B* || 6 incipio *BR* principio *b corr. p* || 10 paruolis R^1 || 11 secundae B^1R || 12 ebdoma *B* ebdomadas *R* ebdomadis *r corr. Vulc.* || ubertatem B^1R || 13 incrementae *R* || 15 natura∗ *B* || abstrusit *b* abstrusa *B* abstrusi *R* || 16 splenem *in ras. B* lienem *R et b in mg.* || iecor B^1R || 17 tenuis *D* || inum B^1 || 18 ter *in* uenter *in ras. in B* || totidemque pedes totidemque tellae *p* || 19 *post* caelestis *add.* septem stellae sunt *b* || 20 ad B^1 || cybus *B* || 21 primotu B^1 || 22 diade *D* || dias *D* || diadem *BD* || 23 aut B^1 || *ad* bis *add.* ducta *p* s̄ tetras *d* || 24 cibus B^1 ||

idem cubum, qui a> triade uenit id est uiginti septem sequentes inpares reddunt id est heptas enneas et undecimus, qui omnes faciunt XXVII. item tertius cubus, qui a tetrade uenit id est LXIIII: nam quater quaterni: sedecim, hoc quater LXIIII fit, et hic ex inparibus quattuor, qui superiores secuntur, id est XIII XV XVII XVIIII: fiunt simul LXIIII et sic omnes cubi per inparium incrementa inueniuntur sui dumtaxat numeri. sane hic octonarius cubus ita omnium cuborum primus est ut monas omnium numerorum. cubus autem omnis etiam matri deum tribuitur: nam ideo Cybebe nominatur.

243 G

741 ENNEAS quoque perfecta est et perfectior dicitur, quoniam ex triade perfecta forma eius multiplicata perficitur. deinde quod primi uersus finem tenet, et ideo Mars appellata, a quo finis omnium rerum. quadratus quoque finis est eorum, quae per collationem augentur. nam et harmoniae ultima pars est, ad enneadem enim ab octade collatio percussionis sonus efficitur. non minus nouem Musas dixere. in mundo etiam nouem sunt zonae id est sphaerae et deorum septem et terrae *duae*.

742 DECAS uero ultra omnes habenda. quae omnes numeros diuersae uirtutis ac perfectionis intra se habet. quae licet primi uersus finis sit, secundae monadis implet auxilium. haec primi uersus numerorum regulas analogias genera species differentias perfectiones et inperfecta concludit daturque Iano, quamuis eam plurimi apocatastasin memorarint.

1 cybum *D* cibum *B*[1] || id estt *R* item *r* || 2 eptas *BR* || undecim *b* || 3 XXVI *R* || cybus *BR* || qui a *Rb* qua *B* || 4 faciunt *post* quaterni *add. b* (quaternis decies *R* quaterni sedecies *B* || 5 quatuor *BR* || 6 tredecim quindecim *R* || 7 cybi *R* cibi *B* || 9 cybus *BR* || cyborum *BR* || 10 cubus *b* cybus *R* quibus *B* || 11 tribuetur *B*[1]*R* || cybele *r* || nenominatur *B*[1] || 13 ter forma *b* performa *B* forma *R* || 14 primus *R* primis *r* || 15 Mors *Grotius* || 17 ennadem *B*[1]*R*[1] || 19 addixere *B*[1] || in mundo *BR* immo *b* || 20 sperae *BR* || duae *addidi* || 24 finis sit — primi uersus *om. B*[1] || secundi *R*[1] || 25 diferentias *B* || 26 *ad* apocatastasin *add.* adstantes *b* || 27 memorarit *B*[1] memorarent *R*[1] ||

Dictum breuiter quis numerus primum uersum facit, 743
quos deorum contineat quasque uirtutes. iam nunc quid
ipse numerus sit quasue inter se analogias seruet et for-
mas breuiter intimabo. numerus est congregatio mona- *244 G*
dum uel a monade ueniens multitudo atque in monadem
desinens. sunt autem numeri simplicis regulae quattuor:
prima est quae appellatur a paribus par, secunda a pari-
bus inpar, tertia ab inparibus par, quarta ab inparibus
inpar, quas inferius memorabo. sunt etiam qui primi nu- 744
meri appellantur, qui a nullo numero diuidi possunt, nisi
a monade tantum non diuidi sed componi uidentur ut puta
V VII XI XIII XVII et cetera similia: nullus enim eos
numerus diuidere uno ordine potest. qua propter primi
appellantur, quoniam a nullo numero exoriuntur nec ae-
quis portionibus discernuntur. a semet igitur nati alios
ex se creant numeros, quoniam ab inparibus paria fiunt,
a paribus inpar fieri nullo modo potest. ergo et primi
numeri necessario habendi pulchrique. sed omnes ⟨nu- 745
meros primi uersus sub his regulis retractemus. monas
quidem numerus non est. dyas par est. trias et ordine
et uirtute primus. tetras a paribus par pentas primus.
hexas a paribus inpar et ab inparibus par unde et per-
fectus nominatur. heptas primus. octas a paribus par.
enneas ab inparibus inpar. decas ab inparibus par.
sic uti in primo uersu ita⟩ et sequentibus hae regulae col-
liguntur. primus igitur uersus est a monade usque ad
enneadem, secundus a decade usque ad nonaginta, tertius
uero ab hecatontade usque ab nongentos, quartus qui et
ultimus a mille usque ad nouem milia, licet non nulli
Graeci etiam μύρια adiecisse uideantur. mihi uero solus 746
numerus adprobatur, qui digitis coercetur: alias quaedam

---

1 quis *add. r et deleta* s *b* || 2 contineant *b* || 3 serbet *B*[1] || 6 simplices *bR* || 7 secunda a paribus *om.* *B*[1]*R*[1] || 9 interius *B*[1]*R* || 11 putas *B*[1]*R* || 12 V *om.* *B*[1]*R* || 16 numerus *R* || 18 necessario *p* necessari *BR* necessarii *br* || omnis *R*[1] || 22 exas *BD* || 23 eptas *BD* || ocdas *D* || 25 haec̨ *B* || 26 est *b* et *BR* || 28 ecatontade *BR* || 30 myria *br* myrea *B* minea *R* ||

brachiorum contorta saltatio sit, qua fit ut numeros germanae praecedentis formis ac lineis concinnemus. nam mihi in primo uersu monas, illi in signo principium quod non habet partes. in secundo uersu a decem numeri uelut linea distenduntur. in tertio uersu quadrati ex centum reliquisque fiunt, quae uelut latitudo primae longitudini sociatur. in quarto uersu iam cubi sunt: ideo ex
745 G mille reliquisque soliditas. fines ergo uel limites mihi sunt monas decas hecatontas et mille, geometriae uero nota linea figura soliditas. nam monas ita indiuidua est ut nota, decas in numeris ut linea longitudinis solius, hecatontas quadratus, qui est superficies et in longitudinem latitudinemue diuiditur. item decas per decem fit centum qua-
747 dratus, hoc per decem fit cubus mille. omnis inpar progressus a monade per singulas positiones necessario quadratos efficit. primum ipsam monadem, adde triadem: facit quattuor. primum quadratum, adsocias quinque: fecisti secundum quadratum VIIII, iunge VII: implesti quadratum XVI, adicis item nouem et perficis quadratum XXV. eodem modo progreditur ratio usque in infinitum. sed ad superius diuisa regrediar. omnem numerum aut parem aut inparem esse aut utroque finiri, quicquid numero adiciatur finito, finitum adici, neque ex infinitis finitum fieri posse.

---

1 braciorum B^1 || *ad* saltatio *add.* ł exal *b* || qua *r* que *R* quae *B* quo *b* || numeris B^1R || 2 procidentis B^1 || concinamus *B* concinnem *b* concinnamus *R quod correxi* || 3 monades *BR corr. p* || 6 quae uelut — cubi sunt *om. R* || 7 cybi *B* || 8 soliditas *b partim in ras. deinde deletum* sotas *in B* ał sociaetas *add. b* sociatas *R* solidiatas *r* || finis *p* || 9 *et* 11 ecatontas *BR* || 9 geumetria B^1 || 11 in *B* si *R* || numerus R^1 || in *ante* linea *add. R* || 12 latitudinem *add. b* (ue *ut uidetur B* que *b*) || 13 item *Vulc.* id est *BR* || decas per decem *Grotius* decus per decus *BR* || 14 cybus *BR* || 15 necessarios *BR corr. p* || quadrat B^1 quadratus *R* || 16 primam *B* ał um *add. b* prima *R* || adde (ad te *R*) triadem *add. br* || 17 fecit *B* || 18 VIII iunge — quadratum XVI *om.* B^1R^1 || 19 nouem *Grotius* nonas *BR* || ad sedecim *post* nonas *add. D* || perficit *b* || 20 in *om.* B^1R || 22 esse et B^1R^1 || utreque *R* || certum est *post* finiri *add. r* || 23 infinitum fieri B^1R^1 ||

Omnis uero numerus aut par aut inpar est. par est 748
qui in duas aequas partes diuiditur ut II IIII VI, inpar qui
in duas aequas partes diuidi non potest ut III V VII.
deinde [ex inparibus] quidam ex inpari tantum inpares
sunt ut III V VII, quidam etiam multitudine constant ut
nouem quindecim uiginti unum, quos περιccάκιc περιc-
coύc Graeci appellant. at in his qui pares sunt plura
discrimina sunt, an pares sint et diuidi possint. ceteri uel
ex paribus pares uel ex inparibus pares uel ex paribus
impares. et illos Graeci ἀρτιάκιc ἀρτίουc uel περιccάκιc
ἀρτίουc uel ἀρτιάκιc περιccούc nominant. pares ex pa- 749
ribus sunt quattuor quia ex bis binis, octo quia ex bis
quaternis constant. pares ex imparibus sunt, qui pares
impari multiplicatione fiunt, ut bis terni sex, aut quin-
quies quaterna uiginti, quod genus Graeci περιccάκιc
ἀρτίουc uocant, et hi qui inparem numerorum multitu-
dinem pari multiplicatione consummant, ut cum bis terni
sex, et quater quina uiginti fiunt, quod genus ἀρτιάκιc *246 G*
περιccόν Graeci uocant. qui numeri quamuis idem sunt,
rationes tamen in crescendo diuersas recipiunt. atque ex
his ipsis ⟨quidam in duas partes diuisi protinus in pares
numeros reccidunt, quidam semel saepiusue per pares re-
plicati citra singularitatem in impares resoluuntur: nam
duodecim et uiginti semel per pares diuidi possunt, at

---

2 ÷ *post* inpar *add. b* || 3 ut *om.* B^1R || 4 ex inparibus *del. Böttgerus* || ex inparibus B^1 || ΠΕΡΙCCΑΚΙC *in ras. B* ΠΕΟΙCCΑΚΙC *R* || 8 sunt B^1R || diuidi *p* dici *BR* || possunt B^1R || uel ex paribus impares *om.* B^1R^1 || 10 ΑΡΤΙΑΚΕΙC *RB*, *cuius manus secunda quo modo Graeca huius loci uocabula amplius corruperit non notabo* || ΠΕΡΙCCΑΚΕΙC *B* ΠΕΡΙCCΑΚΕC *R* || 11 ΑΡΤΙΑΚΕΙC *B* ΑΡΤΙΑΚΕΙΝ *R* || ΕΡΙCCΟΥC *R* || 12 IIII *B* || 13 *post* constant *add.* qđ genus greci ΑΡΤΙΑΚΕΙC ΑΡΤΙΟΥC *b in marg.* || sunt *b* et *BR* || 14 ternis exsis *BR* terni sexis *b corr. Vulc.* || quiques B^1 || 15 quaterna *r* quater *BR* || uies *BR* uiges *b* || Π(Ν *R*)ΕΡΙCCΑΚΕΙC ΑΡΤΙΟΝ *BR* || 16 hii *R* || 17 ternis ex his *RB* terni sexis *b* || 18 ΑΡΤΙΑΚΕΙC *BR* || 20 crescendi B^1R || aut quae *R* || 21 is *B* his *b om. R* || in inpares *D* in impares *b* || 22 reccidunt B^1 recidunt *bD* ||

quadraginta octo nimirum bis uicenos quaternos, inde bis duodenos, deinde bis senos omnes adhuc pares efficiunt, nouissime in ternos impares decidunt. itaque nemo longius procedere simili multiplicatione potest, quin ut duplicatione reuoluta scanderit sic per replicationes item in plures partes digeritur. nam uiginti⟩ et bis dena sunt et quinquies quaterna et decies bina et quater quina.

750 *Quattuor* deinde species omnes numeros excipiunt. quidam enim sunt per se incompositi, quidam per se compositi, quidam inter se incompositi, quidam inter se compositi: ex quibus duo priores primi numeri, duo sequentes secundi nominantur. sed ea res quo facilius addisci possit, planius indicanda est. prima et minima omnis numeri mensura singularitas est, quia nullus numerus non in singula diuidi potest. deinde eum etiam aliae mensurae excipiunt ut duplicationes quae duplo, triplicationes quae triplo increscunt. cum hoc ita sit, quibusdam numeris in singularitate sola mensura est, qui nisi in singula digeri non possunt quales sunt tres. quidam tantum in pares, quidam in inpares ut sunt IIII et VIIII: nam bis bina IIII, ter terna nouem sunt: ita illa duplicatione, haec triplicatione metimur. ac saepe non una quidem talis mensura numero est sed plures, si quidem octo metiri et quadruplicatione et duplicatione facile est cum et quater bina et bis quaterna octo sint, itemque euidens est quic-
247 G quid aliqua multiplicatione metimur metiri nos etiam singularitate posse, sed non ubicunque singularitatis mensura

1 XLVIII *B* || ni miro uis B^1 || deinde *D* inde *in ras. b* || 2 bis *in ras. B om. D* || 3 impares ternos *D* || 5 scanderit *scripsi* (adscenditur *p*) scapet *D* *scabe*t *B* ł u& *add. b* || 6 digeritur *b* dirigitur *B* degeritur *D* || XX *B* || 7 quinquies *D* quinque *BR* || bina *bR* una *B; deinde* et *om.* B^1R^1 || quattuor *BR corr. Vulc.* || quina *om.* B^1R || 8 quattuor *add. p* || omnes *om.* B^1R || excipiuntur B^1R ał excipiunt *add. r* || 10 quidam inter (intra *r*) se compositi *add. rb sed b tertio loco* || 12 adisci *b* adici *r* || 19 quidam *om.* B^1R^1 || 20 quidam in *(om. r)* impares *om.* B^1R^1 || 23 est *D om. BR* || 25 itemque *D* iter (inter *b*) quae (que *R*) *BR* || 27 sed *om.* B^1 ||

est, esse alicuius etiam multiplicationis. ita singularitas
omnibus communis mensura, quibusdam unica est. cum 751
hoc ita sit, per se incompositi numeri dicuntur qui nul-
lam mensuram habent nisi singularitatis, per se uero
compositi quos metiri non tantum singularitate sed alia
quoque multiplicatione licet. et haec quidem singulorum
numerorum aestimatio est. bini uero pluresue iuncti
inter se incompositi esse dicuntur, qui nullam communem
mensuram nisi singularitatis habent ut tres et quattuor.
neque enim interest an quattuor dupli mensuram habeant,
cum eadem illa in tribus non sit. at inter se compositi
sunt quibus alia quoque quam singularitatis mensura com-
munis est ut nouem et duodecim, quorum utrumque licet
triplicatione metiri, cum ter terna nouem, ter quaterna
duodecim fiant. cum uero alii numeri in singula tantum, 752
alii etiam in aliquos solidos numeros diuidantur, ut re
ipsa discreti sunt, sic etiam uocabulis discernam nequa
indiligentibus confusio oriatur, et cuiusque numeri mem-
bra nominabo solidos numeros in quos is deduci poterit
ut in duodecim fiunt, at singula et siqui etiam solidi nu-
meri inmixti singulis inserentur, partes appellabo, ut in
septem, uel totidem singula uel etiam bis terna singulo
adiecto.

Ex numeris quidam perfecti sunt, quidam ampli- 753
⟨ores perfectis, quidam inperfecti: τελείους et ὑπερτε-
λείους et ὑποτελείους Graeci appellant. perfecti sunt
qui a partibus suis pares sunt, ampliores perfectis qui plus
in partibus suis quam in se ipsis habent, inperfecti in quo-
rum partibus minus quam in ipsis est et exempli causa
sumamus sex. hi et in singula diuidi possunt et in bina
et in terna, cum et sexies singula et ter bina et bis terna

1 etiam *om.* B^1 || 4 habet *R* || 5 meriri *b; quid primitus scriptum fuerit non dispicio* || 10 habeant *om.* B^1 habent *R* || 15 fiunt *b* || singulari *r* || 17 discreta B^1R || 18 indelegentibus *Br* || 19 didici B^1 || 20 ad B^1R || 22 singula B^1R || 23 adicto *B* || 25 ΤΕΛΕΥC *D et cetera similiter* || ΥΠΕΡΤΕΛΕΟΙC *B* || 26 graece *b* || apellant *D* || sunt *post* perfectis *add. b* || 30 hii *B* || 31 *ad* sexies *add.* ł sex *b* ||

248G fiant sex. ergo⟩ partes eius sunt I II III. nunc in unum eae conferantur, fiunt VI. hoc est esse parem partibus suis et hoc numeri genus in aliqua uirtute est, cetera in uitio, uel ex superante uel ex deficiente. ut puta sumamus duodecim. et duodecies singula et sexiens bina et quater terna et ter quaterna et bis sena duodecim fiunt. itaque eius partes sunt unum duo tria quattuor sex, quae iunctae in unum sedecim efficiuntur. hic amplior perfecto numerus est. at sedecim fiunt iunctis sedecies singulis, octiens binis, quaternis quater, octonis bis, neque praeter has [si facias] ulla eius numeri mensura est, collati autem in unum unus, duo, quatuor, octo non ultra faciunt quam *quindecim,* minus eo ex quo orti sunt. hic inperfectus numerus est.

754 Alii etiam plani numeri sunt, alii crassitudinem quoque in se habent. planum numerum esse Graeci dicunt, qui duobus numeris continetur. id eius modi est: in ratione mensurarum tantum de norma contineri, quantum a toto quadriangulo, cuius pars in ea norma sit, existimant. item ad numeros planos referuntur qui in duo latera ordinantur, sic ut rectum angulum faciant et normae similitudinem repraesentent. igitur si in alterum latus quattuor, in alterum tres porriguntur, hi duo numeri lege eorum duodecim capiunt planumque eum numerum nominant. at crassitudinem aiunt a tribus numeris. sint in alterum puta latus quattuor, in alterum tres, supra deinde quattuor adiciuntur. his numeris altitudinem quo-

---

2 VII *R* || 5 sexies *br* || 8 *ad* efficiuntur *add.* ł fiunt *b* || 9 sexdecies *R* || sedecies singulis *om.* B^1 || 10 octies *b* || benis B^1 || quater *(priore loco) om.* B^1 || octonis bis *om.* B^1 || 11 praeter *Koppius* pariter *BR* || si facias *deleui* || *post* mensura *add.* non *r* || 13 quindecim *add. p* || eo *p* quo *BR* || 14 interfectus *B* || 17 a *ante* duobus *add.* B^1R || 18 norna *B* || 20 idem B^1R || plani B^1 || feruntur R^1R || 21 et *om.* B^1R || faciunt *et* repraesentant *BR corr. D* || 23 hii *BR* || 25 aiunt a *BR* iunctam *br* || tres *b* || sunt *b* || 26 laterum tres *BR corr. p* || 28 nornam *B* ||

que super inferiorem normam impleri dicunt includique uiginti quattuor. in quibus obscuritate ex superuacuo quaesita euidentissimum est planum esse numerum sic singulis iunctis, nequid super alterum sit, crassitudinem fieri numeris super numerum inpositis. ipsa autem planities uarias 755 formas habet numeris ad similitudinem aliquarum figurarum ordinatis, quae incipiunt a linea, tum uel triangulae fiunt, atque eae quae quattuor angulos habent uel quadratae sunt uel altera parte longiores, quas ἑτερομήκεις 249 G Graeci appellant. praeterea plures quoque anguli possunt interdum etiam inaequalia numeri latera esse, ut cum deinde *in* crassitudinem insurgat figurasque plures efficiat, tessera perfectissima esse inter eas uidetur. est autem triangulum in paucissimis tribus, quadratum in paucissimis quattuor. id autem quod imparia latera habet in paucissimis V. altera parte longius quadrangulum in paucissimis sex. crassitudo item, quae tessera, in paucissimis octo. nam duo simplicem ordinem faciunt, tres sic componi possunt ut totidem angulos habeant, quattuor in quadram positi in omnem partem binos habent, quinque sic colligantur ut in altero latere duo, in altero tres sint: sex [ut] quadrangulum faciunt quod in duobus lateribus ⟨binos, in duobus ternos habet, at si quattuor ponuntur et crassitudo oritur et paria omnia latera in planitiem atque altitudinem sunt, binis in omnem partem ordinatis. similes autem plani numeri sunt, quorum latera eandem 756 rationem habent ut sex et sexcenta, cum illis in altero latere duo et in altero tria, his in altero ducenta, in altero latere trecenta sint. eodemque modo similes etiam in crassitudine numeri sunt,⟩ quorum latera sub eadem ratione sunt ut uiginti quattuor et nonaginta sex. nam ut in illis alterum latus quattuor, alterum tres habet, quo fit

---

5 numeris *b* numero *BR* || 7 *ad* triangulae *add.* ł quadrangłae *b* || 8 uel quae *r* || 12 in *add. Grotius* || 14 triangłum *om.* B^1R || 16 quinque *p* VI *BR* || 20 onnem *B* || 22 ut *del. p* || quadriangulum B^1 || 23 habent ac *D* || 24 omia *D* || 26 fiunt *ante* similes *add. b* || similes *b* similis *B* simile *D* ||

ut planities duodecim, crassitudo uiginti quattuor capiat,
sic in his alterum latus octo, alterum sex recipiat, quo fit
ut planities quadraginta octo, crassitudo nonaginta sex
comprehendat. quod est autem inter duos et tres, est
inter CC et CCC; ratio quae est inter III et IIII, sex et
octo. manifestum erit simul atque rationes, quae inter
numeros sunt, subiecero.

757 Omnis enim numerus pars est alicui numero maiori,
qui aut multiplicatione procedit, aut ratione membrorum
aut partium, aut simul et multiplicatione et ratione mem-
brorum uel partium. ratio membrorum in uno membro
250 G pluribusue, ratio partium in una parte pluribusue est,
minor uero numerus aut replicatione minuitur aut ratione
membrorem uel partium, interdum etiam simul replica-
tione et ratione aut membrorum aut partium. neque ulla
ratio numeri ad numerum quae non intra haec est. Graeci
multiplicatos numeros πὸλλαπλαcίουc, replicatos ὑπο-
πολλαπλαcίουc, membro membrisue antecedentibus ἐπι-
μορίουc membro membrisue inferiores ὑπεπιμερεῖc ap-
pellant, binis deinde nominibus utuntur in eis in quibus
758 binae rationes sunt. cum hoc ita sit, numerus comparem
rationem habet aequalitatis, quam ἰcότητα Graeci uocant
ut duo ad duos, tres ad tres, quae ratio etiam perfecto
numero ad suas partes est ideoque is numerus potior ce-
teris habetur. quid enim aequo esse melius potest? at
ubi alter numerus maior, alter minor est, protinus inter
eos distantia est, quod in omnibus fit qui ratione membro-
rum uel partium aut antecedunt aut anteceduntur, ideoque
hi numeri peiores sunt, inter quos partesque eorum ali-
quod discrimen est. sed ut distantia inter duos numeros

---

4 est inter *om.* B^1R || 5 haec est inter *ante* sex *add.* *p* || 8 maior B^1R^1 || 9 qui *om.* B^1R || 15 rationem *R* || 17 *ad* ratio *add.* minuitur *b* || quae *om.* B^1R || 17 ΠΟΑΑΠΑΑCΙΟΥ *R* || ΥΠΟΑΑΑΠΑΑCΙΟΙΥ *R* || 18 ЄΠΙΜΟΡΙΟΥC *BR* || 19 ΥΠΟΜЄΡЄΙC *BR corr. Koppius* || 20 his *R* iis *B* || 21 cum parem *B* || 22 eisoteta *R* eicoteta *B* || 28 aut antecedunt *om.* B^1R || 29 hii *B* || 30 discriminent sed *R* ł discrimen non est *add.* *r* ||

maiorem minoremque eadem est, sic ratio inter eosdem contraria est: tantundem enim distat inter tres et quattuor quantum inter quattuor et tres, at ratio inter hos ipsos diuersa est eaque quae sit infra patebit.

Cum proposuerim uero primas in multiplicatione 759 rationes esse, multiplicationis ratio est senioni ad ternionem, octonario numero ad quaternarium; contra replicationis ternioni ad senionem, quaternario numero ad octonarium. membrorum uero ratione uincit is numerus qui solido membro membrisue antecedit, qualis est nouenarius ad senarium: ternione enim uincit, quae eadem bis in senario numero inuenitur. contraque membrorum ratione uincitur senarius a nouenario. at partium ratione uincit qui in se et ipsum minorem ⟨numerum habet et aliquam partem eius partesue, ut si septem cum quattuor 251 *G* conferantur: si quidem in septenario numero et quattuor sunt et horum tres partes: contra uero partium ratione uincuntur quattuor. at idem numerus et multiplicatione et membrorum ratione antecedit, si puta VIII et III iunguntur: nam octo et bis terna habent et praeterea membrum in duobus. et multiplicatione⟩ uero et partium ratione uincunt quinque si conferantur cum duobus: nam in quinque bis bina sunt et praeterea duorum pars una. contra in his ipsis numeris minores a maioribus simul et replicatione uincuntur et aut membrorum ratione aut partium. sed ut genera rationum inter numeros haec sunt, 760 sic species in singulis plures. nam ut ad multiplicationem primum replicationemque ueniamus, inter hos aut dupli ratio est aut tripli aut quadrupli ac procedere quoque ultra multiplicatio potest per eosdemque rursus gradus idem numerus replicatur. ergo rationem habent

---

3 ac *b* ‖ 5 posuerim *R* ‖ 9 his *R* ‖ 11 uis *B* ‖ 13 nouenarius a senario B^1 ‖ 14 et *R* ‖ 16 et *om. D* ‖ 17 partes *om.* B^1 ‖ uero *b* ergo *BD* ‖ 18 uincuntur a septem. at *D* uincuntur IIII at *B* ‖ 22 *post* uincunt *add.* ut *b* ‖ conferatur BR^1 ‖ 23 propterea *R* ‖ 26 hae *br* ‖ 28 *ad* hos *add.* 1 quos *b* ‖ 29 ac *B* a *R* ‖

duplo maiorem duo ad unum, quattuor ad duos, octo ad quattuor; duplo minorem unus ad duos, duo ad quattuor, quattuor ad octo. item triplo maiorem tres ad I, nouem ad tres. triplo minorem I ad tres, tres ad nouem. quadruplo maiorem quattuor ad I, sedecim ad quattuor. quadruplo minorem I ad quattuor, quattuor ad sedecim, eademque in ulterioribus multiplicationibus et incrementi et diminutionis ratio est.

761 At ubi inter maiores minoresque numeros ratio
membrorum est, maior aut superdimidio uincit, quem
ἡμιόλιον, aut supertertio, quem ἐπίτριτον, aut super-
quarto, quem ἐπιτέταρτον Graeci uocant et sic ad super-
quintum supersextum ulterioresque ratio procedit. super-
dimidius est qui ipsum aliquem numerum et dimidium
eius habet, supertertius qui ipsum aliquem et tertiam eius,
superquartus qui ipsum aliquem et quartam eius, eadem-
252 G que in ulterioribus ratio est. contra ex isdem numeris
minor maiori aut subdimidius est quem ὑφημιόλιον, aut
subtertius quem ὑπότριτον, aut subquartus quem ὑπο-
τέταρτον Graeci appellant. superdimidii rationem habent
tres ad duos, CCC ad CC, quorum supra facta mentio est.
contra subdimidii duo ad tres, CC ad CCC. at supertertii
quattuor ad III, octo ad sex, qui ipsi quoque supra positi
sunt. subtertii tres ad quattuor, sex ad octo. superquarti
quinque ad quattuor, decem ad octo. subquarti quattuor
ad quinque, octo ad decem.

762 Partium uero ratio proxima in quibusdam numero supertertio est, in quibusdam superquarto, idque procedere ultra potest. supertertio similis est ubi maior numerus minorem ipsum et aliquas eius tertias partes com-

---

1 *ante* duplo *add.* in *post* duplo *add.* 1 pli *b* || 3 in *ante* triplo *add. B* || 4 nouem *B* VIII *R* || 6 maiorem — quattuor *om. B*[1]*R* || 8 deminutionibus *corr. in* deminutionis *B* || 11 ΗΜΙΟΛΕΟΝ *R* || 12 ΕΠΙΤΤΕΡΤΑΤΟΝ *R* || 13 ad supersextum *b* || ultioresque *B*[1]*R* || 14 ipsam *R* || 16 ipsam *B*[1]*R* || 17 hisdem *BR* || 18 ΕΦΗΜΙΛΙΟΝ *B* ΥΠΟΜΙΟΛΙΟΝ *b* ΕΦΗΜΙΟΛΙΟΝ *R* || 19 ΠΡΟΤΡΙΤΟΝ *BR* ΥΠΟΗΠΙΤΡΙΤΟΝ *b* || teptaton *R* || 22 ad *B*[1]*R* ||

prehendit, superquarto ubi et illum ipsum et quartas eius. sumamus quinque ad III et decem ad sex. antecedit quinarius ternionem, quod et illam ipsam et eius duas tertias habet. item in decade sunt et sex et de sex duae tertiae. at proxima superquarto ratio est inter septem et quattuor, inter quattuordecim et octo. in septem et ipsa quattuor sunt et eius tres quartae. atque ut ea ratione, quae supertertiae et superquartae proxima est, maiores in his numeris uincunt, sic ratione proxima subtertiae et subquartae minores cum maioribus habent. illo neminem decipi conuenit, ut aliquam ⟨partium rationem superdimidiae similem putet. nam si numerus aliquis numerum aliquem et dimidium eius habet superdimidius est, si numerum aliquem et eius duo dimidia habet pars est. nam ut duae quidem tertiae rationem supertertio proximam habent, sic duae quartae rationem superquarto proximam recipiunt. nam siquis ipsum et eius duas quartas habet⟩ superdimidius est, ut si sunt sex et quattuor: in sex enim et quattuor sunt et eius duae quartae. contra uero ut ea ratione, quae supertertiae et superquartae proxima est, 253 G maiores in his numeris uincunt, sic rationem proximam subtertiae et subquartae minores cum maioribus habent eademque ratio procedit, sic ut superquintae ulterioribusue similis est. hinc rursus plura discrimina oriuntur, si qui- 763 dem unus numerus potest duplo generari aut superdimidio aut supertertio aut superquarto ulterioribusue et multiplicationum et membrorum rationibus. ponamus quattuor et decem. ex his decem duplo et superdimidio aucti sunt. nam bis quaterna octo sunt, deinde dimidium quattuor in duobus. apponamus quattuor et quattuordecim; ex his quattuordecim triplo et superdimidio aucti sunt. nam ter quaterna duodecim sunt. deinde dimidium quattuor est in duobus. progrediamur ultra usque ad IIII et

2 ad] et *B* || ad] et *B* || 4 decus *BR corr. Vulc.* || sunt VI *b* || 5 ad *B*[1]*R* || 11 aliquis *b* || 14 pars est *B* par est *b* pars eius est *D* || 16 duae *BD* III *b* || 25 generari *Vulc.* geri *BR* || 28 ex *b* et *BR* || 30 est *b* sunt *BR* || 33 sunt *ante* in duobus *add.* *B*[1]*R* || *post* ultra *add.* sex *R* sextum *B*[1] || ad

XVIII. ex his XVIII quadruplo et superdimidio increuerunt. nam quater quaterni XVI sunt. deinde dimidium quattuor est in duobus. at si sint III et septem, ex his septem duplo aucti sunt et supertertio. nam bis terna sex sunt, deinde pars tertia trium est in uno. sint III et decem. ex his decem triplo increuerunt et supertertio. nam ter terna nouem sunt. et deinde pars tertia trium est in uno. ponantur III et tredecim. ex his tredecim quadruplo aucti sunt et supertertio. nam ter quaterna duodecim sunt. deinde pars tertia trium est in uno. accipiamus nunc quattuor et nouem: ex his nouem et duplo plus habent et superquarto. nam bis quaterna octo sunt. deinde [quattuor] quarta pars est in uno. quattuor uero et quattuordecim tripli et superquarti. inter quattuor uero et XVIII quadrupli et superquarti ratio est. idemque in ulterioribus numeris fit perindeque numeri minores ex his et replicationes alicuius et subdimidii uel subtertii uel
764 subquarti uel alicuius ulterioris rationis cum maioribus
254 G habent. ut apparere autem ex his potuit, multiplicatio a minima ratione incipit et subinde ad maiores maioresque transit ratio, membrorum uel partium replicatio a maxima ratione incipit et subinde ad minores minoresque transit. maior ratio dicitur quae plus, minor quae minus adicit: ergo maior ratio tripli quam dupli, maior quadrupli quam tripli est: contra minor dupli quam tripli, minor tripli
765 quam quadrupli est. incipit igitur multiplicatio a duplo, inde ad triplum ad quadruplum semperque ad maiores rationes transit. at ratio membrorum incipit a superdimi-

om. B^1R || 2 XVI *om.* *B* *add.* post sunt *b* || 3 est *b* sunt *BR* || 4 aut *r* || 5 trium sunt B^1 || 6 et ex *b* || 7 ter *om.* B^1R || ex *BR* et de *b* || 8 unum B^1R || 13 deinde quattuor quarta pars est in uno quattuor uero et XIIII *b* deinde quattuor uero et XIIII *B* deinde IIII·IIII ů q̃ quarta pars est in uno et ᵘqtuordecim *R* || 15 uero *om.* B^1R || XVII *p* XVIII *R* X et VIII *B* || 16 per quem *R* per quae *B* al pindeq. *add.* *b* || 17 iis B^1 || replicationes *p* replicationis *BR* || 22 minores *om.* B^1R || 25 contra minor — quam (quamquam *R*) quadrupli est *om.* B^1 ||

dio, deinde supertertium superquartum semperque ad minus et minus peruenit. quae omnes rationes inter duos fines sunt ita [numeri sunt] ut puta dupli ratio est inter II et I, tripli inter III et I ⟨quadrupli inter quattuor et unum. et sub eisdem rationibus nominum fines minimi suaque comparatione multo minores, uel sub duplo quam duo et unum, uel sub triplo quam tres et unum, uel sub quadruplo quam quattuor et unum possunt. super hos deinde quantumlibet eisdem rationibus solius fines his numeris augentur.⟩ ideoque eos fines, qui minimi sunt, πυθμένας [Thermacides] nominant quod ut uas super suum fundum sic numeri rationis eiusdem super istos adiunguntur. idemque etiam ratione membrorum. minimi 766 enim fines sunt superdimidii inter II et III, supertertii inter III et quattuor, superquarti inter quattuor et quinque, tum deinde sub isdem rationibus numeri conplentur. neque alia condicio est, quae ipsa incipit a tertia parte, sic ut membrorum ratio dimidia, deinde primum minimos fines conprehendit, tum ad maiores transit. ex his autem 767 ueri simile est primam multiplicationem esse inuentam, deinde rationem membrorum, tum partium. neque enim difficultas ad duplum deinde triplum et quadruplum apparuit. tum ex duplo superdimidii facta condicio, ex triplo supertertii, ex quadruplo superquarti est, idemque in ulterioribus incidit. nam qui duplum uidebat, hoc *255 G* ipso coepit intellegere dimidium, quia ut duplum quattuor duorum sunt, sic dimidium quartae rationis duo: ut igitur duobus adiciendo quattuor fecit, sic rursus quaternioni

---

3 numeri sunt *deleui* || 5 hisdem *bD* || 8 *ad* possunt *add.* ał sunt *b* || 9 solis *b* || finis *B*[1] || 10 hii *ante* eas *add.* *B*[1]*R* || eas *BR corr. Koppius* || qui *BR* qua *b* || minimi sunt *Koppius* minime eunt *BR* || 11 πυθμένας *Koppius* pytagoricus *B* phythagoricus *R* || Thermacides *deleuit Koppius* || nominant *scripsi* nomina dant *B* nominabat *b* nominat *R* || uos *R et corr. in* uas *B* ał os *add. b* || 12 sic *p* sit *BR* ita *add. b* || istos *b* istis *B* histis *R* || 13 rationem *BR* || minime *BR corr. p* || 16 hisdem *R* || 17 *ad* quae *add.* ł quia *b* || 18 dimidia *r* ał adimidia *b* demilia *R et corr. in* ab emiolia *B* || 19 *ante* ex *add.* at *R* aut *B*[1] ||

duos adiciendo fecit superdimidium, utque ex duobus triplo sex impleuit, sic senario numero duos adiciendo supertertium inuenit, idemque in ulterioribus incidit. deinde cum incurrerent numeri sine iudicii quidem rationibus positi, quaesitum est quot quotaeue partes alterius numeri in altero essent, et his eo uentum est, necuius numeri non aliqua ratio ad alium numerum exploratissima sit. post haec non difficillima animaduersio gemina ratione in numeris fluxit.

768 Quoniam genera numerorum rationumque inter eos orientium exposui, rursus ad ea singula reuertar et quae in quoque animaduersiones sint indicabo. incipiam de paribus atque inparibus. par omni multiplicatione sic procedit ut par maneat: duplo augentur duo et quattuor, octo et XVI, triplo II sex XVIII, quadruplo I et quattuor sedecim, sexaginta quattuor, CCLVI idemque in ulterioribus fiat. inpar pari multiplicatione protinus interit et in numerum parem recidit. inpar inpari multiplicatione increscere potest ut inpar maneat. nam bis terna sex, item bis quaterna octo fiunt, eodemque modo quater terna duodecim, quater quina uiginti. at ter terna nouem, et ter nouem uiginti septem. item quinquies terna quindecim, quinquies quina uiginti quinque. idemque in omnibus multiplicationibus euenit, quo fit ut siue par siue inpar parium numerorum multitudo est, id quod consummatum est par sit. ut duo quattuor sex octo, quae par numerorum multitudo est, fiunt uiginti. duo quattuor sex, quae inpar numerorum multitudo est, fiunt duodecim: ambo
769 numeri pares. item par inparium numerorum multitudo pares facit. ergo tres et quinque fiunt octo, qui pares

2 sex *scripsi* sexis *B* sex his *R* || adicienda rB^1 || 4 sine *om.* B^1 || iudicis *BR* iudicii *br* || 5 quod *R* || 6 nec *R* || 7 exploratissima *Koppius* exploratis ultima *BR* || 8 gemina *BR* germana *b* || 9 in] si *R* || numeros *b* || 15 XVI *p* XV *BR* || *ante* triplo *add.* V *post* triplo *add.* est *b* || II *corr. in* et *in B* || 16 et *ante* XVI *add. b* || et *post* LXIIII *add. b* || 18 impar *om.* B^1R || 20 quater terna *B* quaterna *R* || 21 ter *om. R* || 22 terna VIII *R* || 28 est fiunt — numerorum multitudo *om. R* ||

⟨sunt. inpar tantum modo inparium multitudo inpare, 256 G seruat. nam III et quinque et septem fiunt quindecims illi quoque inpares. eadem de causa quotiens par numerus uel parem uel inparem multiplicat, qui efficitur par est. nam duplicatio siue duo multiplicauit, fecit quattuor: siue III, fecit sex, ambos pares. at inpar numerus si parem multiplicat facit parem, si inparem tum⟩ demum inparem reddit. nam triplicatio si duos multiplicat, efficit sex ipsos quoque pares, si III efficit nouem, qui inpares sunt. tum si pari par adicitur, par manet ut *si* duo- 770 bus quattuor adiciantur, sunt sex. si inpari inpar adicitur, par fit, ut si tribus quinque adiciantur, sunt octo. uno autem modo inpar numerus procedit, si numero numerus non adicitur eiusdem generis sed par inpari, et inpar pari. nam siue quattuor quis adiectis tribus auxerit, siue tria adiectis quattuor, fient septem, qui inpares sunt. deinde numero pari quale demitur tale superest. numero inpari contrarium est, ne quod demitur supersit. ergo si pari par demitur, id quod superest par est, ut si ex octo duo auferantur, supersunt sex. si numero pari inpar demitur, id quod superest inpar est, ut si ex VI tria auferantur, supersunt III. si numero inpari par demitur, id quod superest inpar est, ut si ex septem duo auferantur, supersunt quinque. si numero inpari inpar demitur id quod superest par est ut si ex VII III auferantur supersunt IIII. par deinde ex paribus est numerus quisquis 771

---

2 et *om.* B^1D || 4 *post* efficitur *add.* numerus *b* || 5 *post* duplicatio *deleta* siue duo multiplicatio *in B* || 6 aut B^1 atque *D* || 7 multiplicat *p* multiplicationem *BD* || 10 si *om. BR add. p* || 12 adiciatur B^1R || 14 pari *BR corr. p* || et impar *om. BR add. D* || pari *deletum in B* || 18 nec *b* || 19 pars B^1R || VIII *corr. in* VI *in B* || 20 supersint B^1R || VI *BR* IIII *br* || si numero pari (impari *R*) inpar demitur — III auferantur supersint (*corr. in* supersuut *in B*) IIII *deleta in B* || impar *D* par *BR* || 21 inpar est *B* inpares *B* || 22 supersint B^1 || III *D* IIII *BR* || 24 si numero inpari inpar demitur — supersunt (ita *Grotius* sup *D*) IIII *om. BR add. D quem codicem Koppius ante oculos habuit cum Grotio eadem ex suo cod. inseri iubenti non obsequebatur* ||

dimidium par habet ut est in duodecim, quorum dimidium in senario numero est ipso quoque pari. item par ex paribus est quisquis a duobus duplo increuit ut quattuor octo sedecim, aut quisquis ab aliis sic increuit ut recidere in parem possit, quod euenit etiam quadruplo uel octuplo similibusque auctis. at quisquis numerus dimidium inpar habet par ex inparibus est, ut senio cuius dimidium in tribus est. siquis uero neque duobus per duplicationem increuit nec dimidium inpar habet, par quidem ex paribus est, oritur tamen ab eo qui par ex inparibus est ut duodecim. hic enim numerus neque per duplicationem
257 G a duobus ortus est neque dimidium inpar habet sed a senario numero per duplicationem increuit. ille autem par ex inparibus id est ternis est.

772 Transeamus nunc ad numeros incompositos, quos etiam primos secundosque nominare proposui. incompositi per se numeri nulli pares sunt exceptis, ut supra posui, duobus. ceteri quicunque per se incompositi sunt, omnes inpares sunt ut III quinque septem XI tredecim XVII XVIIII similesque. per se uero compositi numeri sunt omnes pares, qui uel ex paribus uel ex inparibus sunt. nam et quattuor atque octo duplicatione metimur, quorum alter numerus in binos, alter in quaternos replicatur et idem facere in sex aut decem facile est, cum ille in ternos, hic in quinos resoluatur. praeter hos multi inpares per se compositi sunt, id est qui cum inpari numero multiplicantur. nam siue ternio siue quinarius numerus siue quis alius inpar inpares numeros multiplicauit, qui sic effectus inpar est et per se compositus. multiplicet

---

2 ipso *BR* ipse *br* || pari. item *p* parietem *R* pariter *r* pariter *corr. ut uidetur in* par item *B* || par ex par inparibus *BR* par ex paribus *b* ex inparibus *r* || 4 alis B^1R || reccidere B^1 || 5 *ad* parem *add.* al imparem *b* || posset *b* || euenit *Vulc.* uenit *BR* || 6 inpar *R* impar *b* par *B* || 9 inparibus *R* || 10 inpar B^1 || 12 a duobus *om.* B^1 || a duobus — per duplicationem *om.* R^1 || 14 est *del. b* || 15 *ante* quos *add.* & cōpositos *b* || 17 ut supra posui *del. b* || 19 III *b* IIII *BR* || XI *b* VIIII *BR* || 24 aut in X *b* || 26 *ad* cum *add.* que *r* || 28 siquis B^1R || 29 sit B^1R ||

ternio se ipsum, fiunt ter terna nouem. multiplicet qui-
narius numerus se ipsum, fiunt quinquies quina uiginti
quinque. at multiplicet uel ternio quinarium numerum
⟨uel quinarius numerus ternionem, fiunt quindecim.
omnesque hi numeri nouem quindecim uiginti quinque
per se compositi sunt et quicunque inpares partis eius-
dem sunt. inter se uero incompositi nulli duo pares sunt 773
siue ex paribus siue ex inparibus sunt, quia nulli non
aliquam communem mensuram⟩ habent. nam ut suma-
mus duos pares numeros alterum ex paribus, alterum ex
inparibus, id est quattuor et sex, tamen inter se compositi
sunt, quia communis eis duplicatio est, qua bis bina quat-
tuor, bis terna sex sunt. at inpares primum omnes, qui
per se incompositi sunt. neque enim possunt aliquam
communem mensuram praeter singularitatem habere qui
ne propriam quidem ullam habent. ergo tres quinque
septem similesque omnes ut per se sic etiam inter se in-
compositi sunt et in eadem sorte is quoque numerus est, *258 G*
qui par sub eodem iure est: duo. nam ne hic quidem
cum tribus aut quinque aut cum similibus componitur.
tum quisquis ex his numeris, qui per se incompositi sunt, 774
iungitur cum altero numero quamuis per se composito
efficit ut hi duo numeri inter se incompositi sint ut si tres
et quattuor iungantur. quid enim interest si in alterius
mensura aliqua pars et eadem singularitate sit, si alteri
non est? ac licet etiam duo pluresue numeri non per se
tantum sed etiam sint inter se compositi, incompositus
efficit ut omnes inter se incompositi sint, quia quamuis
aliqua mensura pluribus communis sit, nulla tamen om-
nibus, praeter singularitatem. quod euenit si quattuor
sex octo et quotlibet similes ponantur, adiciantur deinde

---

5 XXV XV B^1D || 8 *ad* sunt *add.* al fiunt *b* || non nulli *D* || 9 aliquam *b* alia quam *B* aliam quam *D* || 12 iis *B* his *R* hiis *b* || 16 nec *b* || 20 simili B^1 || 23 hii *BR* || 24 *ad* interest *add.* al inter se *b.* || si *om.* B^1R || alteri B^1 || 25 *ad* et *add.* al ex *b* || *post* eadem *add.* in *b* || ṣịı *R* || altera *b* || 27 sint *om.* B^1R || compositi *om.* B^1R || incompositos *R* || efficiat *r* || 28 sunt B^1 || 29 sit *om.* B^1R || 31 quodlibet B^1R ||

his tres: nam quamuis tres priores numeri inter se componi possint, tamen quattuor hi inter se non componun-
775 tur. non tantum uero adiectio eius numeri, qui per se incompositus est, efficit ut plures numeri inter se non componantur sed potest etiam euenire, ut qui per se compositi sunt, in unum dati inter se incompositi sint, ubi quamuis aliquas mensuras, diuersas tamen recipiunt; idque euenit et inter impares duos numeros, et parem atque inparem. sumamus nouem et uiginti quinque. horum uterque per se compositus est. habet enim mensuram nouenarius numerus in ternione, habet uiginti quinque in quinario numero. inter se tamen hi non componuntur, quia neque nouem quinarii numeri mensuram neque uiginti quinque ternionis admittunt. idem fit inter octo et nouem, parem atque inparem numerum. nam neque duplicatione aut quadruplicatione nouem neque ternione octo metiri possumus. itaque per se etiam inter se incompositi sunt, qui per se componuntur non protinus etiam inter se componi possunt.

776 Compositi uero inter se sunt omnes pares, ut appa-
259 G rere supra quoque potuit, quicunque uel ex paribus uel ex inparibus sunt. deinde quidam inpares ut nouem et quindecim cum uterque numerus in ternos recidunt. tum quidam pares et quidam inpares ut nouem et duodecim, si quidem his quoque triplicatio communis est: ter terna nouem, ter quaterna duodecim sunt. at illud animaduersione dignum est quod cum inpari numero numquam is par componi potest, qui ex paribus sed qui ex imparibus ortus est: adeo mutata quoque sorte iuris tamen aliqua societas superest. ergo nouem neque cum quattuor neque cum octo neque cum sedecim ⟨neque cum ullo simili

1 his III *b ut coni. Böttgerus* duo tres *R* III s. III *B* || 2 possunt *B*[1]*R* || 5 uenire *B*[1]*R* || 8 et *del. b* || 10 compositi (i *corr. in* u) sunt est *R* || 13 hii *BR* || 13 mensuram numeri *R* || 19 *post* etiam *add.* compositi *b* || 20 sunt *om. R* || 21 quicum *B* || 22 XVI *B*[1]*R* || 23 recedunt *B*[1]*R* || 26 quater *BR corr. Vulc.* || ad *del. in R* at *om. B*[1] ||

numero componi possunt. conponuntur uero cum duodecim et uiginti quattuor, quae a tribus initium sumpserunt. ac ne cum omnibus quidem, qui pares ex inparibus 777 sunt, componi potest omnis inpar numerus qui per se compositus est, quia potest non in eandem mensuram reccidere. ergo nouem et quinquaginta componi non possunt, quia quinquaginta nullam triplicationem recipiunt, quae⟩ nouenario numero sola praeter singularitatem mensura est. euenit autem hoc, quia ne uiginti quinque quidem, quae duplicata quinquaginta fecerunt, ternionem recipiebant. ergo siquando inpar numerus, ex quo par factus est, eandem mensuram, quam alter inpar tenet, habuerit, tum demum cum illo inpari par, qui ex hoc factus est, componi potest. ubi illud non antecessit, ne hoc quidem sequitur. ideo nouem et quinquaginta inter se non componuntur at nouem et triginta inter se componuntur. orta sunt enim triginta duplicatis quindecim, iam autem nouem et quindecim inter se componi poterant, cum communis his mensura in ternione esset. et ex his cetera oriuntur quae ad hoc genus numerorum pertinent.

Ex duobus numeris inter se incompositis siue uter- 778 que siue alter per se compositus est, mensura alterius cum altero non componitur. sint quattuor et nouem. hi per se compositi sunt, inter se incompositi sunt. mensura *260 G* autem quattuor in duobus, nouem in tribus est neque duo uero cum nouem neque tres cum quattuor componuntur. ut sint quinque et quattuor, alter per se incompositus, mensuram quaternio habet in duobus. duo autem et quinque non componuntur. si duo numeri inter se incompositi sunt et alter ex his se ipse multiplicauerit, is qui sic effectus est cum priore illo non componitur. sint

1 conputuntur *B* conpununtur *b* conputantur *D* || 2 qui *b* || sumserunt *B* || 3 nec *b* || 5 eadem B^1 || recidere *D* || 9 nec *b* || 16 non *om.* B^1R^1 || 19 is B^1R^1 || 23 *post* hi *add.* qui *b* || 24 inter se incompositi *om.* R^1 || 25 nonus in B^1R || 27 ut sint *ut uidetur B* ad sint *b* at sint *R* at si sint *r* || 30 ipsum *b* || multiplicabit B^1R ||

tres et quattuor. hi inter se incompositi sunt: siue ternio se multiplicarit, nouem et quattuor, siue quaternio idem fecerit, sedecim et tres inter se incompositi erunt. si duo numeri inter se incompositi se ipsos multiplicarint, qui ex eis fient inter se incompositi erunt, ut si eosdem tres uel quattuor sumpserimus et uterque se multiplicarit,
779 nouem quoque et sedecim inter se incompositi erunt. si duo numeri inter se incompositi sunt, et alter ex his se multiplicabit effectusque sic numerus rursus ipse se multiplicabit, qui sic effectus est numerus cum altero illo non componitur. sint duo et tres. uterlibet numerus se multiplicet, fiunt bis bina quattuor, ter terna nouem. rursus hos numeros eidem multiplicent. fient bis quaterna octo, ter nouem uiginti septem. sumantur nunc duo et uiginti septem uel duo et nouem: aeque inter se incompositi sunt. si duo numeri inter se incompositi sunt et uterque se multiplicauit, deinde effectum ex se rursus multiplicauerit, hi quoque qui sic effecti sunt, ut in eis ipsis qui supra positi sunt *inter se incompositi sunt*. nam ex duobus octo, ex tribus uiginti septem sic facti inter se non componuntur. si duo numeri inter se incompositi sunt et in unum iunguntur, hic numerus qui sic effectus est conponi cum alterutro ex prioribus non potest. si tres et quinque in unum iunguntur, fiunt octo. hi neque cum quinque
780 neque cum tribus componi possunt. si numerus in duos inter se incompositos diuisus est, componi cum alterutro
261 G eorum non potest. diuidantur nouem in quattuor et quinque. neque cum quattuor neque cum quinque componi nouem possunt. si duo numeri cum <tertio iuncti sic fuerint ut omnes inter se incompositi sint, deinde ex

---

2 multiplicaret *R* multiplicauerit *r* || 4 multiplicarent *B*[1] || 5 eis *om.* *B*[1] his *R* || 6 multiplicauerit *b* || 8 multiplicauit *BR* || 9 rursus — est numerus *om.* *R*[1] || ipse se *BR* ille *b* || 13 idem *BR* || 15 inter positi *R*[1] || 18 iis *B* hiis *b* his *R* || 19 inter se incompositi sunt *add. Koppius* || 22 hic *R* hi *B* *del.* *b* || numeri *R* || 24 iunguntur *b* || cum V neque *b* communeque *BR* commune neque *r* || 26 incompositus *R* || *post* componi *add.* olim *b* ||

duobus alter alterum multiplicet, qui sic effectus erit cum eodem illo tertio componi non poterit. sint duo numeri quattuor et octo. adiciantur his tres, inter se incompositi⟩ sunt. multiplicent duo priores alter alterum, quater octo aut octiens quaterna fiunt triginta duo. hi et tres inter se incompositi erunt.

Omnis numerus qui per se incompositus est, com- 781
poni cum altero non potest, nisi cuius ipse mensura est. ergo componuntur tres ad nouem, quinque ad quindecim, quia ter terna nouem, quinquies terna quindecim sunt, in quo numero, qui dimensionem eius non habebunt, cum eo componi non poterunt. si duobus numeris positis minor maiori detrahitur et is qui superest non est mensura eius, qui proximus ante eum demptus est, hi numeri inter se incompositi sunt. sint tres et octo. tollantur ex maiore numero terni quotiens possunt. supersunt duo. in his trium mensura non est. ergo tres quoque et octo inter se incompositi sunt. si tres iuncti sunt ex omnibus, qui sub eadem ratione sunt, ex his duo quilibet in unum dati cum tertio non componuntur. sint tres numeri nouem, duodecim, sedecim. horum insequens semper priori supertertius est nec ulli tres minores duo iuncti reperientur. confundantur in unum nouem et duodecim. fiunt XXI. hi cum sedecim non componuntur. si inpar nume- 782
rus cum aliquo componi non potest, nec cum duplicato quidem eo componitur. sint quinque et octo. hi inter se incompositi sunt. duplicentur octo. fiunt sedecim. nec cum his quidem quinque componi possunt. si duo et alteri

1 multiplicet *D* multiplicat *b* multiplicant *B* || *post* erit *add.* atque *corr. in* atqui *B* || 2 poterint B^1 || 5 aut *BR* uel *b* || octies *b* || hii *BR* || 7 quippe a se *R et corr. in* quippe si a se *B* ał qui per se *add. b* || et *ante* componi *add.* B^1R || 9 ad *B* et *R* || 10 sunt *om.* B^1 || 11 quid eius *R et corr. in* qui id eius *B* ał qui dimensionem *add. b* || 12 cumponi *B* || potuerunt B^1R || 13 e maiore B^1R || is *b* hiis *B* his *R* || 14 hii *BR* || 17 et *R* || 22 duo *del. b* || reperiuntur *B* repperientur *R* repperiuntur *r* || 24 componentur B^1R || 25 alico *B* alicuo *b* || 26 componuntur *b* || hii *BR* || 27 compositi B^1R || 28 quinque *Koppius* quoque *BR* ||

262 G duo numeri ponuntur sic ut neuter ex prioribus cum alterutro ex insequentibus componi possit, ne is quidem, qui de duobus prioribus factus est, componi cum alterutro insequentium potest. sint duo numeri quattuor et octo, itemque alii duo [et] quinque et septem, neuter ex prioribus componi cum altero insequentium potest. confundantur in unum quattuor et octo. fiunt duodecim. ne hi qui-
783 dem cum quinque aut septem conponuntur. minimi numeri ex eis qui sub eadem ratione sunt inter se incompositi sunt, ut in dupli ratione minimi sunt duo et quattuor, in tripli duo et sex, hique inter se non componuntur. at quamuis magni numeri sumantur, qui inter se incompositi sunt, minimi sunt ex omnibus qui sub eadem ratione sunt. sint CC et C. hi inter se non componuntur. est autem inter eos partium ratio, quod CC et centum et I dimidio et nonaginta nouem partibus antecedunt. neque
784 id esse inter ullos minores numeros potest. cum uero mensurae ratio efficiat ut quidam per se inconpositi compositiue, quidam inter se inconpositi conpositiue sint, non alienum uidetur documenta his protinus subicere. omnis numerus aut per se inconpositus est aut si per se conpositus est in aliquo per se inconposito mensuram habet ut III quique ab eo per triplicationem increscunt nouem in tribus, item quindecim in quinque. sed eorum qui pares ex paribus sunt, minima mensura in duobus est. eorum autem qui pares ex inparibus aut etiam inpares sunt, potest minima mensura ⟨etiam in maioribus numeris esse, omnibus tamen imparibus. unius autem compositi mensura uel minima uel maxima facile repperitur. replicato

---

1 cum alterutro — duobus prioribus *om.* B^1 || 3 qui de *om.* *R* || 5 et *om.* *p* || 7 hii *BR* || 9 is *R* his *B* || 10 dupli ratione *R et corr. in* duplici ratione *B* al duplicatione *add.* *b* || 11 triplici *bR* || hiique *B* hique *R* hi qui *r* || 13 sunt *RB* sint *r* || sint *om.* *R* || 14 ut in duo ad unum *post* sint *add.* *p* || 15 et * *B* al I *add.* *b* || 17 numerus *R* || 19 inconpositiue *b* || 20 *post* alienum *add.* tamen *b* || documenta his *Koppius* timentis *BR* his *b* tamen his *r* || 23 IIII B^1 || quinque *b* || VIIII *om.* B^1R || 28 tamen *BD* etiam *b* || 29 reperitur *D* repperietur *b* || replicatio B^1 ||

enim numero proxima mensura maxima, ultima minima est. ut puta sint quinquaginta. hi replicentur. dimidia pars eorum uiginti quinque. in his maxima mensura est. rursus animaduer->tamus quas inferiores mensuras habeant. sunt autem decies quina quinquaginta, item quinquies dena, item bis quina uicena nec ulla ex his minor est ea quae ex duobus est: haec igitur minima mensura quinquagenarii est. at si duo numeri inter se compositi 785 sunt, maior et minor, quo modo repperiatur communis 263 G his maxima minimaque mensura quaeri potest. oportet autem minorem numerum maiori detrahere quotiens potest. deinde quantum ex priore superest, tantundem demere ex minore quotiens potest. qui sic intererit numerus, is erit eorum numerorum mensura maxima. sint duo numeri CCCL et C. demantur ex CCCL quotiens possunt centeni, id est ter: reliqui sunt quinquaginta. ex altero centenario numero detrahantur quinquaginta. supererunt ex eo quinquaginta. hic numerus CCCL et C communis mensura maxima est. nam quinquagiens bina centum, quinquagiens septena CCCL sunt. ex hoc etiam illud apparet quod quisquis numerus minor maximum in supra dictos numeros metitur, is quoque eorum *minimam* mensuram metietur. minima autem mensura eorundem numerorum sic inuenitur. ubi maxima reperta est, illius ipsius minima quaeritur. eadem etiam prioribus numeris communis minima est. ut hic quoque minima quinquagenarii mensura in duobus est: igitur eadem etiam priorum numerorum minima mensura est. at trium nu- 786 merorum, qui inter se compositi sunt, maxima minimaque mensura sic inuenitur. duorum mensura maxima

2 hii *B* || 8 quinquagenari *B corr. p* quinquagenaria *bR* || 10 is B^1R || 11 minorem *b* maiorem *BR* || maiori *b* minori *BR* || 12 tantumdem *B* || 14 mensuram B^1R || maxima * *B* || 19 *bis* quinquagies *b* || 20 ex hic *corr. in* ex hinc *B* aɫ hoc *add. b* ex hic *R* ex hinc *r* || 21 maximam *BR corr. p* || 22 duos *BR* dictos *b* || is *om.* B^1R || 23 minimam *add. Vulc.* || mensuram metietur (mitietur B^1) minima *in ras. in B* || 26 *ad* hic *add.* aɫ huic *b* || 27 quinquagenium B^1R ||

quaeritur. si ea tertio quoque eorum minimo communis, repertum id quod desideratum est: si non est, medii minimique maxima mensura eodem modo requiritur eaque tribus omnibus communis est. sint tres numeri trecenti quinquaginta, centum, septuaginta quinque. quae sit mensura maxima communis his qui trecenti quinquaginta et his qui centum sunt, repertaque sit in quinquagenario numero, consideremus an hic tertium illum, qui septuaginta quinque habet, metiatur. si metiretur, omnibus tribus communis esset. non metitur autem. ergo iungimus centum et septuaginta quinque et horum maximam mensuram requiramus. demo ex centum septuaginta quinque. supersunt uiginti quinque. hos quotiens possum demo ex eo numero, qui septuaginta quinque habet, id est bis. supersunt uiginti quinque. hic numerus maxima mensura est communis his qui centum et his qui septuaginta 264 G quinque sunt. in his etiam omnium trium numerorum maxima mensura communis est. nam uiciens quinquiens terna septuaginta quinque sunt, uiciens quinquies quaterna centum, uicies quinquies quaterna dena trecenti quinquaginta. consideremus nunc horum uiginti quinque quae minima mensura sit. ea peruenire neque ad duos neque ad tres neque ad quattuor potest, sed est in quinario numero et haec eadem mensura minima communis omnibus tribus superioribus numeris repperietur. nam duo qui et trecentos quinquaginta et centum metiuntur, septuaginta quinque non metiuntur. tres, qui septuaginta quinque metiuntur, ⟨CCCL et C non metiuntur. quattuor qui centum metiuntur, rursus CCCL et septuaginta quin-

1 ea *Koppius* ex *BR* al in *b* || quoque eorum *p* eo quoque *b* quoque eo *BR* || 6 & C & *inter* CCCL *et* LXXV *add. b* || in *ante* his *add. b* || et his qui *R* et is qui *B* et in his qui *b* || 7 *ad* sit *add.* al fit *b* || 9 si metiretur *om.* *R*[1] || 10 iungamus *p* || 13 supersunt XXV *om.* *R*[1] || 18 uicies *br* || quinquies *br* || 19 uicies *bR* || C — quaterna *om. R* || 20 CCCCL *B*[1]*R* || 21 orum *R* || 25 reperietur *R* || 26 *post* duo *add.* et *R*[1] || et *post* qui *om. R* || et *ante* C *om.* *R*[1] || 28 C metiuntur *om. B add. post* rursus *b* || 29 *post* et *add.* C metiuntur *B*[1] ||

que non metiuntur. quinque primum omnes illos metiri possunt, quia quinquies quina dena septuaginta quinque, quinquies uicena centum, quinquies septuagena CCCL sunt. duobus uero numeris datis quem minimum illi 787 metiantur⟩ sic inuenitur. sint dati numeri duo et tres. hi inter se incompositi sunt. ex his alter alterum multiplicet. bis terna uel ter bina fiunt sex. hic minimus numerus est quem illi duo metiuntur. maximum quem metiri possint nemo dixerit, sed omnem idem numeri metientur quicumque senario numero multiplicato fiet. addantur duo numeri inter se compositi nouem et duodecim. simplici multiplicatione eodem non peruenitur, quia potest etiam minor numerus quam qui sic efficitur in his mensuram habere. alia igitur uia reperiendum est. uideamus qui minimi numeri sub eadem ratione qua hi 788 sint. est autem in nouenario numero minimus rationis eiusdem in III, in duodenario in duobus. nunc multiplicet ex minoribus numeris uterlibet non suum numerum sed alienum id est uel III duodecim, uel duo nouem. ter duodena triginta sex, bis nouena XVIII, mensuram habeat et in nouem et in duodecim. habet autem in nouem et in duodecim non habet. dimittatur igitur et maior adprehendatur qui est triginta sex. hic minimus est quem metiri et nouem et duodecim possint. nam et nouiens quaterna et duodecies terna XXXVI sunt. eadem ratione omnem numerum quicumque triginta sex multiplicatis *265 G* fiet idem illi duo numeri metiuntur. tribus autem nume- 789 ris datis numerus quem minimum illi metiantur, sic inue-

---

3 septagena B^1 || 6 compositi B^1 || alter *bis positum in* *B* || 8 metiuntur *D* metiantur *BR* || mitiri *B* etiri *R* || 10 quicum *b* || addentur *B* || 12 simplici *scripsi* simili *BR* || 13 quam *del. b* || 14 habere. alia *scripsi* aliam habere *BR* aliam habere alia *Vulc.* || 15 quam *b* || 16 sunt *b* || 17 in III (tribus *R*) in duodenario *om.* B^1R^1 || 19 II uł VIIII *B* || 20 is B^1R || & in VIIII *iteratum a* B^1 || 21 et *ante* in XII *om. R* || 22 sic *ante* maior *add. b* || 23 hic minimus — 25 quicumque XXXVI *om.* R^1 || 24 nam et nouiens (nouies *Rb* nobiens *B*) quaterna et duodecies terna XXXVI sunt *om. Koppius* || 27 metietur R^1 || 28 quem (*corr. ex* qui m) ***** illi *B* ||

nitur. sint dati tres numeri duo tres quattuor. summus is numerus qui minimus et in duplicatione et in triplicatione mensuram habet. is est senarius. consideremus an hic etiam tertium ex tribus id est quaternionem metiatur. si metiretur, repertum id esset quod requisitum est. nunc non metitur. aspiciamus ergo quem minimum quattuor et tres metiantur. is est duodecim. ergo is est minimus quem omnes illi tres metiri possunt. nam et bis sena et ter quaterna et quater terna duodecim fiunt. et hic quoque omnem numerum, qui duodecim multiplicatis fiet,
790 idem illi numeri tres metiuntur. ubi duo numeri numerum aliquem metiuntur, qui minimus in illis duobus mensuram habet, eiusdem illius numeri mensura est. sint dati duodecim. hos et duo et tres metiuntur. minimus autem numerus, quem illi duo metiuntur, senarius. atquin idem etiam duodecim metitur. nam sexiens bina duodecim sunt. idem fit in eo numero, quem tres aliqui metiuntur. nam hunc quoque metitur qui minimus in illis tribus mensuram habet. ponantur uiginti quattuor. hos et duo et tres et quattuor metiuntur, minimus autem numerus, qui est duodecim, in isdem illis tribus mensuram habet. atquin hic quoque eos qui uiginti quattuor sunt metitur. nam duodeciens bina uiginti quattuor sunt.
791 si bini numeri maiores minoresque ponuntur sic ut eadem ratio inter maiores minoresque sit, quotiens maior maiorem, totiens minor minorem metitur. sint numeri duo et tres. deinde octo et duodecim. eadem inter maiores minoresque numeros ratio est. nam et tres duobus et duo-

2 his B^1 || 3 *ad* is est *add.* al id est *b* || 5 esset *b* est et *B* est *R* || 7 metiatur *R* || in *ante* XII *add. b* || id est *corr. in* is est *B* al idem *add. b* || minimus *BR* numerus *b* || 8 possint B^1R || 9 hic *BR* is *b* || 10 qui a XII *b* || fient *BR* al et *add. b* || 14 & IIII *ante* metiuntur *add. b* || 15 atqui *b* || 16 idem *scripsi* isdem *BR* || sexies *br* || 18 hinc B^1R^1 || *post* metitur *add.* atquin quinarius quoque numerus sexiens metitur B^1 || 21 qui *BR* id *b* || numeris *post* illis *add. b* || 22 atqui *b* || 23 binis *R* || 24 numeris RB^1 || maioresque *omisso* minores B^1R^1 || 26 *ad* minorem *add.* l maiorem *b* || et III (*corr. ex* IIII) *B* ul *add. b* ||

decim eis qui octo sunt superdimidii sunt. metiuntur au-
tem tres eos qui duodecim sunt quater. nam ter quaterna
duodecim sunt. ⟨atqui duo quoque eos qui octo sunt
quater metiuntur. nam quattuor bina octo sunt. [quo- 792 266 G
tiens singularitas aliquem numerum metitur, totiens alius
numerus metietur.] eueniet ut, quotiens singularitas ex
secundis priorem numerum metietur, totiens is, qui ante
in singularitatis mensuram ue-⟩nerit, ulteriorem numerum
metiatur. sint unum et quinque et sex et triginta. singu-
laritas quinarium numerum quinquiens metitur. idem
facit senio in triginta. rursus ipsos sex singularitas sexiens
metitur. atqui quinarius quoque numerus sexiens metitur
eos qui triginta sunt. si duo numeri alter alterum multi- 793
plicant, eum uero numerum qui sic effectus est aliquis
qui per se incompositus est metitur, idem necesse est
etiam utrumque ex prioribus metiatur. multiplicet decas
octonarium numerum, fiunt octoginta. hos duo metiun-
tur. nam bis quadragena octoginta sunt. atquin idem
octo quoque et decem metiuntur, cum bis quaterna octo,
bis quina decem fiant. quotienscumque numeri propor- 794
tionis eiusdem, quam ἀναλογίαν Graeci uocant, in ordi-
nem ponuntur, primus si ultimum metitur, secundum
quoque et deinceps omnes metietur; si secundum metitur,
ultimum quoque et medios metietur; si quemlibet deni-
que unum metietur, omnes metietur. contra si ultimum
non metitur, ne secundum quidem neque quemquam
alium; si secundum non metitur, ne ultimum quidem
aliumue; siquem medium non metitur, ne alium quidem.
sint tres et nouem et uiginti septem, LXXXI CCXLIII.

---

1 is *BR* his *br* || 2 ter quaterna *BR* quater terna *r* || 3 eos *om. B* || 4 *glossam deleui* || 6 *post* numerus *add.* alium *b* || 7 priorem *scripsi* ulteriorem *BD* || his *(deletum in) B* || 9 et *ante* XXX *om. R* || 10 quinquies *b* || 11 sexies *b* || 12 atquin *R* || atqui— sexies metiatur *(sic) om. B*¹ || 16 decus *BR corr. Vulc.* || 17 octonarius *B*¹*R* || numer *B* numerus *R* || 18 *post* idem *add.* si *B*¹*R* || 19 metitur *br* || 20 fiunt *b* || 21 anaΠΟΠΛΛΝ (logian *b*) *B* ΑΝΑΠΟ-ΠΛΑΝ *R* || 25 omnes metietur *om. R* || 26 non metietur *B*¹ || ne *b* nec *B* nec *R* || neque quem *B* neque quam *b* nequemquam *R corr. p* || 27 metietur *R* || nec *b* || 29 et *ante* XXVII *om. RB*¹ || CCLIII *B*¹ ||

inter hos omnes tripli ratio est. ternio autem metitur eos, qui ducenti quadraginta tres sunt. ter octogena singula ducenti quadraginta tres sunt. idem ergo metitur nouenarium numerum, cum ter terna nouem sint, et quia hunc metitur, etiam ultimum, et quia utrumlibet, etiam ceteros, et quia medium quemuis ex illis, et priores quoque et ulteriores. at duo quia non metiuntur ducentos quadraginta tres, ne nouem quidem aut medios; quia nouem non metiuntur, ne ducentos quadraginta tres quidem aut medios; quia nullum ex mediis metiuntur, ne ulteriores quidem.
795 dem. si quotlibet ab uno numeri conueniunt proportionis eiusdem, quot per se incompositi numeri ultimum nume-
267 G rum, totidem etiam eum qui ab uno proximus est metientur. sint numeri qui duplo increscunt: I duo quattuor octo sedecim. ex his eos qui sedecim sunt duo, et idem se ipsos metiuntur. at sint I, XII, CXXXXIIII, MDCCXXVIII: sunt per se incompositi numeri II et III, quia bis DCCCLXIIII in MDCCXXVIII: itemque ter DLXXVI. atquin eidem duo et tres et duodecim quoque, qui ab uno proximi sunt, me-
796 tiuntur, cum bis sena et ter quaterna duodecim sint. si quotlibet ab uno numeri proportionis eiusdem sunt, minor numerus maiorem semper per aliquem aliorum, qui sub eadem ratione sunt, metitur. sint I duo quattuor octo se-

---

1 omnis triplicatio *R* || metietur *R* || 3 *et* 5 metietur *R*[1] || 8 ne *om.* *B*[1]*R*[1] || *post* VIIII *add.* quidem *r* || 11 quodlibet *BR* || portionis *B*[1]*R* || 12 quod *R* || 16 at sint · I · XII · CXLII · I̅ · ɔCC · IIII st p se incōpositi numeri · II · et III · qui ab his octingenta quinquagena bina I̅ ɔCC · IIII · st̄; itē quet quingentena sexagena octogena · atquinidē · II *B (in his qui bis leguntur numeri* I̅ ɔ *in ras. sunt)*: at sint I · XII · CXLII a CCIIII sunt per se incompositi numeri duo & tres qui ab his octingenta quinquagena bina m̄ δCCIIII sunt (p se incōpositi numeri duo et tres q̊ ab is octingenta quinq̈gena bina m̄ septingenti quatuor sunt *add. in marg. inferiore*) itemque ter quingentena sexagena octogena atquin idem *R: totum lotum restituit Koppius* || 19 *post* sunt *add.* ẽ *r* || 20 sunt *B* || 21 quodlibet *R* || portionis *B*[1]*R* || 22 eorum *b* aliorum *BR* || 23 ratione *marg. Vulc.* portione *BR* ||

decim, triginta duo, sexaginta quattuor. ex his duo eos qui quattuor sunt, quattuor eos qui octo sunt, octo eos qui sedecim sunt, sedecim eos qui triginta duo sunt, triginta duo eos qui LXIIII sunt, duplicatione metiuntur. at duo eos qui octo sunt quadruplicatione metiuntur. eadem eos, qui sedecim sunt [qui] metiuntur quattuor, [sunt] VIII eos qui XXXII sunt, XVI ⟨eos qui LXIIII sunt. itemque octuplicatione metiuntur duo eos qui sedecim sunt, quattuor eos qui triginta duo sunt, octo eos qui sexaginta quattuor sunt, neque inuenitur numerus qui non et maiorem metiatur et nulla alia mensura id facit, quam quae in isdem numeris est. si quotlibet ab uno numeri pro- 797
portionis eiusdem sunt⟩ et is qui ab uno proximus est per se inconpositus est, maximus ex his in mensuram non ueniet nisi qui eiusdem proportionis erit. sint I tres nouem, uiginti septem. inter hos tripla proportio est, et uni proximus numerus per se inconpositus est. igitur eos, qui uiginti septem sunt, nullus numerus metiri potest nisi aut tres aut nouem, quia sub eadem proportione sunt, quod non ita euenit, siquando ab uno proximus numerus conpositus est. sint I quattuor sedecim, sexaginta quattuor. proximus ab uno numerus per se conpositus est. ergo ultimus qui est sexaginta quattuor, alias quoque mensuras quam quae in hac serie sunt admittit, et duo et octo et triginta duo, cum bis XXXII octiens octona bis

---

2 qui IIII sunt IIII eos *om.* B^1R || 3 XXXII *B* XXII *R* || qui *ante* XXXII *add.* B^1R || 4 LXIIII *B* LX *R* XL *r* || at — metiuntur *om.* R^1 || 5 *ad* eadem *audiendum est* quadruplicatione || 6 qui *om. p* || IIII *B* quater *R* || sunt VIII eos qui XXXII sunt XVI eos qui LXIIII sunt *om. p et deinde omnes edd. etiam Koppius quamquam in BRD plene perscripta* || 8 quadruplicatione *b* || 10 *ante* neque *add.* XVI *b* || 11 faciat *BD* || 12 hisdem *bD* || quodlibet B^1D || 13 portionis B^1 porcionis *D* || his *R* || 14 *ad* maximus *add.* I o *b* || 15 uenient *b* || portionis B^1R || erunt *BR* || 16 triplo portio B^1R^1 || 19 qui *b* || portione B^1 || 21 *post* est *add.* numerus *b* || 22 *ante* proximus *add.* faciunt *r* || 24 quae *b* quam *BR* quem *r* || 25 VIII *R* VIIII *Br* || XXXV B^1 || octies *b* || octone *b* || & bis *b* ||

et triciens bina, sexaginta quattuor faciant. quem minimum numerum duo per se incompositi metiuntur, eum nullus alius per se inconpositus metietur. sumantur quinque et septem. nullum minorem numerum triginta quin-
268 G que metiuntur. nam quinquies VII et VII quina triginta quinque sunt. atque nullus alius numerus per se inconpositus hunc metiri potest, non duo non tres non unde-
798 cim non tredecim non XVII. multo uero minus ulteriores numeri. si quadratus numerus quadratum metitur, in latere quoque eius alterius mensura est. sint duo quadrati numeri quattuor et sedecim. metitur eos qui sedecim sunt quaternio, quater enim quattuor sedecim. atquin in latere quattuor duo sunt, in latere eorum qui sedecim sunt quattuor sunt. duo metiuntur quaternionem, bis enim bina quattuor sunt. ex hoc etiam illud apparet ex duobus quadratis numeris, si in alterius latere mensura est, in
799 ipso quoque quadrato numero alterius quadrati mensuram esse. si quadratus numerus quadratum non metitur, ne in latere quidem alterius mensura alterius est. sint quadrati numeri quattuor et nouem. quaternio nouenarium numerum non metitur. ergo ne duo quidem, qui in latere quaternarii sunt, tres, qui in latere nouenarii numeri sunt, metiuntur. ex hoc etiam illud apparet ex duobus quadratis numeris, si in alterius latere alterius lateris mensura non est, ne in altero quidem quadrato numeri
800 alterius quadrati mensuram esse. si tessera tesseram metitur, in latere quoque alterius lateris mensura est. sint duae tesserae octo et sexaginta quattuor. eos qui sexaginta

---

1 et triciens *BR* tricies *b* || faciant *p* faciunt *BR* fiunt *b* || 4 *ante* XXXV *add.* quam *b* || 7 XI *b* XII *BR* || 8 XVII *BR* XVI *r* || ulterioris *R* || 9 *post* numeri *add.* metiuntur *b* || quadratus metitur *BR* || 10 alterius *p* lateris *BR* || 12 atqui *r* || 13 quattuor *B* eorum qui quattuor sunt *b* || duo sint *B*[1] || 14 sint *ante* duo *R* || 16 *post* latere *add.* eius *b* || 18 metietur *B*[1] || nec *b* || 20 nouem *p* VIII *BR* || qua ** *B* ternarii *add.* *b* quaternā *R* || 22 nouenari *B*[1]*R* || 25 alio *B* || 26 tessera *p* eam *BR* etiam *b* || metietur *R*[1] || 27 alterius alterius lateris *B* alterius tesserae lateris *b* ||

quattuor sunt octo metiuntur, si quidem octies octo sexaginta quattuor sunt. atquin si in latere eius tesserae, quae octo habet, duo sint, in latere eius, quae sexaginta quattuor habet, quattuor sunt, duo quaternarii mensura sunt. ex hoc etiam illud apparet, si ex duabus tesseris duo alterius latus, alterius lateris mensura est, eius quoque tesserae alia tessera mensura est; atquin si tesseram tessera non metietur, ne in latere quidem apparens lateris alterius mensura est. ⟨sint duae tesserae octo et uiginti septem. eos qui uiginti septem sunt octo non metiuntur. ergo cum in latere eius tesserae, quae octo habet, duo sint, in eius, quae uiginti septem habet, tres sint; duo ternionem non metiuntur. ex hoc etiam illud apparet quod si in latere tesserae non est mensura, ne ea quidem 269 G
tessera eam tesseram metitur. in omni uero numero, 801
qui mensuram in aliquo numero habet, ex eodem et men⟩surae nomen adquirit, qui mensuram facit. sint nouem, hos ternio metitur, et est nouenarii numeri tertia pars in tribus. sint sedecim, hos quaternio metitur, et est quarta eorum qui sedecim sunt IIII. idemque in ceteris omnibus numeris reperietur. sequitur autem ut si numero membrum sit, in eo numero mensuram is habeat, cui cum eo membro commune nomen sit; ut nouenarii numeri membrum in ternione est, eumque tres metiuntur.

Hos sat erit cursim numeros memorasse modosque. 802
cetera Cecropias aequum perhibere cathedras,
si tamen ullus inest nostris super halitus aris
aut rite in ueterem cultum replicantur abollae.
me spatium admonuit iam claudere fatibus orsa,

1 octies *b* || 2 in latere *b* altere *B* in altere *R* || 3 habent *b* || in *om. R* || 4 sint B^1R || quaternarii *p* quattuor *BR* || 5 hac B^1R || duo alterius latus (latius *B*) alterius *BR* in alterius latere alterius *b* duo alterius *r* || 8 apparens *BR* alterius *b* || 16 alico B^1 || 18 numeri *inductum in B* || 21 reperitur *R* || 22 his B^1 || 25 hos *B* nos *bR* || 26 cecropeas *r* || aecum B^1R ||

ne superum nostri capiant fastidia coetus
et uetus astrigero pellar Numeraria caelo.'
sic ait ac reticens propiori adiuncta sorori est.

LIBER VIII

DE ASTRONOMIA

803 *270 G* Quae dum geruntur et deorum sacer senatus illos numerorum concinentium repugnantiumque admiratur anfractus ipsamque feminam quadam uenerabilis excellentiae celsitudine reuerendam non cassum parentem superum creditam recognoscit, multitudo etiam quae iuxta constiterat sapientium praesertimque Pythagoras cum sectatoribus cunctis Platoque Timaei sui caligosa discriminans arcanis eam laudibus uenerantur, nupturamque uirginem saepius conspicabunda Pallas quid super dotalis eruditione feminae comprobaret exquirit et ipsa nutum admirantis adsocians, Cyllenius autem nullius magis alumnae splendore ac luculentia gloriatus huius se feminae euehit granditate: sic Phoebo diutule aliam dotalium intromittere remorante, ne prioris propere admiratio labe-

3 riticens *R* || propriori B^1R^1 || est *om.* R^1 || *subscriptum* MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE ARITHMETICA (ARITMETICA *B*) LIBER ·VII· EXPLICIT *in BR* || *inscriptum* INCIPIT DE ASTROLOGIA LIB̄. (LIBER *R*) VIII (FELICITER *add. B*) *in BR* || 10 creditum *bR* || iuxta *Grotius* iussa *BR* || 11 sapientium *b* sapientem *B* sapientum *R* || pytagoras *BR* || 12 timei *BR* || discrimans *B* || 13 ueneratur *r* || nuptiaramque *R* nuptaramque *r* || 15 exquiret B^1R^1 || 16 nullus B^1 || 18 foebo *BR* || 19 propere *r et* (p *in ras.*) *B* al proferae *add. b* profere *R* || laueretur B^1R ||

retur, sacrum paululum fuit reuerendumque silentium.
Silenus interea ut Euan consecutus pone uietus atque ad- 804
clinis adstabat seu marcore confectus aetatis siue anxia
inter doctae uocis miracula intentione conpressus, an alias
poculis turgens tunc etiam nuptialis gratiae nomine pro-
lectatus inundantis se temeti infusione proluerat, iam du-
dum laxatus in somnos, forte repente blandum stertens
⟨ranae sonitum desorbentis increpuit. quo terrore et
rapiduli sonitus raucitate concussi eodem se quam plures
conuertere diui senisque proflantis somnum atque umentis *271 G*
crapulae exudatione conspecta risus circumstantium eo
maxime quod claudebatur excussus. tunc quoniam cre-
dita iocos nuptialis licentia⟩ non uetare, famulitium Vene-
ris uernaculaeque Bromiales tantos cachinnos concussis
admodum tulere singultibus, ut quam plures alios conisos
cohibere risum hoc maxime in petulantis proruptionis
sonitum effusique cachinni libentiam prouocarint. deni-
que, ut semper inpatiens atque inuerecundis procax ac
proteruus adsultibus ad eum alacer Cupido atque hilarus
adcucurrit atque ut depile rubellumque caluitium senex
baculum adclinatus adfixerat, palmae uerbere percrepan-
tis adploso eoque sonitu reclamanti risum uelut etiam per-
missum paene omnibus suscitauit,

tunc uix senex reclusis 805
creperum uidens ocellis
circumspicit ridentes
ictuque suscitante
stupidum dolens tuetur,

---

2 adque B^1 || 3 ancxia *R* || 4 compsus *BR* conpressus *b* ł uictus *add. b* || 5 proiectatus R^1 || 6 inundatis B^1 || 7 glandum *BR* clandum *b* sterteny *bR* sterneny *B corr. p* || 8 raniae *bD* || terrore *D* sterope *B* ał terrore *b* || 9 concussi *B* ał confusi *b* confusi *D* || 10 somnum *BD* somno *b* || humentis *bD* || 12 quod *scripsi* quo *BD* || excusus *D deinde* ÷ *add. bD* || 13 nuptiales *D et ut uidetur* B^1 || 14 *ad* uernaculaeque *add.* ł bernulae *b* || cacinnos B^1R || 15 tuleri B^1R || ut *in ras. B* ad *R* || quemplures *R* || 16 coibere B^1 || 17 cacinni B^1R || 19 ilarus B^1R || 20 adque B^1 || 21 baculo *b* || adflixerat B^1R || ueruere B^1 || 28 tueretur *R* ||

frictuque palmulari
madida detergit ora.
tunc motus increpante
baculum rapit Lyaeo,
ac dum mouere gressum
cupit auocante Lyde,
tandem recepta luce
superum uidet senatum:
percellitur repente
silicerniumque nutans
temptat celerare cursum;
tunc motibus negatis
magis inuolutus astat,
cessimque formidantes
abeunt pedes tremore
titubansque moliensque
haeret redit recurrit,
tunc uicta palpitansque
turgens cadit senectus.
fit maior inde risus
272 G nec scit modum uoluptas,
donec iubente Baccho
Satyrus rapit iacentem
⟨scapulisque dat supinum
uuidumque⟩ quadrimembrem
colloque complicatum
utribus parem reportat.

806 hac iocularis laetitiae alacritate feruente Satura illa, quae meos semper curae habuit informare sensus 'ne tu' ait 'Felix uel Capella uel quisquis es non minus sensus quam

---

4 lyeo *BR* || 6 *an* cupit ac uocat Lyaeum? || *ad* lyde *add.* dea *b* || 11 clere *BR* celere *b* celerare *r* || 18 uita palmitansque *R*[1] || 21 nec scit *r* nesit *B* nescit *bR* || 23 saturus *B*[1] || 24 scalpulisque *B*[1] scapilisque *D* || sopinum *D* || 25 et iatimembrem *BR* || 27 parem *R* darent *B* daren *b* || 28 iacularis *R* || ferbente *B*[1] || satyra *BR* || 30 quisquis quies *R* quisquis quis es *B* *eraso postremo* quis ||

nominis pecudalis, huius incongrui risus adiectione desipere uel dementire coepisti? ain tandem non dispensas in Iouiali cachinnos te mouisse concilio uerendumque esse sub diuum Palladiaque censura adsimulare quemquam uelut cerritulum garrientem? at quo etiam tempore Cu- 807
pido uel Satyrus petulantis ausus procacitate dissiliunt? nempe cum uirgo siderea pulchriorque dotalium in istam uenerabilem curiam ac deorum uentura conspectus! apage sis nec post hos nugales ausus lege hymeneia et culpae uelamine licentis obnuberis! saltim Prieniae ausculta nihilum grauate sententiae et ni ὄνος λύρας, καιρὸν γνῶθι'. tam tristibus asperisque Saturae alioquin lepidulae uerberibus demulcatus, cum excusamentis admissi uelut procacis inuolutus, tandem quae puellarum intromittenda paratur inquiro. ac sic illa nondum stomacho senescente, quo in me inuehebatur, exorsa

'astrigerae iam sedis iter cursumque polorum 808
et sacra multiuagos qua tollunt sidera flexus
dicere tempus adest: uideo splendescere pulsu
icta corusciferi subito laquearia caeli:
illinc bis septem solitus seruare Triones
pastor Hyperborea resplendet luce Bootes,
hinc qua deuexo tellus subducitur axe,
ignoto Canopos sese infert fulgidus astro:
Phoebeos pariter currus rapidosque meatus

---

1 inconcruiri *R* || adlectione *R* || 2 an tandem *bR* || 3 cacinnos *B*¹*R* || 5 uelut *Susius in Gurlitti animaduerss. IV p. 10* uel *BR* || cerritulum *B* cerriculum *bR* || ad *B*¹*R* || 9 post hos *scripsi* post id haec *B* post id *b* post haec *R* || leges menega *B* leges himenegia (*sed* hi *rursum delet.*) *b* leges menegia *R corr. p* || 10 obnuueris *B*¹ || saltem *Br* || priaeneiae (iae *in fine uoc. deleta*) *B* || 11 ΝΙΟΝΟϹ ΛΥΡΑϹ *in ras. B* ni onos aγΡΑϹ *R* || ΚΑΙΡΟΝ *BR* ΓΝΟΤΟ *B* ΓΝΟΤΥ *b* ΓΝΟti *R* || *locum restituit Grotius* || 12 satyrae *B*¹*R* || lepudulae *B*¹*R* || 13 demulcatus *Grotius* demulgtatus *BR* demulgtatis *br* || 14 pararetur *B*¹ || 20 iacta *b* || subi ubi tunc *B* ubi tunc *b* subitunc *R corr. Vulc.* || 22 yperborea *Rb* iperborea *B* || 24 icnoto *B*¹*R* || 25 foebeos *BR* || cursus *br* ||

et totiens uariae flammantia cornua lunae,
quin etiam medios quos nectunt culmina circos,
273 G oblique et rutilis quo se rapit orbita signis,
cernere iam uideor: tu fingere ludicra praestas
uiliaque astriloquae praefers commenta puellae.’

809 talia adhuc canente Satura uetitus ille ac durissime castigatus denuo me risus inuasit. ‘euge’ inquam ‘Saturam artem poeticam feci colere! coepistine Permesiaci gurgitis sitire fontes? iamne fulgores praeuides et uultus deorum? ubi illud repente discessit quod inrisoria semper lepidaque uersutia inter insana semper deridebas uatum tumores dicabulis cauillantibus saleque contenta nec minus poetarum rhetorumque cothurno inter lymphatica derelicto et quod rabido feruebas cerebrosa motu ac me Sileni somnum ridentem censorio clangore superciliosior incre-⟨pabas? ergone figmenta dimoueam et nihil leporis iocique permixti taedium auscultantium recreabit? Peligni de cetero iuuenis uersiculo resipisce et ni tragicum conrugaris

ride si sapis o puella ride!’

810 his me Saturaque mea alterna diutule obiurgatione rixatis, aliam dotalium uirginum Delius intromissurus⟩ egreditur. et ecce globus quidam lucis aetheriae et concaua perspicui ignis adiectio, ut apparebat, intra se quandam uirginem claudens, miti uertigine sensim uolutus inlabitur. quo candore luminis propinquantis plures inradiati refulsere diui fatalesque maxime, quorum etiam habitus motusque et quicquid in his ignotum credebatur emicuit.

---

1 toties B^1R || 2 nectunc B^1R || uolmina R^1 || 3 obliqua *B* || qua *b* || obita *R* || 4 pestas B^1 || 6 satyra *BR* || 7 Saturam artem poeticam feci colere *scripsi* Satura me artem poeticam fecit colere *Koppius* satyra me ante poetriam (potetriam B^1) fecit colere (colera B^1R^1) *BR* || 10 inrisuria B^1 || 12 dicabilis B^1 || 13 coturno inter lymfatica *BR* || 14 et *scripsi* est *BR* || rapido *R* || ferebas B^1 || 16 ergo nec B^1D || 17 iecique *D* || 20 *Martialis II 41* || 21 mea *ut uidetur* B^1; *ante* me *add.* a *b* || satyraque *BD* || 24 adiectio *scripsi* adiestio *BR* aggestio *p* || 25 mitti *R* ||

tunc et ipsa extimi caeli contextio eiusdem lucis fulgori-
bus reuibrauit. quo miraculo stupefacti aerii terrestres
marinique diui et siquos clausa telluris operiunt, Astrae-
amque, Vranien, certe Libyssam apparuisse rati, locum
consessionis honoratissime praebuere. et ecce subito pro- 811
silit quaedam gemmata nec minus totis artubus decenter
oculea. huic sidereus uertex uibrantesque crines. uerum
alae cum pennis hyalinis et uolitandi per mundum remigia
crebrius aurata crispantur. gestabat in manu cubitalem
fulgentemque mensuram, in alia librum, in quo praeme-
tata diuum itinera et cursus recursusque siderei cum ipsis *274 G*
polorum cardinibus praenotati ex metallis diuersicoloribus
apparebant. quae ubi in medium quam pluribus sibi dis
adridentibus uenit, ceteris pulchritudinem splendoremque
eius admirantibus, ita coepit

'Multae admodum rationis nec eiusdem despicabilis 812
temnendaeque contuitu me, siqua sunt industriae nostrae
opera, conuenerat reticere. haec enim uerecundae arbi-
tror probitatis motus cursusque proprios ipsis edisserere
qui mouentur docereque deos uelle quod faciunt, tum
etiam quod per inmensa spatia saeculorum, ne profana
loquacitate uulgarer, Aegyptiorum clausa adytis occulebar.
quippe per quadringenta ferme annorum milia illic reue-
renti obseruatione delitui, atque utinam post diluuialis
consternationis excursum Athenarumque urbem longa
intercapedine restitutam nullae me in Graecia terrestres
inlecebrae nec iactantes crinitorum scopas palliolis con-

---

1 et *b* ex *BR* || 3 claustra *in B a manu recentiore corr.* || astreantemque *R* astrea ** tem ** (*uidetur fuisse* ro) que *B* || astreantemque *b corr. Koppius* || 4 aut *ante* Vranien *add. Koppius* || lybyssam *B* lybissam *R* || 5 subitum *b* || 6 artibus *BR corr. p* || 8 pinnis B^1 || yalinis *b* salinis *B* ialinis *R* || 10 praemeta B^1 || 12 populorum B^1R || 13 diis *BR* || 16 dispicabilis B^1R || 17 tempnendaeque *b* || contuitus *r et fortasse* B^1 || 22 aditis *R* || occolebar B^1 || 23 quadraginta *b* || 25 athenarumque *b* * (*uidetur fuisse* n) atnarumque *B* aeternarumque *R* ethernarumque *r* || 26 graetiam *R et ut uidetur* B^1 || terrestres *b* taerestris *R* taeretuis *B* || 27 scopae *Grotius sed structura est* 'philosophi qui σκοπάς iactabant' || pallio-

tegendam potius quam diuulgandam cognouissent! numquam profecto itineris rationes reditusque uestri in notitiam hominum ac mortalium curarum inluuiem peruenirent.
813 sed quoniam utcumque in Graiam notitiam errabunda perueni, sufficere oportuit quicquid ab Eratosthene Ptolemaeo Hipparcho ceterisque uulgatum, ne me ultra loquendi necessitas ingrauaret. tamen quia me alumnantis erudientisque Cyllenii reticere non permittit officium, nostrique studii secreta discludere sollertia quoque nubentis inuitat, apud uos superi caelestesque qui uestra recensebitis meacula non tacebo.

814 Mundus igitur ex quattuor elementis isdemque totis in sphaerae modum globatis, terram in medio imoque ⟨defixam aeternis caeli raptibus circumcurrens circulari quadam ratione discriminat. quamquam auscultare physicis in ipso astruendi limine non dedigner, qui subtilium corporum teneritudinem suis coactibus circumductam in
275 G quasdam sectas uias et circulorum intercapedines non aestimant⟩ disparari, sed suis fluctibus adhaerentes naturas undiquesecus globoso ambitu orbibusque diffundi. quarum circa medium, quod dixere centron, aquae primum, aërisque sequens, tertium ignis κῦμα commemorant; et tunc quinto quodam corporeae substantiae temperamento aetherios circumuolare fulgores, quo loco solis lunae ac siderum signiferique orbis se obliquitas circumducit, quod κυκλοφορητικὸν κῦμα gymnasia rettulerunt.

---

lis *Grotius* contegendam *Koppius* palliolos (nec *add.* *r*) non tegendam *BR* || 1 quam diuulgandam *om.* *R* || *post* diuulgandam *add.* potius B^1 || cognouissent *b* cognossem *B* cognoscendam *R* || 2 iteras *BR* iteris *b* initeris *r corr. p* || 5 quidquid B^1 || eratostene *R* heratostene *B* || 6 ptolomeo ipparco *BR* || 7 et *ante* tamen *add.* B^1 || 8 cylleni B^1R || 9 studi B^1 || 10 aput B^1 || 12 hisdemque *BR* || 13 spere *R* sperae *B* || globatis *Br* globatus *bR* || 15 fysicis *BD* || 22 commemorat *br* || 23 *post* quodam *add.* loco *br* || temperamento *b* temperato *r* temperata *BR* || 24 aeterios *B* aethereos *b* || 26 ciclo foreticum cima *B* cido foreticus et cima *b* cydo foreticum cyma *R in quo a manu saec. XVI add.* locus corruptus fortè κυκλοφορητικὸν χῦμα || retulerunt *b* retullerunt *R* ||

cuius naturae tranquillitas etiam illum extimum tenet
ambitioremque cursum, qui ex eo, quod nullis sideribus
occultatur, ἄναστρος perhibetur. si igitur sui similis 815
omnis circumagentium naturarum ambitus repperitur,
nulli possunt aetherium tractum circuli uariare. nos igitur
circulos non ita dicemus, ut linquentis naturae discrimina
corpulenta fingamus, sed ut ascensus descensusque ad nos
errantium demonstremus. neque enim uel axem prolos-
que, quos in sphaera aenea, quae κρικωτή dicitur, ad in-
tellegentiae conpendia adfixere mortales, ego robori mun-
danae rationis apponam, cum nihil solidius terra sit quod
eam ualeat sustinere; deinde cum poli uelut perforatae
exterioris sphaerae cauernis emineant, et hiatus quidam
cardinesque fingantur, quod utique subtilibus aetheriisque
accidere non potuisse conpertum. sicubi igitur intelle- 816
gentiae edissertandique proposito uel axem uel polos uel
circulos perhibebo, ideali quadam prudentia, non diuer-
sitate caeli discreta sed spatiorum rationibus dispensetur.
sicque habeatur cum euexum deuexumque mundum di-
xero, cum similis cunctis suis partibus sit sublimeturque
uel lateat pro condicione horizontis positioneque ter-
rarum.

Hoc igitur praemonito illud insinuo, quod quidam 817
Romanorum non per omnia ignarus mei stellas a stando,
sidera a considendo, astra ab Astraeo dicta fuisse comme- *276 G*
morat, fabulosisque commentis Grai conpleuere caelum.
ego praecepta potius edisseram disciplinae ac decem dici
mundi circulos adseuero. quorum alii paralleli, quos ae-
quidistantes Latine possumus memorare, eosdem polos
habent quos ipse mundus. poli enim sunt qui a centro
circuli linea usque in circumferentias ducta medietatis

---

2 syderibus *BR* || 3 occulatur *B*[1]*R* || anastros *B* anr̄os *R* || 6 liquentis *BR* || 8 enim *inductum in B* || 9 feraenea *R* sferaenea *r* sferaenea *B* spherecia *b* || cricote *BR* circote *br* || 13 faere *R* || cabernis *B*[1] || 14 cardinisque *B*[1]*R* || 18 depensetur *B* || 21 orizontis *BR* || 24 meis *B*[1] mihi *Ritschelius de Varr. discipl. libris p. 10* || 25 astreo *BR* || 28 aequistantes *B* equistantes *R corr. p* || 29 eosdemque *b* ||

818 sectae mensuram aequa ratione discriminant. uerum ex
parallelis primus est is, qui et semper apparens et con-
tingens confinia finitoris numquam mersus adsurgit, qui
septentrionalis circulus perhibetur ex eo quod cum cete-
ris, quae promentur, etiam gemina sidera Septentrionis
819 includit. secundus autem ex parallelis maximus solstitialis
est, ad quem sol aestiuus accedens solstitii fine repulsus
820 abscedit. tertius aequinoctialis medius maximusque cun-
ctorum, per quem sol secundo, uel cum in aestiuam fla-
grantiam surgit uel cum in hi-⟨berna descendit, quadam
mundi medietate peruectus mensuram noctis lucis aequa-
821 litate conpensat. huic propinquus brumalis, in quem hie-
mali fine perueniens in aquilonem denuo repulsus assur-
822 git. quintus autem idemque ultimus australis quique an-
tarcticus perhibetur. hic mersus ac uix altiore circuli
extremitate⟩ horizontis defixa contingens tanti tamen
277 *G* spatii quanti septentrionalis circulus ratione monstratur,
ei etiam inuenitur obpositus.

823 Consequens reor coluros demonstrare, quorum pars
desuper, quaedam alia in imo uersatur occulta. de qui-
bus non nescio scriptorum uariare definita. nam alii a
septentrionali cardine meridianum duci circulum perhi-
bent exindeque sub terras meantem denuo in arcticum
apicem sublimari, alii uero contra a cardine meridiano
inchoamenta circuli perhibentes, eundem per arcticum
uerticem unde ortus denuo retulerunt; qui quidem alium
ab ortu circulum decussantes in quattuor quadras mundi
824 ambitum discreuerunt. uerum ego, quod Hipparchus
meus scriptorum ueritatem complexus, hos dico a signis

1 aeque *B*¹*R* || 2 his *B*¹ || 3 assurgit *b* || 4 circulos *R* || 5 etiam *in ras. in B* || 7 fini *B*¹ || 14 *post* australis *add.* est *b* || antarticus *BD* || 16 orizontis *BR* || 17 *post* spatii *add.* est *b* || 20 obculta *B*¹ || 21 ali *B*¹*R* || 23 articum *BR* || 24 a *om.* *B*¹*R* || 25 *ad* eundem *add.* al eodem *b* || articum *BR* || 27 decusantes *B* decursantes *bR* || 28 ipparcus meus *BR* ypparcus meus *b* alumnus meus *a recentiore manu add. in B* || 29 ueritatem *scripsi* ueritate *BR* uarietate *r* || *ante* hos *add.* est *r* ||

zodiaci cycli uenientes et tam inter se secundo coniunctos, quam omnes parallelos angulis aequalibus persecantes in cardines peruenire. nam unus ab Arietis octaua parte natus ambito mundo per polorum uertices ad eandem recurrit, alius simili conplexu mundum a Cancro exortus includit, quod planius postmodum faciemus.

Verum nunc obliqui sunt edicendi. quorum signifer 825 duodecim discriminibus interstinctus ex parallelis duos solstitialem brumalemque contingens, aequinoctialem medium secat secundo nec ad pares angulos aut findit aut finditur. qui soli lunaeque iter praebet cum quinque side- 826 ribus. Galaxeas uero lacteus obliquorum multo maiore ambitu porrectus etiam uisibus adprobatur. nam confinio septentrionalis circuli natus in finitorem antarcticae regionis adclinans paene totum uidetur permeare caelum. quem quidem mihi desipere uidentur qui circulum negauerunt. superest iam unus e circulis, quem quidem, quod *278 G* locis momentisque omnibus uariatur, dubito quid appellem. hic tamen nouissima supernaque discriminans atque undique in superficiem telluris lineae flexu ambientis incumbens horizon uel finitor [uel oriens] perhibetur.

Sed quoniam expositi circuli breuiter claruerunt, 827 nunc eorum spatia, unde primo coeperam, perhibebo. ac prius ad septentrionalis circuli redeam granditatem. in quo more geometrico duo primo signa conposui ad circulum perducendum id est unum quod centron, aliud quod peripherian demonstraret. itaque in ipso mundi cardine posui clarius sidus atque ab eo ad Draconis caput, quod iam notaueram usque ad finitoris circulum peruenire, lineam duxi. quam postea manente centro mente circumagens circulum designaui atque ab omni parte spa-

1 zoziaci B^1R || cicli *b* cili *BR* || uenientis B^1R || 2 aequalibus *scripsi* aequales *BR* || 3 arietes *R* || 4 solorum B^1R || 5 cancro *b* leone *BR* || 8 duo B^1 || 10 nec *BR* nam *b* || 12 *post* uero *add.* id *b* || 14 antarticae *BR* || 16 *ante* qui *add.* illi *b* || 17 quod *R* quo *B* quia *b* || 21 orizon *BR* || *glossam del. Grotius* || 23 primo concipere *B* primo conciperem *R* primo conceperem *r* ceperam (*inducto* primo) *b* || 25 ad *om.* *R* || 27 perferian *BR* || 30 doxi *corr. in* duxi *B* ł di *add.* *b* || manente *b* manante *BR* *del.* *r* ||

tium aequale conplexa per haec sidera peripheria circumducta peruenit: a capite Draconis et dextro pede eius qui appellatur Engonasis ad medium Cephei pectus, ⟨tunc ad pedes priores maioris Vrsae, inde rursus ad Draconis caput.

828 Huic circulo confinis solstitialis, quem itidem lineari dimensione a cardine mundi in octauam Cancri partem ducta, quo Sol accesserat solstitio, repperimus⟩ eundem circulum ambitu potiorem per haec tamen signa curuari: incipit ab octaua parte Cancri, cuius omne corpus in longitudinem secat, ad Leonis pectus ac uentrem; inde ad Ophiuchi umeros, deinde ad caput Cygni, deinde ad ungulas Equi ac protinus ad dextram Andromedae manum, deinde ad sinistrum Persei crus eiusdemque sinistrum umerum, inde ad utraque Heniochi genua et proxime ad Geminorum capita, a quibus rursus ad octauam Cancri ipsius partem.

829 279 G Aequinoctialis demum circulus bis admensus a poli termino circumactus tam in Arietem quam in Libram linea permeante per haec signa circulum cludit: ab octaua parte Arietis per totum corpus eiusdem ad reductum Tauri pedem, inde ad mediam Orionis aluum, deinde per edictas curuationes Hydri Crateraque et Coruum ad octauam Librae partem inter duas lucidas signi illius stellas; inde ad utraque Ophiuchi genua ac tunc per Aquilam ad Pegasi caput, a quo rursus ad octauam Arietis partem.

830 Brumalem uero circulum similiter signo in octaua Capricorni parte defixo per haec meare conperimus: ab octaua parte Capricorni per totum corpus eius ad pedes Aquarii; inde ad Ceti ultimam caudam, ac dehinc ad Le-

---

1 perferia *BR* || 3 aengonasis *R* engonasis *R* engonosis *r* || cefei *BR* || 6 quem *p* qua* *B* qua *D* ubi *add. b* || 9 ambitum B^1 || potiore *BR corr. p* || curbare B^1R || 12 ofiuci *R* **offiuci *B* || humeros *b* || cygni *b* cynni *B* cycni *R* || 15 numerum *B* humerum *R* || enioci *BR* eniochi *b* || 22 album B^1R || 23 editas *BR* || ydri *bR* ydi *B* || crateramque *B* || 25 ofiuci *BR* || aliquam B^1R || 26 capud B^1R || parte *R* || 30 aquari B^1R || ac dehinc *b* ad hehinc

porem prioresque Caniculae pedes; inde per Argo tergus-
que Centauri ad Scorpionis aculeum, deinde per Sagittae
ultimam partem ad octauam Capricorni partem circulus
reuocatur.

Vltimus ex parallelis, qui uocatur antarcticus, tan- 831
tundem spatii quantum septentrionalis includit. quem
quidem meantem, quibus sideribus circuletur, ego potero
memorare. neque enim mihi ulla caelestis globi portio
habetur incognita. sed quoniam per ignota superioris
partis uisibus hominum distenditur, dicere praetermitto,
ne inconperta falsitatem admiscere uideatur adsertio.

Melius coluros demonstremus, licet ipsi quoque ali- 832
quid curuationis abdentes non se totos uisibus repraesen- 280 G
tent, tamen quia coniectura non errat, poterunt demon-
strari. atque ita eorum primus, qui ab aequinoctiali parte
sumit auspicium, ab octaua Arietis parte contingens ulti-
mum Deltotou angulum, ac mox summum contingens
Persei caput dextrumque eius brachium, proxime manum
secans per septentrionalem circulum ad cardinem perue-
nit mundi; a quo per caudam Draconis ad sinistrum Ar-
ctophylacos proximeque ad Bootis stellam ductus dextrum
Virginis pedem sinistrumque contingit, in quo octaua pars
Librae est; unde ad dextram manum Centauri, qua pan-
theram tenet, diuisus haud procul ab eo loco, quo sini-
stram Centauri ungulam tetigit, in regionem inconspicuae
nobis partis obruitur; unde emersus infra Cetus per
corpus eius auersique ceruicem ad caput atque inde ad
octauam partem Arietis redit. alter autem colurus, qui 833
etiam tropicus dicitur, ab octaua parte Cancri <consurgit
ad sinistrum ex prioribus Vrsae pedem per ipsum pectus
eius ceruicemque; inde ad cardinem peruenit mundi, at-
que inde per clunes minoris Vrsae et inde per Draconem

B ad dehinc *R* || 1 argonem *b* || 5 antarticus *BR* || 12 demonstramus *bR* || 14 poterat *B*¹*R* || 17 Deltotu *Grotius* deltotos *BR* || 18 ei *B* || 20 artofylacos *BR* arctofylacos *b* || 24 aut *B*¹*R* || 25 regionem *R* regione *b* egioni *B* || 26 coetum *BR* || 29 tropicos *B*¹*R* || 31 at *D* (?) || 32 inde *b* bis *D* *et a manu recentiore in ras. in B* ||

ad sinistram alam Cygni ceruicemque perductus ultimum Sagittae spiculum et proxime rostrum Aquilae contingit, a qua ad octauam partem Capricorni〉 descendit. inde haud procul mersus in regionem inconspicuam infra Argo resurgit, cuius et gubernaculum et rectam puppim secans ad octauam Cancri partem redit.

834 Duos iam superesse circulos dubium non habetur, quos quidem obliquos dici superius memoraui. quorum unus signifer non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium conprobatur. quem cum in duodecim spatia discernerem, singulis triginta partes non nescia rationis *281 G* ascripsi. uerum eius latitudinem circuli tetendi in duodecim portiones, ut tantum spatii habeat latitudo, quantum longitudini duodecim partes adtribuunt. quod cur factum sit facile est loco eo, quo de sole loqui coepero, demonstrare, qui per mediam circuli eiusdem lineam solus fertur. cuius circuli ambitum per duodecim signa admodum clara circumagi dubium non habetur. nam galaxias non magis ratione 835 quam oculis adprobatur. cuius ultra regulam et plerumque deficiens latitudo a Cassiepeae astro in Scorpionis 836 aculeum longitudine conpensatur. superest circulus solus finitor, qui ex eo, quod semper surgentis demeantisque mundi diuersitatibus uariatur, certum astrorum ordinem non poterit retinere.

837 Iam nunc inter circulos uniuersos quid interstitii uel spatii intercapedo naturalis inmiserit aequum explicare. nam inter septentrionalem circulum, quem in spatia octo resecaui, et inter solstitialem interpatet tantundem, quantum interest inter octo et sex. nam idem interiectus spatiis similibus continetur, in quo fit, ut circulus maior sit

1 ad *p* ac *BD* || cycni B^1D || 4 aut B^1R || argo resurgit *B* argonem surgit *b* argon consurgit *R* || 5 puppin B^1R || 13 tantum *b* tandem *BR* || 20 casiphaeae (*sed* iphae *in ras.*) *B* casiepiae *b* casiepie *R* casiapia *r* || 21 longitudine *interpolatus Ellenheimuensterensis* latitudine *B* latitudinem *R* || circuli *b* || 22 finitur *R* orizon *add. b* || 23 uarietur B^1R || 24 poterat B^1 || retineri *R* || 26 aecum *B* aequm *b* || 27 septemtrionalem *R* ||

ab eodem interiectu pari spatio et eiusdem tertia portione. alia intercapedo inter solstitialem aequinoctialemque circulos minor est a superiore interiectu, quantum quattuor numeri ad sex. ab aequinoctiali ad brumalem similis. a brumali autem ad austrinum talis qualis illa, quae inter septentrionalem solstitialemque circulos interiecta, circulusque ipse austrinus tantum habet ad cardinem suum quantum septentrionalis ostendit.

838 Peracta iam spatiorum circulorumque breuiter ratione, sidera quae appellantur inerrantia percurramus. dubium enim non est triginta quinque signis omne splendescere caelum, nisi forte uelit quis eorum gestamina so- *282 G* ciare, licet animalium uocabulis censeantur. ut Capra, quae Heniocho superposita, aut Haedos qui eius humeris sustinentur, uel Serpentem quem Ophiuchus tenet, aut Pantheram quam Centaurus gestat, quae sidera uelut partes habendae sunt potiorum. haec igitur quinque et triginta signa circuli interiacentis ambitu discernuntur. nam alia sunt aquilonia, alia austrina. a regione quippe zodiaci quae Septentriones uersus defixa sunt aquilonia perhibentur, interius autem numerantur austrina. Aquilonis igitur habent ⟨partem utraque Septentrio, Draco qui inter utramque flexuosus inlabitur, Arcturus quem alii Booten appellant, Corona Ariadnes, Nixusque quem alii Engonasin dicunt, Lyra Cygnus Cepheus Cassiepia Perseus Deltoton Heniochus Andromeda Pegasus Ophiuchus Delphinus⟩ Aquila Sagitta. austrina autem haec sunt: Hydrus Crater Coruus Procyon Orion Canicula Lepus Eridanus qui ab Orionis pede defluit, Cetus, Centaurus, nauis Argo, Piscis

---

4 brumalen *B*¹*R* || 10 sidera *scripsi* cetera *BR* || 11 dubio *B*¹*R* || *ad* quinque *add.* ł III *b* || 12 quisque *BR* || 13 *post* capra *add.* est *b* || 14 enioco *BR* || edos *R* || 15 ofiucus *BR* || 16 panteram *B* || 19 a *om. B*¹*R*¹ *deleuit rursus b* || zoziaci *B*¹*R* || 20 defixa *scripsi (cf. p. 310,17)* depicta *BR* || aquilonalia *b* || 23 arturus *BR* || 24 nixusque *b* nixosque *BD* || engonesin *D* || 25 cycnus *B*¹*D* || casiephia (iephia *in ras. add. b*) *B* casiepia *D* || 26 eniocus *BD* || ofiucus *BD* || delfinus *BD* || 27 ydrus *BR* || 28 proqon *B* procion *b* proon *R* || 29 defluxit *R* defluit *r* diffluit *B* || caetus *B*

austrinus, Caelulum Ara. nam et aquam, quae ex cratere Aquarii fluit, melius partem signi credimus, et stellam, quam quidam Canopon, quidam Ptolemaeum appellant, quae superioribus inconspicua in confinio Alexandriae incipit apparere, ut partem Eridani fluminis aestimabo.
839 haec discernit Zodiacus, qui quidem aequales duodecim signorum integrat portiones sed undecim habet signa. Scorpius enim tam suum spatium corpore quam chelis occupat Librae, cuius superiorem partem pedes Virginis occupant, maiorem uero Scorpius; denique Chelas — quam Libram dicimus — quidam dixere Graii. horum ergo signorum duodecim nomina, quod uulgo nota sunt, praetermitto.

840 Intellego ordinis hoc fuisse, ut quo circulo spatioue quae signa sint demonstrarem. sed et magnam partem
283 G astructionis exquirit contra propositum breuitatis, et quod mediatenus tertiaue parte quaedam signa defixa diuersis circulis sua membra discerpant, hanc obscuram caliginem derelinquo. quippe, ut cetera transeamus, manus interior Arcturi intra septentrionalem circulum ponitur relicumque corpus parti alteri deputatur, Cephei corpus mediatenus [septentrionali] thorace partito diuersis circulis adtribuitur. Nixus uero sinistro pede septentrionalis Draconis uerticem calcans, capite solstitialem circulum ascendit, unum brachium Lyrae, alterum dans Coronae; et alia huius modi non minus insuauia quam morosa.

841 Illud potius adtendendum quibus surgentibus signis

---

coetus *R* || 1 *ad* caelulum *add.* turibulum *b sed cf. Scaliger ad Manilium p. 411 ed. 1600* || aqua *B* || 2 aquari B^1 aqua *R* || 3 ptolomeon *BR* || 5 eridari B^1R || 6 zoziacus B^1R || aequalis *R* || 7 ha**bet *B* || 8 scorpi*us (u *scripsit b*) *B* || caelis B^1 || 9 occuparunt *BR* al occupant *add. b* || 10 scurpius *R* || heleas B^1 || 11 s. dicimus *post* libram *add. b om. R* || grauiorum ergo B^1R^1 || 14 intelligo *bR* || 15 sunt *b* || 16 exquirit *BR* acquirit *b* || 17 defixa *Bondami codex (Bond. uarr. lectt. p. 59)* defixis *BR* || 18 discrepant *b* || 19 arturus *BR* || 21 cefei *BR* || 22 septentrionali *del. Grotius* || torace *R* toraca *B* toracae *b* || *post* partito *add.* cetero toto *b* || 24 capitem B^1R || ascendit *BR* ostendit *b* ||

quae ortum faciant occidantue. nam oriente Cancro occi-
dit Coronae Ariadnes et austrini Piscis pars dimidia,
Ophiuchus a pedibus usque umeros, Serpensque quem de-
tinet praeter fauces caputque totum, Bootis etiam medie-
tas; oriuntur uero Orion totus Eridanique principium et
in lingua Caniculae lucida stella. cum autem Leo oritur,
Coronae reliqua conteguntur, austrinusque Piscis et
Ophiuchi Serpentis Bootisque partes, itemque Aquila, Ni-
xique pars dextra; oriuntur uero Hydri caput, Lepus et
Procyon, Caniculaeque pars prima. oriente autem Virgine
occidunt Lyra Delphinus et Sagitta, Cycnique pars prior
Eridanique pars ultima et caput ceruixque Pegasi; oriun-
tur autem Hydri pars prior usque ad Craterem, Canicula-
que tota et nauis Argonis puppis. Libra surgente occi- 842
dunt Pegasi et Cycni reliquae portiones Andromedaeque
caput Cepheique umeri, Cetus, et flexus fluminis Eridani;
oriuntur Coronae medietas, Nixi dexter pes, et Bootes et
Hydri reliquum praeter ultimam caudam Centaurique
pars, quae in equi speciem figuratur. Scorpione autem *284 G*
nascente occidunt Andromedae pars reliqua, item Cephei
pars, quae extra septentrionalem circulum posita, et Cas-
siepeae et Orionis pars. eodem tempore oriuntur Ariadnes
Corona tota ⟨et caput Ophiuchi, Nixique corpus omne
praeter sinistram manum, Hydri cauda ultima, et Centau-
rus totus praeter priores pedes. Sagittario nascente mer-
gitur Orion et Canicula et Heniochi pedes, oriuntur uero
totus Ophiuchus et Nixi sinistra manus et Lyra et Cephei

---

1 occidantque B^1R || occidit coronae *Bondami 'excerpta'* occidunt corona *BR* || 2 et *B* cet *R* || 3 ofiucus *BR* || humeros *B* || 5 principio *R* principia *r* || 7 reliquiae *B* || 8 offiuci *BR* || 9 ydri *BR* || 10 procion *R* proquion *B* prochion *corr. ex* prochiron *b* || *ad* autem *add.* ł uero *b* || 11 delfinus *BR* || cygnique *b* || prior *b* potior *BR* || 13 ydri *BR* || crateram *R* || 15 cygni *b* || 16 cefeique *BR* || humeri *b* || coetus *R* || 17 autem *post* oriuntur *add. b* || 18 ydri *BR* || relicum *B* || 20 cefei *BR* || 21 pars *om.* B^1 || cassepia *R* cassiapia *r* casiephia *B* (siephia *in ras. add. b*) || 23 enioci *BD* ophiuci *b* || 24 ydri *BD* || 26 enioci *B* eniochi *bD* || 27 ofiucus *BD* || nisi D^1 || lira *D* || cefei *B* ||

843 caput umerique et Centauri priores pedes. Capricorno oriente occidunt Heniochus totus et eius Capra Haedique, Persei pars sinistra, et Argonis〉 puppis et Procyon; in uicem oriuntur Cycnus et Aquila et Sagitta, et Altarium. Aquario oriente occidunt Centauri pars equina, Hydri caput; oritur et equus Pegasus. Piscibus ortis occidunt Hydrus totus et Centauri pars reliqua et Crater; praeterea oriuntur Andromedae pars dextra et Piscis austrinus. Arietis signo surgente occidunt pedes Centauri et Altarium, oriuntur uero Andromedae sinistra pars et Persei caput usque ad aluum et Deltoton. signo Tauri oriente occidunt Bootis pedes, Ophiuchus a pedibus ad genua usque; oriuntur autem Ceti pars reliqua et sinister Orionis pes. Geminis orientibus occidit Serpentarius usque ad genicula; oriuntur uero Fluuius Cetus Orion.

844 Temporum quoque ipsorum, quibus oriuntur aut occidunt, habenda distantia est. nam quae transuersa oriuntur et recta occidunt, celeriores ortus habent quam occasus; contra autem quae recta oriuntur et transuersa
285 G conduntur, tardius oriuntur quam occidunt. nam Cancri signum recte oritur inclinatumque mersatur, licet hoc in Capricorno parua inflexione curuetur: oritur duabus horis et duodecima parte horae, et hora occidit ac deunce; minima in isto distantia est. Leo autem oritur duabus horis et tertia parte horae, occidit uero hora semis et sexta parte horae. Virgo oritur horis duabus et dimidia et sexta

---

1 humerique *b* || 2 eniocus *BD* eniochus *b* || aedique *D* di* *B* edique *b* || 3 argus B^1 || et *ante* puppis *add. br* || prochyon *b* || 4 cygnus *b* || 5 ydri *BR* || 6 *ad* ortis *add. b* orientibus *b* || ydrus *BR* || 7 cratera *b* || 11 album B^1 || 12 ofiucus *BD* || 13 caeti *B* coeti *R* || 14 geminis orientibus — fluuius (heridanus *supra add.*) coetus *(sic)* orion *om.* B^1RD || 17 abenda B^1R || distentia B^1R || quae *om. R* || 18 recto B^1R || 22 capricornu *R* || oritur decima *B* oritur duodecima *R* oritur et duobus horis duodecima *r* oritur duabus horis et duodecima *b* || 23 orae B^1R || ora B^1 || deeunce *R* || 24 est *om.* B^1R || oris *BR* || 25 orae *B* || accipit *R* || ora *B* || 26 horae *om. B* || oris *B* ||

parte horae, similiterque Libra, occiduntque hora et tertia parte. at Scorpius diminuit ortum et auget occasum. oritur enim horis duabus et tertia parte, occidit hora semis et sexta parte horae. at Sagittarius oritur horis duabus et duodecima parte horae, occidit hora et deunce horae. at in uicem quae transuersa oriuntur et recta occidunt, 845 breuiores ortus occupant quam occasus. denique ex his est signum Capricorni, quod oritur hora et deunce, occidit duabus horis et duodecima parte horae. Aquarii uero proximum signum oritur hora et dimidia et sexta parte horae, occidit horis duabus et tertia parte horae. sequens Piscium signum oritur hora et tertia parte horae, occidit duabus horis et dimidia et sexta horae parte. eandem mensuram Aries utriusque temporis seruat. Taurus oritur hora et dimidia et sexta parte horae, occidit duabus horis et tertia parte horae. at Gemini oriuntur hora et deunce, occidunt duabus horis et duodecima parte horae.

Haec est inaequalitas, quae dierum spatia noctium- 846 que discriminat. nam cum Solis lumen eorum signorum principium, quae tardius oriuntur, ingreditur, dum sequentia signa nascuntur, diei prolixitas procreatur; ubi uero haec intrarit, quae cito orta tardius demersantur, *286 G* diebus exiguis noctes efficit grandiores. denique haec ratio et illis respondet, qui uelut miram efficiunt quaestionem talia proponentes: si spatiis aequalibus signa omnia percensentur ac necesse est diebus noctibusque cunctis sena signa supra terras esse, omnes dies noctesque pares esse debuerunt. sena autem signa superstare non dubium est totidemque delitescere, dies quoque noctesque uariari diuersitatibus spatiorum. ⟨nam solstitialis dies habet ae-

---

1 orae *BR* || ora *BR quod notare desinam* || 2 augit B^1R || 4 ex sexta *R* || 5 occidet B^1R || dehunce *B* || 7 is B^1 || 9 XII *R* || aquari B^1R || 11 sequens o *B* sequens *b* sed quaeso *R* sequens *r* || et *om.* B^1R || 14 taurus oritur — 16 et tertia parte horae *om.* B^1R^1 || 16 dehunce *B* || 17 duobus *R* || horae *om.* B^1R || 18 *ad* haec est inaequalitas *add.* qua ratione dies accrescunt noctesque breuiantur B^m || 21 procuratur B^1R^1 || 22 intra** *B* intrarit *b* intraret *R* ||

quinoctialis mensurae horas XIIII et sextantem, brumalis
uero horas nouem et dimidiam ac tertiam portionem, ui-
cissim brumales noctes solstitialis diei temporibus porri-
guntur, cuius lucis tempora suscipit nox aestiua. in tanta⟩
uarietate diuersitateque temporum illud profecto colligi-
847 tur signa aequalia non habenda. cui conclusioni et rerum
ueritas et nostra regula refragatur. multiplici enim cle-
psydrarum adpositione monstratum omnia signa paria spa-
tia continere. cum enim diuersa tempora in ortu habeant
atque occasu, tamen si omnium ortus occasusque conpen-
ses, uidebis ad plenum conlata mensuris aequalibus re-
848 spondere. uerum hac quaestione consummata alia subti-
lior de spatiis inparibus obiectatur. dicunt enim: si spatia
signorum aequalia sint aut Sol tardiore cursu quaedam
signa transcurrit, aut [in] dierum ratio diuersitate men-
titur. sed constat Solem Geminorum signum triginta et
duobus diebus excurrere, Sagittarii autem XXVIII, cete-
risque signis aut adici aut detrahi aliquas portiones; quod
profecto non fieret, si aut Sol aequali cursu ferretur aut
signa spatiis paribus tenderentur; Sol autem eadem ac
perpetua celeritate festinat; relinquitur ut signis spatio-
849 rum aequalitas denegetur. sed hunc quoque errorem
opinio inueterata conposuit, quam omnes hactenus credi-
dere, quem ad modum ipsi mundo sphaeraeque postremae
centron est terra, ita et solaris circuli eandem centron
287 G esse, quod omnino falsum esse non dubium est. nam ut
diuersa spatia sunt caelestis ambitus circulique medialis,
ita et diuersis centrorum signis punctisque torquentur,
quo fit, ut terra solaris circuli centron non sit sed eccen-

---

9 tempora *om.* B^1R || 12 summata *corr. ut uidetur in* summota *B* consummata *br* summota *R* || 13 *ante* si *add.* et *r* || 15 in *om. Ettenheimünsterensis interpolatus* || 17 sagittari B^1R || 19 perfecto *R* || 21 *post* relinquitur *add. et del.* ergo *b* || 22 hunc quoque errorem *add. r et in ras. b* hanc nem *R* || 23 actenus B^1R || 24 mundus *R* || sphereque *R* sp (*corr. ex* f) e-raeque *B* || 27 *in ras.* aequistantibus *b* caelestis ambitus *R et supra add. a b* || 29 eccentron *B* ecentros *b* haeccentros *R* terra *add. br* ||

tros habeatur. per uices enim propinquitates descensusque ad terras solaris orbita cursusque submittit itemque pro signorum condicionibus sublimatur, et cum medietatem linearem in latitudinem zodiaci Sol libratus excurrat, orbem tamen Solis obliquitas meatus aut inprimit aut extollit. quis enim dubitet Cancrum Geminosque uerbi gratia in mundi ardua sublimari rursumque Sagittarium Capricornum pererratis deflexibus infimari? quod cum ipse zodiacus signaque caelo cohaerentia tantundem a terris undiquesecus interstitii detineant, solaris tamen circulus, qui subtermeat, aut euehitur aut descendit. hinc uenit ut a Sole signa cum uariis transcurri diuersitatibus uideantur.

Transcursa ratio est signorum caelestium atque etiam 850
circulorum; nunc planetarum orbes edisseram, quos quidem non ab erroribus suis — nam isdem Solis rationibus commeantes nihil licere patiuntur erroris — sed quia diuersa uarietas mortalibus caligines intentionis offundit, non planetas sed planontas, sic ut ratio asserit, memorabo, licet eos propriis nominibus insignitos etiam aliis nominibus appellarint. nam Saturnum Phaenona dicunt Iouem- 851
que Phaethonta, Pyroenta Martem, Venerem Phosphoron, Mercurium Stilbonta nominarunt; Soli uero Lunaeque diuersitas gentium innumera uocabula sociauit. horum igitur septem illa eo maxime cum fixis sideribus habenda distantia, quod illa caeli tantum modo cursibus commouentur propria statione seruata, ⟨hi uero tam mundanis

---

1 discensosque B^1R^1 || 3 per B^1R^1 || conditionibus *bR* || 4 linearum *br* || zoziaci B^1R || 6 uerbi *et in ras.* gratia *add. b* q̃v̄v̄ (*h. e.* ueluti *cf. not. lat. Momms. 281, 3 et 314, 2*) *R* || 7 capricornum et *r* || 8 perratis *R* perarratis *r* pererratis *in ras. b supra add.* transcursis *b* || infirmari B^1 || 10 inter**** *B* ransitii *add. b* ersticii *supra add. b* || 11 eueitur *B* uehitur *R* || euenit *b* || 12 diero *B* uariis *bR* || 15 disseram *bR* || quas *R et ut uid.* B^1 || 16 idem *in ras. R* hisdem *b* || 17 erroribus *BR corr. p* || 19 sicut ratio *scripsi* strator *R* sič orator *r* sicut *B in ras.* oratus *add. b* || 21 phenonam *Rb* plenonam *ut uid. B* || 22 phaetontam *BR* || pyroin *BR* || 25 confixis *B* || 26 distantia est *b* || 27 seruata *scripsi* ornata *BD* || hii *B* ||

raptibus auferuntur quam propriis cursibus commouentur.
852 nam quantum eos retulit diei noctisque rotatio, tantum
nituntur diuersis conpensare temporibus, id est aut mense
288 G ut Luna, aut anno ut Sol, aut triginta annis ut Saturnus,
et ceteris temporibus adtributis pro spatiorum quae cir-
853 cumeunt latitudine〉 aut breuitate. quae cuncta sidera
licet in ortum pergere uideantur, non tamen aduersum
mundum rigido motu sed obliquo per zodiaci defixa moli-
untur. alioquin ex contrario partium suarum motu mun-
dus stare non posset. denique etiam Peripateticorum
dogma contendit non aduersum mundum haec sidera pro-
moueri sed celeritate mundi, quam sequi non potuerunt.
praeteriri. quod quidem etiam ut uerum sit, meis non
poterit rationibus obuiare. siue enim Saturnus nimia cum
mundo celeritate concertans uix exiguis cursibus supera-
tur, ac Luna, quod tardius incedat, intra tricesimum diem
a mundi parte eadem praeteritur; siue contra mundum
nitentibus ideo celerior quia breuiore ambitu orbem cir-
cuit Luna, tardiusque Saturnus propter latitudinem orbis
effusi; utrum uelis, meis regulis non obsistit, si quidem
854 suis motus istorum rationibus dispensatur. quibus tamen
septem sideribus unus est communis motus, quod omnes
ortum petunt. alius quod temporum omnes diuersitatibus
atque accidentibus uariantur. nam ex his quinque sidera
stationes recursusque patiuntur, Sol uero Lunaque cursu
continuo rapiuntur. item haec lumina uicibus obscuran-
tium occultantur, quinque uero sidera nesciunt obum-
brari. tria item ex his cum Sole Lunaque orbem terrae
circumeunt, Venus uero ac Mercurius non ambiunt
terram.
855 Licet generaliter sciendum cunctis orbibus planeta-

---

2 ratatio *d* || 4 aut luna *B*[1] || 5 circumagunt *b* || 10 periphatheticorum *BR* || 11 docma *B* || 12 potuerunt *R* poterunt *B* poterant *b* || 21 dispensatur *b* depensatur *BR* dispensantur *r* || 25 stationes *b* stationibus *B* stationis *R* || 26 obscurantium *corr. in* obscurantur *B* ·i· occultantur *add. b* || 27 sydera *B* || 28 item *BR* igitur *r* ||

rum eccentron esse tellurem, hoc est non tenere medium circulorum, quoniam mundi centron esse non dubium, et illud generale septem omnibus aduertendum, quod cum mundus eiusdem ductus rotatione unimoda torqueatur, planetae cotidie tam loca quam diuersitates arripiant circulorum. nam ex his nullum sidus ex eo loco unde pridie *289 G* ortum est eleuatur. quod si est, dubium non est centum 856 octoginta tres circulos habere Solem, per quos aut ab solstitio in brumam redit, aut ab eadem in solstitialem lineam subleuatur. per easdem quippe mutationes commeat circulorum. sed cum Sol praedictum numerum habeat, Mars duplos circulos facit, Iouis stella duodecies exercet, octies uicies cumulatur Saturnus eos circulos qui paralleli etiam dicti sunt circumcurrens; qui motus omnium cum mundo proueniunt, et terras ortibus occasibusque circumeunt. nam Venus Mercuriusque licet ortus occasusque cotidia- 857 nos ostendant, tamen eorum circuli terras omnino non ambiunt, sed circa Solem laxiore ambitu circulantur. denique circulorum suorum centron in Sole constituunt, ita ut supra ipsum aliquando, infra plerumque propinquiores terris ferantur, a quo quidem uno signo et parte dimidia Venus disparatur. sed cum supra Solem sunt, propinquior est terris Mercurius, cum infra Solem, Venus utpote quae orbe uastiore diffusioreque curuetur. nam Luna quae 858 propinquior terris est, per quos feratur amfractus inferius memorabo. post cuius orbem alii Mercurium Veneremque, alii ipsius circulum Solis esse concertant; ⟨deinde

---

1 eccetron *R* || 2 quē *B* qu̇ē *b* que̟ (÷od) *R* || cetron *R* || *post* dubium *add.* est *b* || 4 ratione *R*[1] || 5 *post* loca *add.* alia *b* || arripiunt *b* || 8 et tres *R* || 9 in *BR* ad *b* || 12 exercet *Ettenheimuensterensis* excrescere *BR* || 13 uices *R* || cumulatus *R* || *ad* eos *add.* al hos *b* || 15 in *ante* ortibus *add. b* || 19 *de Copernico cf. Delambre hist. de l'Astronomie I p. 512 et Koppius* || 20 intra *B* || 22 uenus *bR* mercurius *B* || disperatur *R* || propinquior est terris *B* propinquior ei est *b* propinquiores terris *R* || 23 intra *BR* || utpute *R* || que *R* quia *r* || 24 uastiore *Koppius* castiore *BR* || 25 inferius *scripsi* interius *BR* ||

Martis Iouis ac Saturni, quos omnes ut suis amplitudinibus metiamur, quod non facile astrologi uoluere, ab uno geometriae concesso assertio est inchoanda, quod et ipsa suggerit in praesenti et ab Eratosthene Archimedeque persuasum, in circuitu terrae esse CCCCVI milia stadiorum et decem stadia; ita ut ab hoc ergo indubitatis rationibus⟩ adprobetur, Lunae circulum centies esse maiorem, qui quidem circulus ipsa Luna sexcenties potior inuenitur.
859 quae duo ex defectibus Solis assiduis, quantum umbrae Luna subiecta reddiderit et ipsius umbrae conlatione cum
290 G ipso Lunae corpore uera dimensione monstrantur. quae nisi morosa sint, quem ad modum dimensa sim demonstrabo. crebro in climate Diameroës prouenieus Solis defectus eiusdem ex omni parte totum obumbrauit orbem, sed propinquo climati, id est Diarrhodu, portio obscurationis apparuit, in climate uero Diaborysthenis nulla obsistente parte Sol totus eluxit. unde quoniam clima Diarrhodu quot stadia contineat manifestum est, repperi duodeuicesimam partem terrae umbram quam Luna fecerat continere. sed quoniam maius corpus est, quo umbra metaliter iacitur, quam ipsa umbra, ex climatibus, quibus pro parte Sol obscurabatur dextra laeuaque, conpertum triplo maiorem esse ipsam Lunam umbra sua. ergo collectum est Lunam sexies minorem orbe terrae praedictis
860 rationibus inueniri. Luna autem minor est orbe suo sexcenties. quod clepsydris intellegi potest. duobus enim

---

4 eratostene *BD* || 6 ergo *om. R* || 6 *post* maiorem *add. et del.* tellure *b* || quiq.idem *R* || 8 sescenties B^1 || 9 ex *D* et *BR* || 11 demensione B^1R || 12 sunt B^1R || 13 climmate B^1R || 15 climate *b* climmati *R* || diarodu *BR* || climmate *Br* || 16 diaborystenis *R* diaboristenus *B* diaboristenes *b* || 17 climma *BR* || dyarodu *B* diarodu *R* || 18 quod *R* || repperiri B^1R repperitur *r* || 21 climmatibus *B* climmantibus *b* || 25 sescenties B^1 || 26 *post* quod *add.* si *b* || *post* clepsydris *add.* intelligi potest — *p. 319, 17* corporis lunae *in marg. eiusdem quo B saec. manus ita ut ego textum reliqui: ceterum marginis particula resecta aliquot uocabulis paucae litt. desunt. sed BR post* clepsydris *ita pergunt* fusile inponas (ponas *B*) atque (ea *in ras. add. B*) emersa (*prior* e *in ras. in B*, *in eodem*

uasis aeneis fusilibus positis unum inferius uacuum, aliud superius aqua plenum pone. obserua autem Lunae ortum, et stellam fixam simul cum ea orientem. et cum coeperit corpus Lunae ex superiore parte supra terras apparere, cito superioris uasis aquae uidelicet pleni centron aperi, ut simul cum incipiente Luna oriri aqua fluere in uas inferius incipiat, et donec totum corpus appareat fluat. cum autem tota supra terras apparuerit Luna, statim primum uas in quod aqua fluxit subtrahe, et aliud apponas in quod aqua fluat, donec nocte alia renascatur illa stella, quae in priore nocte cum Luna oriebatur, et cum illa orta fuerit, superius uas unde aqua fluxerat tollas. deinde metire totam aquam, quae in spatio XXIIII horarum fluxerat, ad mensuram illam primam, quae cum corpore Lunae prius in primum uas fluxit et inuenies sexcenties aquam excrescere, quod in Lunae circulo fieri non dubium est, id est sexcenties superare spatium corporis Lunae: uides luna- *291 G*
rem circulum centies maiorem esse tellure.

Quo monstrato alios circulos uideamus. sed quis du- 861
bitet solarem circulum duodecies quam Lunae esse maiorem, cum quod illa mense, ille duodecim currat? Martis uero circulus uicies quater potior inuenitur, Iouis centies et quadragies quater, Saturni trecenties tricies et sexies. unde si numerus interiectionibus supputetur, et quot stadia Saturni circulus habeat, et quota eius portio omnis

---

uocabulo s *corr. in* n *b*) omni subtrahas primum et aliud uas apponas (*corr. ex* opponas *B*) donec nocte alia renascatur adiecto ad circuli spatia & quod excurrit partibus et (et *in ras. in B*) ipso item lunae corpore $\overline{\text{qm}}$ de circulo hoc quoque $\overline{\text{ee}}$ non dubium est inuenies sexcenties (sescenties B^1) aquam excrescere unde colligas (aquam — colligas *om. R*) circulum (circulus *R*) eius (maior luna *supra add. b*) uides lunarem circulum centies maiorem esse tellure (tellurem B^1) quo monstrato *BR* || 6 infer B^m || 7 cor B^m || toto B^m || 9 subtrahe *scripsi* subtrahi B^m || 12 uas *in resecta folii parte legebatur* || 13 to B^m || XXII *(alia resecta)* B^m || 21 illam esse *R* || 22 potius B^1R || 23 quadrages B^1R || CCCXXX et *BR* || sexties B^1 || 24 interiectionibus *Ettenheimuensterensis* intentionibus *BR* || quod B^1R ||

terra sit, inuenitur stadiat †DLVI et passus XIIII. nam si centies Lunae circulus maior est terra. Lunae autem circulo trecenties tricies sexies maior Saturni, maior est igitur Saturni circulus omni terra tricesies ter milies et sexcenties.

862 Nunc iam Lunae meatum, quae terrae propinquior est, uideamus. quam quidem menstruum habere lumen physicorum assertione persuasum et [cum quod sit] semper pleni orbis esse non dubium est. nam si ab illa sola parte qua se subicit Soli, omni hemisphaerio conlustratur, etiam cum nobis tricesima nullum lumen ostendit superne, qua Solem spectat pleno lumine relucescit; denique cum discedens a Sole a latere eum coeperit intueri, pro parte etiam inferius lumen adquirit, donec e regione posita ab 863 hac parte qua nobis est uisibilis conlustretur. circuit enim eius globum undiquesecus Solis nitor, et ei parti, quam totam tunc aspicit, lumen indulget, cuius luminis radii in terras quoque luculentiores perueniunt, ut siquis ex speculo lumine repercusso effigiem lucis ⟨excipiat. quae quidem Luna cum eum in orientis partibus conprehenderit, 864 292 G obscuratur, et cum in occasu deseruerit, lucescit. cuius primi luminis effigies quibusdam uelut cornibus circulata μηνοειδής dicitur, cum uero XC partibus a sole discedens orbem eius mediatenus idem radius luminarit, διάτομος perhibetur; sed praedictis⟩ partibus cum alias quadraginta quinque adiecerit, ἀμφίκυρτος perhibetur id est maior dimidia, minor plena; cum uero centum octoginta partibus a sole discesserit contrario posita totam partem

---

1 stadia ↄLVI & passus XIIII *om. BR add. b* ‘*vielleicht war* 6,048000000 *geschrieben:* VI . IIL . milia stadiorum (.... *Plin. VI 23, 24)* .... et pars (*statt des vorhergehenden portio)* XXXIII . DC’ *Böttgerus p. 618* ‖ 2 circulos *R* ‖ 3 CCCXXX sexies *BR* ‖ 4 XXXIII milies et sexcenties *BR* ‖ 8 et *scripsi* est *BR* ‖ cum quod sit *deleui* ‖ 9 illa sola *b* illo *BR* ‖ 10 hemisplerio *BR* hemispherio *b* ‖ 15 quo B^1 ‖ 18 lucubrandiore *B* lucubrantiores *b* lucubrandiores *R* lugubrandioes *r* ‖ ex *B: om. R* a *r* ‖ 21 eum *ante* lucescit *add. b* ‖ 23 menoides *BD* monoides *bd* ‖ 24 illuminarit *D* ‖ diatomos *B* diatomus *D* ‖ 26 amphicyrtos *BR* amphicyrctos *b* ‖

quam terris opponit inluminat, πανcέληνοc perhibetur; ac dehinc deficiens seruat cum praedictis partibus nomina memorata. quae quidem tredecim orbis sui partes die nocteque transcurrit, cum pro latitudine circulorum, quos obeunt, eodem interstitio Mars dimidiam, Iuppiter duodecimam unius partis, Saturnus uicesimam octauam unius portionis excurrat. uerum Luna circuit totum signi- 865 ferum diebus uiginti septem et besse, sed Solem XXVIIII diebus et media diei noctisque parte consequitur, quod ideo tardius prouenit, quia cum suum peregerit circulum, ex quo ipse Sol ab eodem loco, qui ei lumen dederat, excurrit et in signo proximo aut etiam altero repperitur. nam si in Librae aut Scorpii aut Sagittarii ultima parte lumen acceperit, non eum in sequenti signo, sed in altero consequetur. haec enim tria signa aliquando transcurrit, quem ad modum his contraria plerumque bis inuenit. nam quoniam ibi Sol triginta diebus et in Geminis triginta duobus moratur, Luna, quae XXVIIII diebus et dimidia parte eum consequitur, ibi utique poterit inuenire. uerum eadem 866 Luna aliquando quattuordecim diebus, aliquando quindecim, plerumque sedecim plenum perficit lumen, ita tamen, ut in eodem deponendo conpenset. nam si decimo quarto die lumen inpleuerit, quindecim diebus amittit, ut dierum ratio integra concludatur. uerum eadem implet annum suum CCCLIIII diebus. nam duodecim eius coitus hoc numero peraguntur, sicque fit ut annus solaris diebus undecim maior habeatur, quod intercalationum diuersitatibus conpensatur.

De latitudinis partibus, per quas Luna commeat, edi- 867 293 G camus. nam in zodiaco duodecim esse latitudinis partes

1 ΠΑΝCΕΛΕΝΟC *B* ΠΑΝCΕΔΕΝΟC *R* || 2 cum *Ettenh.* tum *BR* || 7 excurrit *b* || 8 et z *D* i· bisse *add. d* et z *R* & ss *in ras. b* || 9 *de* media *cf. ad p. 67, 9* || 11 excucurrit *B*[1] || 12 proxumo *B*[1] || 14 sequente *B*[1]*R* || 16 is *B* in his *b* || contraria *BR* contrariis his *b* || uenit *b* || 17 XXXII *B* || 18 obmoratur *r* || XX nona *R* XX nono *B* XXVIIII diebus *b* || 22 decimo quarto *Koppius* XIIII *BR* || 29 comeat *BR* ||

superius intimaui, per quas diuersis modis sidera spatiantur. nam alia per tres partes, alia per quattuor, alia per quinque, alia per octo, quaedam per omnes duodecim deferuntur. Sol enim in nullam excedens partem in medio libramento fertur absque ipso Librae confinio. nam ibi se in austrum aquilonemue deflectit ad dimidium fere momentum. Luna autem per omnes duodecim currens nunc in aquilonem prouehitur, nunc in austrum deueniens infimatur, utrimque momentis excurrens, sic ut Hipparchus
868 quoque consentit. denique obliquitati eius uocabulum constitutum, ut fere ἑλικοειδής dicatur, ita tamen ut descendens ascendensque ipsam solarem lineam, quam mediam inter senas utriusque lateris partes esse monstraui, aut acutis aut spatiosis angulis secet, nec possit tamen ad idem, hoc est ita ut est posita, eodem mense eadem parte sic ad Solem reuerti eadem latitudinis portione, nisi mense ducentesimo tricesimo quinto hoc est anno undeuicesimo. nam ut sub eadem die isdemque propinquitatibus siderum inerrantium ad idem redeat, faciunt anni quinquaginta quinque; ut uerum etiam planetarum isdem rationibus sub eadem specie <contingat, anni magni prolixitas spe-
869 ctanda. uerum eadem Luna cum secans solarem lineam in aquilonem scandit, uocatur ὕψος ὑψουμένη, cum ab aquilone ad solarem lineam redit dicitur ὕψος ταπεινουμένη, cum a solari in austrum> descendit ταπείνωμα ταπεινουμένη, cum deinde rediens ad Solem resurgit τα-

---

1 sydera *BR* || 2 alia per quinque *om. B* || 3 differuntur *B*¹*R* || 6 aut *ante* in *add. B* || 9 ipparcus *BR* || 11 beliquoides *B* helicoides *bR* || discendens *B*¹*R* || 13 litteris *R* || 17 CCXXXV *BR* || XVIIII *BR* || 18 dieque hisdem *B*¹*R*¹ proprietatibus *b* || 19 redeant *B*¹*R* || *ad* LV *add.* XXXII *r* || 20 radiationibus *R*¹ || 21 contingant *B*¹ || ΫΠCOC *deleta priore* C *B om. D* || ΥΠΟΜΕΝΗ *B* ΥΨωΜΕΝΗ *D* || 24 reddit *D* || ΥΨωC *D* ΥΠΟC *B* || ΤΑΠΙΝΟΜΕΝΗ *BD* || 25 *post* descendit *add.* dicitur *r* || ταπείνωμα *Salmasius exerc. Plin. p. 530 ed. 1689* ΤΑΠΙΝΟΜΑ *B* ΤΑΠΙΝΟC *b* ΤΑΡΙΝΟωΑ *R* ταπεινός *uel* ταπεινῶς *Grotius* || ΤΑΠΝΟΥΜΗΝΗ *B* ΤΑΠΙΝΟΜΗΝΗ *b* ΥΨΟΥωΕΝΗ *R* || 26 *post* resurgit *add.* dicitur *r* ||

πείνωμα ὑψουμένη. sed idem ascensus descensusque faciunt utriusque luminis obscurationem. nam cum Luna scandens descendensue in solarem lineam inciderit, si tricesima est, hoc est omni corpore subiecta Soli, obscurationem Solis terris facit: suo enim corpore subter se positis obscurat, aliis partibus terrae Sole qua non tegitur relucente. quam obscurationem eadem non cunctis men- *294 G* sibus facit, quia non semper tricesima in eadem solari linea repperitur, sed aut sursum aut deorsum posita obstare ne possit transmittit. item Lunae defectus fit, cum in con- 870 trario Luna posita, hoc est decima quinta, in eadem linea Solis umbra terrae metaliter infuscatur. nam Sol umbram terrae in suam lineam mittit, quam si Lunae corpus intrarit, quoniam uidere lumen Solis terra obstante non poterit, luminis soliti ademptione furuescit. alias cum in superiore aut inferiore latitudinis loco fuerit, pleni luminis effigie relucescit. denique ideo intra sextum mensem de- 871 fectus non potuerunt iterari, quia aut decima quinta aut prima in eadem Solis linea per duodecim partium latitudinem spatiatur, deinde non poterit inueniri. unde si ab aquilone rediens ad Solem in latere proximo posita non obsistit, παράλλαξιν ἐν συνόδῳ facere perhibetur; quae si a latere septentrionis transcurrens coit nec obsistit, παράλλαξιν ἐν βορείῳ συνόδῳ *facere* memoratur; si ab austroueniens nec obsistens lumen acceperit, παράλλαξιν ἐν

---

1 ΤΑΡΙΝΟΜΑ *BR* ΤΑΡΙΝΟC *b* || ΥΟΥΜΕΝΗ *B* ΥΠΟΜΕΝΗ *b* ΥΨΟΥ(Ɱ)ΕΝΗ *R* || discensusque *R* || 3 descendens *BR* ue descendens *b* descendensue *r* || 7 eadem *p* idem *BR* || 9 obstare posse *B* ut obstare ne possit *b* ut (*om. R*[1]) obstare non possit *R* || 11 XV *BR* || 12 nam *BR* item *r* || 15 ademtione *B*[1] || feruescit *B*[1]*R* || 17 VI *B* || 18 potuerunt *B* poterunt *b* potuerint *R* || XV *B* ma *add. b* || cuper *R* cumper *B* || 21 proxumo *B*[1] || 22 ΠΑΡΑΛΛΑΖΙΝΕΝ (*corr. in* ΠΑΡΑΜΗΚΗΝΕΝ) CΥΝΟΑΩC *B* ΠΑΡΑ(Ɱ)ΑΖΙΝΕΝCΥΝΟΑΩ *R corr. Salm.* || 23 nec *B* et *bR* || 24 ΠΑΡΑΛΛΑΖΙΝΕΝ (*corr. in* ΚΑΤΑΒΙΒΑΖΙΝΗ) ΒΟΡΙΟCΥΝΟΑΩ (C *suprascr.*) *B* ΠΑΡΑΑΑΑΖΙΝΕΝΒΟΡΙΩCΥΝΟΑΩ *R* || facere *add. Salm.* || 25 ΠΑΡΑΛΛΑΖΙΝΕΝ (Μ *suprascr.*) CΥΝΟΑΟΝΟΤΙΩ (Ν *suprascr.*) *B* ΠΑΡΑΑΑΑΞΙΝΕΝ CΥ-

cυνόδῳ νοτίῳ fecisse dicitur; si autem ad solarem circulum ueniens ab austro obstiterit Soli, ἀναβιβάζοντα cύνδεcμον fecisse dicitur. hae species diuersitatesque Lunae superae mutabilitatis uarietate confundunt.

872 Nam Solem gemino diximus meare motu. quippe ab ortu aut cum mundo corripitur, aut ipse suum circulum contra mundum per obliqua distendit. uerum ex ea parte, qua cum mundo uoluitur, cottidie ortus sui lineam mutat, et quoniam omnes ductus per quos uoluitur circulos appellamus, centum octoginta tres eosdem esse dubium non habetur. nam siue a Cancro descendat, per eosdem usque ad brumalem circulum currit, siue a bruma in sol-
295 G stitium ueniat, per ipsos denuo reuoluitur, qui quidem secantes secundo zodiacum contrariis signis perpetuo lineantur. nam primus Arietis circulus primus est Librae, item secundus secundus, Arietis tricesimus tricesimus est Librae, item Tauri prior Scorpionis est primus. sic igitur trecentis sexaginta sex partibus fiunt centum octoginta tres circuli, quos omnes parallelos appellamus, et ex contrario, ut dixi, signa isdem partibus secant. ergo hos circulos annuos trecentis sexaginta quinque diebus et quadrante diei peragit siue ad solstitialem circulum tendat
873 siue exinde reuertatur. illud etiam non tacendum quod cum duo sint hemisphaeria, unum ab aequinoctiali circulo in septentrionem, aliud in austrum ab eodem aequinoctiali, tamen Sol diuersa utrumque <ratione transcurrat, cum ut dixi paria sint signa partis utriusque. uerum id quod ad solstitialem consurgit centum octoginta quinque diebus et

---

NOΔONOTIω *R* || 2 anabiba ZONCYNΔECMON *B* anabibazon CYNΔEC(M)ON *R corr. Salm.* || 4 superae mutabilitatis *p* sui martalitas *BR* sui mortatis *b* sui martalis *r* || 5 solem *br* sol quem *BR* || 11 descenderit *b* || 12 discurrit *b* || brumma *B*[1] || solstitialem *b* || 15 librae item arietis *(hoc uoc. in ras.)* tricesimus item tauri prior *B* librae item secundus secundus item arietis tricesimus tricesimus est librae item tauri prior *b* librae item secundus ac tricesimus item tauri prior *R* || 20 hisdem *BR* || *post* ergo *add.* bis *br* || 22 triente diei *B corr. p* quarta diei parte *b* XXX diei *R* || 24 ab *om.* *B*[1]*R* || circuli *B*[1]*R* || 28 octoaginta *D* ||

quadrante diei noctisque, id autem quod ad brumalem deprimitur centum octoginta diebus peragitur. quod utique illa res facit, quod eccentron solis circulo dixi esse tellurem et in superiore hemisphaerio〉 altius tolli, in inferiore ad terrae confinia appropinquare. dubium autem non est citius transcurrere breuiorem sinum tardiusque diffusum. uerum Sol, cum ad Cancrum ab aequinoctiali 874 parte conscendit, aestatem praestat hominibus, quos inter solstitialem septentrionalemque uiuere dubium non habetur; cum ab eodem Cancro in aequinoctialem Libram descenderit, auctumnum facit; cum uero ad brumalem lineam recedit, hiems habetur propterea quod calore dimoto torpor inuadit. rursum cum a Capricorno hiemali in aequinoctialem Arietem surgit, uernum tempus adridet. exhinc denuo in Cancro aestas torrida renouatur. sed e contrario perferre omnia non dubitatur antipodas; quorum aestatem Capricornus facit, hiemem Cancer, Sol tenens aequinoctia utrique parti temperiem.

Iam illud superfluum puto noctium accessus defectus- 875 que memorare, cum pares pro rata sint aestiuis diebus hiemis noctes, et hiemalibus diebus noctes aestiuae, una- *296 G* que aequinoctialis nox, quae bis anno contingit, par sit diei suo. nam cum ab aequinoctio uerno in Cancrum Sol meat, omnes dies maiores sunt noctibus suis. item ab autumnali aequinoctio usque ad brumam minores dies noctibus dilatatis.

Minimus autem anni dies brumalis est, qui habet 876 horas nouem; maximus solstitialis habet horas XIIII licet hoc pro climatum rationibus uarietur. nam climata octo sunt, sed proximum solstitiali Diameroës, deinde alterum Diasyenes, tertium Dialexandrias, quod ducitur per Cyre-

---

1 quadrante *bD* triente *B* || die *D* || 3 ecentron *b* || 4 hemisperio *D* || *post* tolli *uoc.* Solem *aegre caremus* || 5 apropinquare *R* || 11 autumnum *B* || 12 hiemps *r* || 17 hyemem *R* || 20 pro *B* per *R* || rata *Grotius* rota *BR* latae *b* || 26 dilatatis *rb* lateritis *R* lateratis *B* || 28 oras *B* || XIIII *BR* XII *b* XVI *r* || 26 climmata *BR* || 30 proxumum B^1 || diametoes B^1R^1 || 31 di**alexandrias *B* dioialexandrias *R* ||

nas in Africam Carthagini ab austro adiacentem, quartum et medium ex omnibus Diarrhodu, quod per mediam Peloponnensum Siciliamque ductum ad ostium Baetis peruenit, quintum est Diarrhomes per Macedoniam et alteram partem per Gallias et Lusitaniam ad Tagum descendens, deinde sextum per Hellespontum Thraciamque et confinem Germaniae Galliam, septimum Diaborysthenis per Ponticum mare et ab altera parte Germaniam Brittanniamque praecidens, ultimum est ultra Maeotis paludes et infra Riphaeos montes.

877 Ergo secundum climata dies dicantur. Diameroës maximus dies habet aequinoctiales horas tredecim, minimus dies undecim; Diasyenes maximus dies horas habet quattuordecim, minimus decem. Dialexandrias maximus horarum XIIII, minimus decem. Diarrhodu maximus horas quattuordecim, minimus nouem. Diarrhomes maximus quindecim, minimus nouem; Diahellespontu maximus horas quindecim, minimus octo. Diaborysthenis maximus

2 diarodu *BR* || peloponnesum *R* peleponnesem *r* || 3 hostium *R* || beutis *BR* beotis *b* ł meotis *add. b* boatis *r* || 4 diaromes *BR* || 5 ad tagundens *R corr. p* ad tagongens *r* adtin**g**ens *B* ptingens *b* || 6 VI *BR* tum *add. b* || ellespontum traciamque *BR* || 7 diaboristhen *B* diaboristhenes per *b* diaborystenes per *R* || 8 brittaniamque *BR* || 9 meotidos *R* maetis *B* maeotides *b* || ripheos *BR* || 11—327, 11 *ex Strabone 179, 3—182, 18 Mein. non excerpta esse docent termini maiorem partem a Strabone non abhibiti et minimorum dierum mensurae ab eo omissae* || 11 climmata *BR* || dicuntur *b* || 12 aequinoctiales *deleuit Böttgerus p. 618 sed Strabo 179, 4 Mein. (p. 133 Cas.) habet* ἰσημερινῶν || 13 dies *del. b ante* XI || diassienes *R* dia*senis *B* diasienes *b* || Diasyenes maximus dies horas habet tredecim et bessem, minimus decem et bessem *coni. Böttgerus;* ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα καὶ ἡμιωρίου *Strabo* || 14 diaalexandrias *BR* || 15 decem *Böttg.* VIIII *R et in ras. B* || diarhodu *b* diarodu *BR* || 16 et bisse *post* quattuordecim *add. p* (et bessem *Koppius*) ὡρῶν ἰσημερινῶν διατεττάρων καὶ ἡμίσους *Strabo 134 Cas. 180, 21 Mein.* || et bessem *post* nouem *add. Böttgerus* || diaromae *BR* || 17 diaelepontu *B* diaellespontu *b* diaelespontu *R* || 18 diabornsten *B* diaboristenes *b* diaboristhenes *R* ||

horas XVI, minimus octo. Diarrhiphaeon maximus sedecim,
minimus octo. deinde cum prope cardinem accesseris, 297 G
longior dies semper, breuiorque nox fiet. denique colli-
gitur sub ipso uero cardine semper diem esse. interea hic 878
climatibus quibusque crescunt decrescuntque luces, scien-
dumque a bruma ita dies adcrescere, ut primo mense duo-
decima eiusdem temporis quod additur aestate adcrescat,
secundo ⟨mense sexta, tertio quarta, et quarto mense alia
quarta, quinto sexta, sexto duodecima. illud quoque ma-
nifestum quod zodiacus circa Cancrum Capricornumque
flexior aequinoctialem paene directum secat.

Hactenus de Sole. nunc planetarum cursus⟩ conuenit 879
intueri eorumque praecipue qui circa Solem peragratione
mundana uoluuntur. nam Stilbon paene anni circulum
ducens per octo latitudinis partes alterna incitus diuersi-
tate discurrit. huius Venerisque circulos epicyclos esse
superius memoraui, id est non intra ambitum proprium
rotunditatem telluris includere sed de latere quodam modo
circumduci; qui ut oriri subinde occidereque uideantur,
mundani motus raptibus inuoluuntur. sed idem Stilbon, 880
licet Solem ex diuersis circulis comitetur, ab eo tamen
numquam ultra XXII partes poterit aberrare nec duobus
signis absistere, nunc praeteriens nunc consistens aut
certe regrediens. qui quidem diuersis schematibus ua-
riatur. nam licet exiguos paruique temporis faciat, tamen

---

1 *post* octo *add.* et bisse *p* || XVI *BR* XVI et bisse *p* || et trientem *ante* Diarrhiphaeon *add.* *p* || diaripheon *BR* || sedecim] ἐν δὲ τοῖϲ ... βορειοτέροιϲ οὖϲι τῆϲ Μαιωτίδοϲ .... ἡ δὲ μεγίϲτη ἡμέρα ἐϲτὶν ὡρῶν ἰϲημερινῶν δεκαεπτά *Strabo 135 Cas. 182, 17 Mein.* || 3 breuior noxque *R* || fiat *B*[1]*R* || 4 uere *B*[1]*R* || hic *Grot.* his *BR* || 5 climmatibus *B* clymmatibus *R* || quibus *B*[1]*R* || *post* crescunt *add.* ita *b* || 6 quia bruma *r* que bruma *R* || *post* duodecima *add.* s̄ pars *r* || 12 actenus *B* || 13 eorumque *b* earum quae *B* eaque *R* || 14 poene *R* || anno *BR*[1] || 15 *ad* incitus *add.* incitatus *b* || 19 uiderentur *b* || 21 comitetur *p* contineat *bR* continet *B* || 22 XXII *R* XXXII *B* XXII *Plinius (II 39) ex quo tamen haec non excerpta uidentur* || 25 exiguos (s *in ras.*) *B* exiguus *R* || spatia *post* temporis *add. et del.* *b* || facit *b* ||

et ortus facit et occasus. quippe ubi radiis solaribus condicione partium liberatus ante emergentis splendorem iubaris uibrabundus apparet, ultra terrarum horizontem subleuatus. nam ἀκρονυκτίῳ ortu hic numquam poterit eleuari: quippe in diametro Solis positis potest euenire sideribus; diametrum in signo septimo perhibetur; ita fit ut iste, qui ultra signum et alteram exiguam portionem sequentis abesse non poterit, non illi contingat ortu ἀκρο-
881 298 G νυκτίῳ subleuari. denique nec contrarium eidem nouit occasum sed ortum itidem uespertinum facit, cum post occasum Solis luminis sui libertate clarescit. item occasus duos habet, unum cum ante Solem parere solitus claritate radii superuenientis occulitur, alium cum idem retrogradatione sua uiciniae Solis admotus idem patitur in occasu. ab eo quippe Solis lumine intra uiginti momenta abesse non poterit, licet maioribus partibus aberrarit, qui ultra secundum signum non poterit inueniri. et has tamen obscurationes ortusque perspicuos quarto quoque mense nec id tamen semper offendit.

882 At Venus, quae ab aliis Phosphoros nominatur, a Pythagora Samio cum suis ostensast terris rationibus peruestigata, et ipsa circa anni confinia ambire circulum proprium perdocetur. nam diebus trecentis et aliquot, latitudinis uero partibus duodecim Lunae similis peruagatur, quinquaginta momentis a Solis orbe discedens, licet plus quadraginta sex partibus aberrare non ualeat. et in suo posita circulo eum uaria diuersitate circumdat, quia aliquando eum transcurrit, aliquando subsequitur nec con-

---

1 ortum B^1R || occasum B^1R || 2 libratus *br* || emergentes B^1R || 3 orizontem *BR* || 4 ἀκρονυκτίῳ *Bötg.* acronico *BR* || nisi in *cod. Grot.* || 5 posse *B* potest *R et (sed rurs. del.) b* non potest *cod. Grot.* || 6 *post* perhibetur *in mg. B add.* aut in quadrato partibus XC aut in tric&ro partibus CXX aut in aduerso partibus CLXXX || 8 illi *bṘ* illic *B* || acronico *BR* || 10 orsum B^1 || ortum sumit *R* || item R^1 || facit *del. in R* || 14 sui* *B* || 15 integra *b* intra *BR* || 21 pytagora *B* || ostensa est *p* ostensas *BR* ostensa *b* || 26 plus a XLVI partibus *B* || 27 quia XLI quando (aliquando *r*) *R* quia aliquando (a ali *in ras. add. b*) *B* ||

prehendit, aliquando superfertur, non numquam subiacet,
quippe quae non annis omnibus reuocet cursum. tunc 883
etiam cum retrograditur, ultra anni circulum tardior con-
lustrat orbem, cum autem directo cursu meat, etiam un-
decimo mense circulum complet. nunc faciens ortum
matutinum Lucifer, nunc post occasum Solis effulgens
Vesper uel Vesperugo nominatur. sola de quinque side-
ribus umbram reddit ut Luna, solaque fulgori Solis emer-
gentis diu conspecta non cedit. quae quidem in ortu ma-
tutino plerumque quattuor mensibus inmoratur, in uesper-
tino uero numquam plus uiginti diebus. uerum tam uisus
eius quam occultationes ⟨decem et nouem mensibus re-
staurantur.

Iam Pyrois siue Martium sidus ultra Solem means 884 *299 G*
proprium etiam ipse circulum telluris eccentron meat
annis prope duobus, in latitudinem quinque partes ex-
currit. cui licet cum duobus superpositis ortus occasus
stationesque ac reditus uideantur esse communes, tamen
et altitudinem propriam⟩ et stationem primam et absidem
suam exceptam ceteris nouit. nam eius altitudo, id est
ubi se eius circulus altius a terra tollit, sub signi Leonis
regione consurgit; statio uero specialis eius prima. nam
utpote Soli coniunctus de proximo etiam in quadratura
eius positus radios sentit, quippe in nonagesima parte ex
utroque eius latere remoratur. absidem etiam habet re-
cessumque sublimem in Capricorni confinio hoc est sub
eius uicesima nona parte.

Stella uero Iouis salutaris ad omnia utpote superior 885

---

2 cursu *R* || 5 ortum matutinum *scripsi* ortum at ut in *B* ortum ut in *b* ortum in *R* || 6 Lucifer *scripsi* luciferum *BR* || 8 fulgoris *(del.* s*)* R^1 *omisso* solis || 11 diebus *BR* duobus *b* || 12 XVIIII *D* || 14 iam *scripsi* nam *BR* || martis B^1D || 15 *ad* circulum *add.* circa *b* || etcentron *D* excentron *B* || 16 quinque *BD* secundum pł IIII D^m || 17 hortus *D* || 18 cummunes *D* || 19 stationem primam *BD* stationem propriam *b* || 21 tollitur *b* || 22 *ante* eius *add.* est *b* || *super* prima *add. et del.* ˥ secunda *b* || 23 utpute *R* || 24 nongesima B^1 || 25 recensumque B^1R || 27 XVIIII *BR* || 28 utpote *b* aut tua *R* ut tua *B* || super****** *B* superior *b* supero re-

duodecim annis longitudinem propriae circumactionis excurrit, per latitudinem uero quinque partium spatiatur. altitudo eius circuli in Virgine repperitur, absis uero in Cancri quinta decima portione. qui ascensus descensusque eccentron esse terrae ipsum quoque circulum contestantur.

886 Phaenonis autem hoc est Saturni praelatius omnibus sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit, in latitudine uero tribus tantum aut etiam duabus partibus peruagatur. altitudo quidem cuius circuli in Scorpionis signo grandescit, uerum absis ipsius in Librae uicesima portione. ortus tam ei quam
300 G duabus inferioribus sunt similes, cum ultra partes duodecim eos matutini radius non praecesserit Solis. tunc quippe matutinum ortum facere perhibentur, occasum autem cum Sole dimerso remotae tot partibus poterunt
887 apparere. est et alius ortus, qui ἀκρονύκτιος perhibetur, cum Sole intra horizontem demergente de orientis facie clarum planetae nascentis sidus emergit. occultationes uero eorum fiunt, cum radio *Solis* consequente proprii luminis uibratum amittunt. denique a partibus centum uiginti stationes matutinas efficiunt moxque in contrario in centum octoginta partibus exortus faciunt uespertinos, itemque in alio latere in centum uiginti partibus uicinantes stationes faciunt uespertinas, quas etiam secundas dicunt, qui superiores primas esse dixerunt, consecutus autem radius intra duodecim partes eas opprimit et occultat. sed cursus diuersitatem altitudinisque causas consistendi retrogradiendique atque incedendi omnibus

---

ctor *R* superu rector *r* || 4 discensusque *R* || 5 ecentron *rb* centron *R* centro *B* || terram *B*¹*R* || 7 faenonis *BR* || praelatis *r* || 8 modicōmunus *R* || 11 huius (h *in ras.*) *B* quis *R* cuius *r* || signum *b* || 12 XX *BR* || 13 XII partes *B* || 14 non *om.* *RB*¹ || praesserit *BR* *corr.* *p* || 16 demerso *b* || 17 ΑΚΡΟΝΥΚΟΥϹ *BR* *uid. p. 328, 4* || cum sole *R* || arizontem *R* orizontem *B* || *ante* de *add.* cum *r* || 20 solis *add.* *Koppius* || consequentes *B*¹ || 28 diuersitates *B*¹ ||

supra dictis inportat radius Solis adfulgens, qui eas percutiens aut in sublime tollit aut in profundum deprimit aut in latitudinem declinare aut retrogradari facit.'

LIBER VIIII

DE MVSICA

Iam facibus lassos spectans marcentibus ignes 888 301 G
instaurare iubet tunc hymeneia Venus.
'quis modus' inquit 'erit? quonam sollertia fine
inpedient thalamos ludere gymnasia?
deriguit comis blandisque adsueta Voluptas,
et noster pallens contrahit ora puer.
ipsa etiam fulcris redimicula nectere sueta
Flora decens trina anxia cum Charite est.
nec melicum recinens modulatur tibia carmen,
⟨nec dulcis temptat psallere Melpomene.
omnia quae tenero moris feruescere ludo
in cumulum doctae uocis honore tacent,
nec Suada inlecebris sponsalia pectora mulcet;⟩
nec Stimula intenso allicit aculeo:
quin etiam interulos gaudens dissoluere nexus

1 radiis *r* || 2 tollit *om.* B^1 || tollit aut in — facit *om.* B^1 aut in — facit *om. R* || MARTIANI MINNEI (MINEI *b*) F. C. DE ASTRONOMICA LIBER VIII FINIT *in B*, *nihil subscriptum in R* || 4 INCIP. DE ARMONIA *in B*, *nihil inscr. in R* || 7 hymeneia *deleta* i *in ras. B* hymenaea *R* te Hymenaee *Heinsius in Burmanni Ouidio I 186* || 8 uis *B* || quoniam *R* || 11 contrait B^1R || 12 fulchris *R et sic legebat scholiasta Iuuenalis VI 22* || 13 trina Flora decens *Vonckius* || carite *R* caritate B^1 || 14 reticens *rb* || 19 intenso *Grotii margo* incensa *b* incenso *R* || 20 renexus R^1 ||

blandificaque libens stringere corda face
nictantes oculos reprimit stupefacta pauore
nec perferre ualet Gorgonos ora trucis.
si erudita placent certe sponsalia diui,
saltem docta ferat carmina Calliope:
nam simul oblectans uocis modulamine mentes
taedia dulcisonis auferet illa tonis.
quippe scrupposis, fateor, lassata puellis
insuetis laedor maestificata moris.
Pronuba si uolupe est haec seria carpere Iuno,
nec cura astriferi te stimulat thalami,
ast ego subcubui, lepidisque adsueta choreis
non ualeo tristes cernere Cecropidas.'

889 302 *G* et cum dicto resupina paululum reclinisque pone consistentis sese permisit amplexibus Voluptatis. cuius uerbis assertionique ruricolae omnes cunctique fluctigenae quam plures etiam astriluci adsensere diui praesertimque Lemnius Mulciber fabrilium tantum operum sollers maritus promtiore adtestatione conlaudat: tunc denique, quod decenter innixa atque ipsa relabentem lassitudo decuerat, Mars eminus conspicatus tenerae cum admirationis obtutu languidiore fractior uoce laudauit profundaque uisus est traxisse suspiria, nec Bromius in fauoris gratiam dispar fuit: quin etiam ipsum Atlantiadem tam flammatae cupiditatis cura concussit ut omittere uellet quae circa sponsalem coetum ornatiora disposuit. tanti quippe uisum
890 numquam Veneri displicere. uerum superum pater licet insinuatione germanae ut properaret admonitus tamen nequid nuptialibus derogaret ornatibus aut tantae eruditionis examen deliciosa festinatione conuelleret, qui probandarum
891 numerus superesset nihil afferens festinationis exquirit. cui Delius Medicinam suggerit Architectonicamque in praepara-

1 blandifiaque *R* || 2 pauore *D* uapore *BR* sopore *br* || taedia *R* || 8 scruposis *R* || puellis *BR* salebris *D* duellis *Oudendorpius Apul. I p. 484* || 9 modis *b* || 10 si *Koppius* sic *BR* || 13 caecropidas *bR* caetropidas *B* || 16 ruriculae *B*¹*R* || 18 mulcifer *b* || 24 flammate *R* || 26 centum *BR* *corr. p* || *post* uisum *add.* est *b* ||

tis adsistere 'sed quoniam his mortalium rerum cura terrenorumque sollertia est nec cum aethere quicquam habent superisque confine, non incongrue, si fastidio respuuntur, in senatu caelico reticebunt ab ipsa deinceps uirgine explorandae discussius. una uero quae potissima caeli siderumque dilectio est, examinis huius tam fauore quam uoluptate disquiritur tuisque conspectibus non poterit sine scelere uiduari. sed illud prae cunctis intimatum 892 uelim, quod dotis offerendae cumulandaeque reciproco alias ⟨aduexit uirginis mater puellas, quas opulentis coornatura muneribus examine isto explorare constituit. hae igitur nec dispares numero nec disgregae uenustate, eruditionis etiam dignitate paucis adstantium conferendae in penetralibus quoque uirginis secretisque sanctioribus alumnatae quo odio quibusque⟩ deliciis ac prorsus enerui *303 G* mollitudine sideralis curiae transeuntur, Iouialis uigoris maiestate percensae?' hic Tritonida 'atquin' ait 'uirgines 893 quas Phronesis educauit superum incessabiliter pectorum arcana tenuerunt nec fuit uestrum quisquam qui non illis uoluntatis abditae interpretamenta commiserit. denique ex his quam plures antistitium professae diuum, ac ni per illas nefas in terris sanctis libare numinibus, certe litare penitus abnegatum. uerum transactae uirgines eruditionis castae praestitere miracula, hae familiaritatis uestrae praeferunt documenta. nam inter diuina humanaque discidia solae semper interiunxere conloquia. has igitur ingres- 894 sas agnoscetis probabitisque diui.' quae dum Delius Pallasque dissererent, earum disquisita uocabula. tunc Phoebus 'Genethliace prior' inquit 'astabit, quae rationis aetheriae

---

2 quidquam B^1R || 4 senatuque *r* || reticebant *r* || 10 uirgines *D* || coornatura *scripsi* conlatura (atura in *ras.*) *B* ł tas *add. b* collocatura *D* || 12 non dispares B^1D || 14 secretisque sanctioribus *p* secretis sanctioribus *R* secretioribus *D* || 15 quo *scripsi* quamne *ni fallor B* quone *bD* || 16 curia B^1R || franseantur *b* || 18 fronesis *BR* || 19 archana *R* || 20 commisserit B^1R || 21 antistitiam B^1 antestitiam *R* || 22 librare B^1 liberare *R* || 23 eroditionis B^1R || 24 cascae *corr. in* caustae *B* ł a *add. b* || haec B^1 || 27 probatisque B^1R || quaedam *B* quae cum *b* || 28 generiace *R* ||

conscia pensa Lachesis adoperta atque instantium saecu-
lorum generanda denuntiat. deinde Symbolice, quae ua-
rietatibus ominatis uentura conponens auspiciorum pro-
uentus pensat uicibus futurorum. Oeonistice tertia est,
per quam tripus illa uentura denuntiat atque omnis emi-
nuit nostra cortina. denique in argumentum praescien-
tiae mihi coruus adludit, cycnus etiam sociatur, ut diei
noctisque prouentus nos auibus praesentire concolor tem-
porum pluma testetur. ipsaque tripus trini cursus prae-
895 sagia pollicetur hoc est exstantis instantis et rapti. demum
trigarium supplicantis semper germanitatis adueniat, quod
nostra uulgo suffragia pollicendo incertos mortalium sen-
sus primum in spem opis superae proritauit praesidiique
indigam in cultum fecit procedere nationem. hanc igitur
siue trigeminam feminam siue tres in unius nominis uoca-
bulum conspirantes quis in caelum uenientes inexamina-
tas adtemptet explodere, cum per eas in terras nos cer-
896 tum sit demeare? post has uero adstabit decens illa side-
reis fulguransque luminibus, quae epistularis tua et dicta
est et probata. huic semper pater tuas adsereris credi-
disse manubias ac trisulcae lucis commisisse fulgorem,
304 G quae uias uestigia aduentum exitusque igniuagae denun-
tiationis agnoscit. huic igitur feminae conloquium dene-
gamus, per quam edictorum tuorum admonitus mortalibus
innotescunt? cur igitur pater optime remoraris et intro-
897 mittere eas alacer et probare?' postquam haec Latoius
dixit Iuppiter Harmonien uenire, quam suggestum est
Mercurialium solam superesse, praecepit, tuncque alias
in ordinem continuari. hic Luna iam gemina emensi diei

---

1 lacessis *R* || adoperta *Koppius* adopertae *BR* || 2 gerenda *b* || symbolicae *BR* || 4 uicibus *scripsi* uiribus *BR* *cf. Amm. Marc. XIIII 11, 26* || oenestice *B* || 5 tripos *b* || uenturi *R* || denunciat *B* || emicuit *D* || 6 argumenta *D* cicnus *R* || eciam *B* netiam *D* || 9 ipsa quoque tripos *b* || 11 aduenict *B* || 12 uestra B^1R || 13 pruritauit *r* || 19 fulgoransque *R* || epistolaris *b* || 20 adseris *R* || 21 commusisse *B* *(sed si in ras.)* || 22 ad inuentum *r* || 23 adnoscit *R* || 25 quur *R* || 27 armonien *BR* || 29 ordine *R* || emense B^1R^1 ||

portione commonita ‘ingressuram mox’ inquit ‘feminam possum explorare uobiscum. ceterum propinquante confinio noctis consequentibus tempora inpertire non possum. quippe Plaustrum mihi Taurusque ac mundanae decursionis iter subeundum nec ceterarum me auscultare commentis stelligeri raptus meta permittit. et fateor uellem siqua examinationem uirginum ⟨prorogaret auctoritas, ipsa quoque tam praecluis eruditionis adserta cognoscere: praesertimque cum perendinatio rationabiliter expetatur, ne lassata cognoscentis curae fatigatione fastidia omnem doctae intimationis excursum grauatae laboris intentionis excludant, et illa expetendae cognitionis adprobandaeque subtilitas in⟩ odium noscendorum obtusa multiplici prolixitate uertatur. aequius igitur duco ampliandam discussionem tantam in ardentem sitim aurium uiuidarum.’ quae cum Luna dissereret, omnes certatim adsensere diui, 898
dehincque utrum repensatrix data diesque conferendae dotis prorogari iure publico posset inquiritur. quo dicto arcanus ille prisci iuris adsertor magna nepotum obsecratione consulitur responditque regulariter etiam matrimonio copulato dotem dicere feminam uiro nullis legibus prohiberi. ac tunc Iuppiter periti patris eruditione commonitus ‘habeo’ inquit ‘mea pignera gratulandum quod fas adseritur quicquid uos uelle cognoui. neque enim fastuosa rigidus elatione defugiam aut uestrum crebrius adcelerare consilium, aut doctarum uirginum examinare sollertiam desidis ignauiae dissimulatione piguerit, prae- *305 G*

---

2 propinquante confinio noctis *b* propinquante confinioque nocte *BR* (*sed* noctis *R*) || 3 consequentis *r* || inpertinere *B* impertiri *b* || 4 mundana *R* || discursio *R* || 5 sit inter *B* inter *R* iner *r* itiner *b* || 6 stelligeni B^1R || 7 siquam *B* || uirginem *r* || 8 precluis *BD* || erudicionis *B* || asserta *D* || 9 prehendinatio *b* || expetatur *scripsi* expectatur *B* exspectatur *R* || 15 tantam *scripsi* tantum *BR* || arium B^1R || inuitarum *Koppius* || 17 dato B^1R || 18 ducto B^1R || 16 archanus *Rb* || adsertur *R* || 21 ducere *b* || uiro *BR* iure *b* || 23 *ante* quod *add.* ob *b* || 24 assertur B^1R || quidquid *B* || 26 accelerare *margo Grotii* celebrare *R* adcelebrare *B* || 17 pigebit *B* ||

sertim cum terris indecenter expulsas solis oporteat ad-
899 haerere sideribus. nunc igitur praecellentissimam femi-
narum Harmoniam quae Mercurialium sola superest au-
diamus. haec quippe est quae superum curas prae cunctis
poterit permulcere aethera cantibus numerisque laetificans
et nostra tantum modo cupit celebrare palatia exosa terrige-
nae stoliditatas ignauiam, quam melicorum indocilis auget
sine fine mortalitas. denique iam pridem homines diruta-
que gymnasia abscedens orbe terrisque damnauit ac uix
Cyllenidae indagantis excursibus nunc conprensa post
longae occultationis obliuia de fugae reuocatur reducitur-
900 que latibulis. hanc igitur repertam post saecula nume-
rosa et tandem in usum melicum carmenque reuocatam
tam uolupe est quam conducit audire. ceterae uero eru-
ditionis doctissimae sacraeque germanae cum renouata
lux fuerit intromissae intentioris curae examine proba-
901 buntur.' his orsis Iouialibus Phoebus admonitus uirgi-
nem sibi prorsus adcommodam admissurus egreditur.
uerum Paphia remeantis filiae gratulatione concussa ad-
nuit puero praecineret nuptiale carmen. itaque Hyme-
naeus alacri tandem uigore luminatus nec ipsa iam re-
nuente Tritonide sic coepit

902 'aurea flammigerum cum Luna subegerit orbem,
rosis iugabo lilia.
uirgo deusque sacro sociabunt foedera lecto:
fulcris parate cinnama.
Hesperus intactam seruet licet usque puellam,
nuptam uidebis Phosphore:
nec iam artos lacrimae pressi nec crinibus ungues
nexus ualebunt rumpere.

---

5 armoniam *BR* || 4 est quae *om.* *B*¹*R*¹ || 6 coepit *B*¹ || 8 derutaque *B*¹*R* || 10 conprehensa *b* || 11 fuga *R* || 14 eruditiones *R* || 15 sacraque *R* || germinae *R* || 16 intentioris *Br* intentiones *R* intentionis *b* || 18 admisurus *D* || 19 paphiae *R* phaphiae *B* || 20 puero ut *br* || praeciperet *r* praecinere *B* precineret *D* || hymeneus *BR* || 21 rennuente *BR* || 29 iam artos *Barthius ad Claudianum p. 461* matris *BR* || prensi *Burmannus Anthol. I 747* || crinibus *Heinsius in Burmanni Ouidio II 330* uirginis *Roeuerius* uiribus *BR* ||

ne thalamos metuas: eris hoc quod Iuno Tonanti est,
quae nunc sorore dulcior:
⟨si placuit docti sollertia sacra mariti,
magis placebunt oscula.
Aurora⟩ exoriens roseis spectabit ocellis
floris resecti praemia:
ipse ego pallentem speculabor luce puellam
sese occulentem uisibus.
conscia iam Veneris noua serta parate Napeae 903 *306 G*
crocumque lecto spargite
inque torum uiolas certatim fundite conchis:
puluinar almum comite.
crinalem spicum pharetris deprome Cupido,
libens capillum soluere.
flammea uirgineum quae obnubere sueta pudorem
regina demet Pronuba.
te blandum teneri quae conscia sola doloris
Venus decens solabitur.
quae nunc dura nouo nescis committere amori
parabit illa pectora.
tu modo quae mando oculos deiecta decoros
reconde mentis intimo:
doctilocum chelis iuuenem complexa lacerti
facunda redde pignera.'

his Hymenaeo diutius uelut fescennina quadam licentia 904
personante geminanteque crebrius placuisse ratus maxima circumstantium multitudo Tritoniden Dionenque comitata

5 spectauit B^1R || 6 flores B^1R || proemia *R* || 8 oculentem *Br* || 9 *in* napeae peae *in ras. in B* || 11 thorum *Rb* || 12 cometis *BR corr. p* || 13 crinalem *Scaliger* crinali *BR* crinale *b* (crinale spiclum *Grotius*) || 15 que *R* || 16 regni debet R^1 regni demet B^1 || 19 nescis *p* noscens *BR* || cummittere RB^1 || amore RB^1 || 20 parauit B^1R || 21 delecta B^1R || decorus *R* || 23 doctiloquum *b* || chris B^1R^1 || lacerti *Gronouius obss. p. 305 Frotsch.* lacertis *BR* || 24 feconda *B* || pignere RB^1 || 25 hymaeneo *R* || 26 crebriusque *BR* || 27 tritonidae B^1R || dionaeque RB^1 ||

digreditur et ad os reductae tandem uirginis studio properante concurritur. uerum tam puellarum quae deas dominas consecutae pone forte constiterant, quam heroum populus qui iussus aduenerat properabat: illae ut psallendi materiem discerent, hi ut sacri uultus memoriam
905 recenserent. nec mora et ecce quaedam suauitas intemptata aulicaeque dulcedinis cantus insonuit, ac melodiae ultra cuncta rerum oblectamina recinentes auditum mirantium conpleuere diuum. non enim simplex quidam et unius materiae tinnitibus modulatus sed omnium organicarum uocum consociata permixtio quandam plenitudinem cuncticinae uoluptatis admisit. quo canore diutius circumstantium pectora deorumque mulcente illae egressorum paulo ante turbae aduentum uirginis praeeuntes ac, tanti comitatus, praeambulare uisuntur. sed non cassae dulcedinis nec sine aliquo sonori modulaminis argumento aut opere reuerterunt. nam Eratine Cypridis filia et Himeros Cupidinis adsecutor itemque Terpsis e
307 G famulitio Dionae concinentes gratissime intrauere primum.
906 sed puer monauliter sonabat. post hos psallentes Pitho Voluptas ⟨et Gratiae admixtis lyrae uocibus atque ipsae harmonicis dissultantes motibus aduenere. dextra laeuaque interea praecedebat numerus heroum crinitorumque sapientum, qui omnes modulatione quidem leni paruaque uoce qualibet⟩ dulcedine murmurantes sed alii laudes deorum hymnosque quam plurimi alii musicos tonos quos modo conpererant retexebant, uerum per medium quidam agrestes canorique semidei, quorum hircipedem pandura, Siluanum harundinis enodis fistula sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt. uerum sequens heroum

---

1 degreditur B^1R || os *scripsi* nos *BR* || properanter *p* || 3 dominas *Vulcanius* domine *R* dominae *B* || 6 interiectata *r* || 7 aulidaeque *BR* || 8 obiectamina B^1R || 17 eratime *rB* || 18 imeros *BR* || terpsiss *bR* || 19 dione *BR* || 20 moniliter *r* monauliter *b* monauloter *BR* || pito *BR* || 21 graiae *D* || lirae *D* || 22 armonicis *BD* || 24 *in* sapientum *in B* u *in ras.* || 26 ymnosque *BR* || 28 hyrcipedem *R* || pandora *b* || 29 sibilatris *ni fallor* B^1 sbilatris *R* ||

praecluis enituit admiratione conuentus. nam Orpheus Amphion Arionque doctissimi aurata omnes testudine consonantes flexanimum pariter edidere concentum,

nam Thrax quo duri rumpere regna Erebi 907
quoque suam meruit inmemor Eurydicen,
quo cantu stupidae tigridis ira ruit,
quo fertur rabidas perdomuisse feras,
quo uidit rigidas glandibus ire comas
Ismaros et siluas currere monte suas,
carmine quo Strymon continuit latices
et Tanais uersis saepe reflatus aquis,
quo inpune accubuit rictibus agna lupi,
et lepus inmiti contulit ora cani —
hoc nunc permulsit insonuitque melo
adcumulansque magis carmina sacra Ioui.
Amphion rigido in corpore mentis iter 908
quoque dedit montes sumere posse animas,
quo sensus duris cautibus inseruit
et docuit rupes carmina uelle sequi:
nam muros Thebis dulcisonis fidibus
praesidiumque dedit carminis arbitrio.
sed nec Arioniam marmora surda chelyn
tempsere, extremam cum flagitaret opem,
et licet indomiti dira procella noti
spumea Scyllaei uerreret ima maris,
delphinas totis sollicitauit aquis,
et melicos cantus belua grata tulit.
o uere antistans numina magna deum,
quae istorum laudes protulit Harmonia, *308 G*
quae domitare erebum marmora saxa feras
et potuit rupes sensificare tonis.

---

1 preclui BR^1 || 2 amfion *R* || 3 flexeanimum B^1 || 4 trax *R* || herebi *b* || 5 euridicen B^1R || 7 quod *R* || 8 quod *R* || clandibus B^1R || 9 istmaros B^1R || montes *r* || 10 strimon *B* || 11 tanaus *r* || 14 promulsit *r* || 15 sacro B^1R^1 || 16 anphion *RB* || 22 chelen *B* chelin *b* || 23 temsere B^1R || 24 nothi *br* || 25 spumea scynei *BR* spuma cyanei *b* spumea cynei *r* || uerteret *b* || 29 armonia *BR* || 30 domitar *BR* domitat *r* domitare *b* || ferebum B^1R^1 ||

post hos honoratior fontigenarum uirginum chorus Pegaseae uocis nectare diffluebat, qui Phrygii cuiusdam pubedae cicutis geminatis ⟨interstinctus omnes praecedentium
909 suauitatum dulcedines anteibat. tandem inter Phoebum Pallademque media Harmonia sublimis ingreditur. cuius sonorum caput auri coruscantis bratteis comebatur caeso etiam tenuatoque metallo rigens uestis et omnibus ad motum gressumque rata congru-⟩entia temperatum blandis leniter crepitaculis tinniebat. cuius incessum mater Paphia ut eam contigue sequebatur licet pulchris rosea numeris ac libratis passibus moueretur uix tamen poterat imitari. dextra autem quoddam gyris multiplicibus circulatum et miris ductibus intertextum uelut clypeum gestitabat, quod quidem suis in uicem conplexionibus modulatum ex illis fidibus circulatis omnium modorum concinentiam personabat. laeua autem uirginis quam plures ex auro adsimilatae paruaeque effigies thea-
910 tralium uoluptatum religatae dependebant. uerum ille orbis non chelys nec barbiton nec tetrachordon apparebat sed ignota rotunditas omnium melodias transcenderat organorum. denique uix ingressa atque eiusdem orbis sonuere concentus: cuncta illa quae dissona suauitas commendarat uelut mutescentia tacuerunt, ipseque tunc Iuppiter caelestesque diui superioris melodiae agnita granditate quae in honorem cuiusdam ignis arcani ac flammae insopibilis fundebatur, reueriti intimum patriumque carmen paululum in uenerationem extramundanae omnes in-

1 uirginem RB^1 || pegasaeae *R* || 2 defluebat *B* difluebat *b* || phygii B^1 phigit *R* frigii *r* || pubedae *b* pubidae *B* pudide *R* || 4 foebum *D* || 5 armonia *BD* || 6 brateis *in ras. B* blatteis *D cf. Lachmannus ad Lucretii IIII 727* || comeatur B^1 || 8 motu *D* || 9 necessum *R* (inces *in ras. B*) || 10 paphiae *BR* phaphiae *b* || contigua *b* || pulchi *B* pulchis *b* || 13 clipeum *R* || 14 gestitebat *R* || conplexibus *br* || 15 ilis *R* || 16 concinencium *R* || leua *BR* || 17 adsimulatae BR^1 || paruoque B^1R^1 || 18 religatae dependebant *scripsi* religataeque pendebant *BR* || 19 chelis *R* || tetracordon *BR* || 21 uix *scripsi* mox *BR* || 26 patriumque *scripsi* patrimumque *BR* ||

tellegentiae surrexerunt. tunc egersimon ineffabile uirgo concludens ad Iouem reuersa aliis modulis numerisque uoce etiam adsociata sic coepit 911

'te nunc astrisono carmine Iuppiter
quo gemmata poli uoluere sidera
sueuit lege rata sacra recursio
praefandum ueneror, quippe potissimus *309 G*
nectis sceptrifero sub diademate
omnigenum genitor regna mouens deum
mundum perpetuo dum rotat ambitu
mens, quam sidereo sufficis inpete.
te nam flammigeri semina fomitis 912
spargentem referunt astra micantia:
te Phoebea sacro munere lumina
terris purpureum dum renouant iubar
testata ambrosium splendificant diem:
Cynthia noctis honos lampade menstrua
auratis rubuit praedita cornibus:
sub te plaustrilucis luminat ignibus
anguis Parrhasias disiciens feras.
sic solidi tenerum corporis ambitum
tellus non prohibens axibus inditur
⟨alternisque regit et regitur polis;
sic Nerea freti noscere limitem
sicque ignem superum lambere pabula,
ut nullis⟩ scateant dissona litibus
atque ita perpes ament dissita uinculum,
ut semper metuant foedifragum chaos.

---

1 infabile *RB*^{1} || 4 astrisono *Grotius* astrisonum *BR* || 8 necdis *B* nectis *bR* || 10 rogat *RB*^{1} || 11 sydereo *B* || sufeicis *RB* subiacis *r* sufficis *b* || 12 te *om.* *B*^{1}*R* || flammigeris *R* || 13 fererunt *B*^{1}*R*^{1} || 14 Phoebea *Heinsius in Burm. Anthol. I 137* foueant *BR* potata *b* || flumina *BR* || 17 Cynthia *Heinsius* sic tua *BR* || 18 rubuit *Heinsius* creuit *BR* || praedita *Heinsius* premia *B* praemia *R* praeuia *Grotius* || 19 plaustrilucas *BR*^{1} || 20 parasias *BR* parnasias *br* || dissiciens *BR* || 21 habitum *RB*^{1} || 22 proibens *R* || 25 labere *D* || 26 nulli *D* || lit ibus *D* libus *BR* || 28 chaus *R* caus *B* chaos *b* ||

tu rector superum tu pater optimus
conplexuque pio sidera colligans,
natos perpetuo corpore uiuidans,
salue, nostra cui perficitur chelys,
bis plenum omnisona cui recinunt mela.
913 Iam uos uerenda quaeso caeli germina,
quae multiforme scit ciere barbiton,
adflata nostris ferte corda cantibus,
miscilla sacrae dum geruntur curiae,
mulcere uestrum quae uelim consortium.
iam uos uicissim proque lege numinum
posthac sonabo disgregato plasmate
suisque cunctos adlubescentes tonis
deducit urget atque delenit iocis
stimulosque rursum lene permulcet melos.
914 Nunc igitur alma quae senatum lumina
deum uerendo culminatis uertice,
bis sena quamuis uos Etrusci numina
ritus frequentent atque opiment uictimis,
tamen gemellis quae refulgent cursibus
310 G natura honoro protulit fastigio
Phoebeum utrumque praeferens uocabulum:
Phoebus coruscus ac decens Latoia:
lunare quippe haec uenit consortium,
Phaethontos ardens scandet axem Delius.
nunc uos pudici nostra fratres culmina
precabor ipsa, ne uerendos contrahant
uultus iugandis quae feram dis carmina
Hymenque nostrum inuehat fastidium:

---

3 uiuidas *BR corr. Kopp.* || 8 atfata *r* || 9 geruntur *scripsi* feruntur *BR* || 10 ualent *b* uelent *B* uellent *R* || 14 deducet *BR corr. Vulc.* || adque *R* || delenit iocis *scripsi* debebit (debit B^1) locis *BR* || 20 refulgent *scripsi* refulgens *BR* refulget *b* || 22 Phoebeum *scripsi* foebea *BR* || utrumque *scripsi* utero *BR* cithero *b* uero *p* || praeferes *BR corr. p* praeferre *b* || uocabulo *R* || 23 Phoebus coruscus *scripsi* Pallas corusca *BR* || latolae B^1R || 24 haec *scripsi* hac *b* ac *R* hanc *Br* || 25 fotontos *R* foetontos *B* || 28 quae *del. in B* || feram dis *Grotius* ferendus *RB* ferent diis *r* ferendo *b* ||

psallente plectro concinentur nuptiae
fidibusque iuncta fescennina prodient.
Iam nunc blanda melos carpe Dione, 915
durus quippe rigor cedit amori.
Nouit nam tenerum probare carmen
⟨ipsum spumigenae salum Cytheres,
Nerinaque⟩ chelys mouet Camenam,
dum conchis Galatea personantes
nantes fluctigenas chorumque Phorci
flagrans cura trahit niualibusque
inrestinctus aquis triumphat ardor.
Iam nunc blanda melos carpe Dione, 916
durus quippe rigor cedit amori.
Carmen Maenaliae tulere pinus,
percussaque modis sonat Lycaeis
sollers Arcadiae nemus cicuta:
pernix semiferi puella Panos
nam uersa in calamos sonat loquaces,
quam dum forte deus premit labellis,
suspirat uelut osculis canorem.
Iam nunc blanda melos carpe Dione, 917
durus quippe rigor cedit amori.
Puer ipse uersiformis
fidibus studet Cupido,
arcusque dulcinerues
roseo ligans ramali
feriato liquit arcu
calamos parante Musa.
in carminis leporem

---

1 concauentur *R* cumcanentur *br* con**nenter *B* || 2 iuncta *scripsi* luxa *BR* || 4 amore *B* || 7 cheli *R* chaeli *B* chaelis *b* || 8 galathea *BR* || personantes *Grotius* personante *BR* || 9 forci *BR* || 10 niuabibusque *R* || 11 *ad* inrestinctus *cf. Heinsius in Burm. Ouidio II 678* || 14 menaliae *BR* || 15 liceis *BR* || 18 loquacis B^1R^1 || 19 quam dum *BR* quam cum *b* quantum *r* || 23 uersiformis *b* uerniformis *B* uernisformis *R* ueris formis *r* || 24 fidibus *scripsi* facibus *BR* || 27 arcu *p* actu *BR* arcũ *D* ||

curam negat sagittis
tenerumque arundinetum
nostrum in melos reliquit.
nunc ergo corda mulcent
311 G amor et canor iugati:
placet ac decet, uicissim
cantemus atque amemus.

918 Iam nunc blanda melos carpe Dione,
durus quippe rigor cedit amori.

Prudens puella pulchrae
mater fuit Lacaenae,
inlecta sed canore
nescit dolum cauere.
nam candidus niuosis
olor inuolutus alis,
argenteis minorem
⟨plumis uidens decorem
nec posse purpuratis
nimium⟩ placere ocellis,
teneros ciere cantus
Phaethontiasque Musas
coepit repente ficta
fraudem parans senecta:
sic admouetur ori
roseumque circumactae
rapit osculum puellae,
gremioque conplicatus
pretium tulit pudoris.

919 Iam nunc blanda melos carpe Dione,
durus quippe rigor cedit amori.

Carmen Latmiadeum
lucis diua secundae
sacris praetulit astris.
antrum quippe secuta
linquens culmina caeli

---

5 amor *scripsi* uapor *BR* || 6 cecet *r* || 11 lacenae *RB* || 26 faetontiasque *B* foetontiasque *R* || 31 ladmiadeum *BR* ||

pastoralibus ardens
palmam dedit cicutis
pulso et luminis auro
pandit saepta balantum
sordentique adoperta
pratis gaudet amictu:
hoc tunc comite noctu
pascit monte capellas:
spectans sidera mundi
mage percrepat flagello
nec curare deorum
pensa aut ferre susurros 312 *G*
illex carminis ampli
aegram cura coegit.
temnit noctis honorem,
praefert antra subulci
rupe et dura quiescit,
et post regna Tonantis
stramen dulcius herba est.'

⟨talibus Harmoniae carminibus oblectati omnes permulsi- 920
que diui nec minor quippe ex fidibus suauitas quam uocis modulamine resultabat. denique qua industria conparatum quibusue adsequendum ediscendumque opibus uigil cura re-⟩promittat, ut in tam dulcem eblanditamque mollitiem intima mentium liquescat affectio, Ioue admirante disquiritur. ac tunc uirgo cum artis praecepta a se expeti examinandae eruditionis intentione conspiceret, paululum melicis temperans exhortante quoque Delio Palladeque sic coepit

'Iam pridem quidem exosa terrigenas et fastidiosa 921
mortalium caeli orbes stellantes inspicio' in quibus artis

---

4 septa *BR* || 7 hoc *scripsi* ac *BR* || comite *scripsi* conscia *B* constantia *R* constia *r* || 10 fagello *B* || 14 curam *B*¹*R* || 15 tempnit *b* || honorem *b* horem *RB* horrorem *r* || 20 armoniae *BD* || oblectatis *B*¹ || 23 assequendum *D* || 27 paulum *b* || 28 exortante *R* || 30 quippe *b* quidem *BR* || 31 inspicio *scripsi* incutio *BR* ||

praecepta edissertare prohibitum, cum melodiam omnisonis conuenientem pulsibus modulorum machinae obeuntis ipsa rapiditas et concinat et agnoscat. sed quoniam emersa terris uirgo nuptura uanescentia intercapedinatae prolixitatis obliuia iam supero debet uigore discutere, iussa percurram, si prius ingratae mortalitatis commoda
922 repudiata recenseam. dum me quippe germanam gemellamque caelo illa incogitabilis effigientiae genuisset inmensitas, sidereae reuolutionis excursus atque ipsa totius molis uolumina comitata superos incitosque fulgores modis adsocians numeros non reliqui. sed cum illa monas intellectualisque lucis prima formatio animas fontibus emanantes in terrarum habitacula rigaret, moderatrix earum iussa sum demeare. denique numeros cogitabilium motionum totiusque uoluntatis inpulsus ipsa rerum dispen-
923 sans congruentiam temperabam. quam rem dedere mortalibus uniuersis Theophrastus laborauit. Pythagorei etiam
313 G docuerunt ferociam animi tibiis aut fidibus mollientes cum corporibus adhaerere nexum foedus animarum. membris
924 quoque latentes interserere numeros non contempsi. hoc etiam Aristoxenus Pythagorasque testantur. denique benignitate largissima sensim ipsam notionem meae oblectationis aperui. nam fides apud Delphos per Deliacam citharam demonstraui; tibiae per Tritonidam nostri comitem Marsyamque Lydium sonuerunt; calamos Mariandyni et Aones in laudes inflauere caelestium; panduram Aegyptios adtemptare permisi ipsisque me pastoralibus fistulis uel cantus auium uel arborum crepitus uel susurros fluminum imitantibus non negaui. psaltas cordacistas sam-

---

1 edissertare *deleta* t *R* || omnissonis *r* || 7 repedita *B* repediata *R* ł repudiata *b* || 8 effitientiae *r* || 11 mones *R* || 13 &manantes *RB*[1] || 14 numerus *R* || 15 uolumtatis *R* uoluptatis *r* || 16 dedere *scripsi* debere *BR* || 17 theofrastus *BR* || pytagorei *RB* || 18 tybiis *bR* || 20 interse *R*[1] intersere *B*[1] || non *deleta in R* || 21 pytagorasque *BR* || 22 sensi *R* || obiectationis *B*[1]*R* || 23 delfos *B* delfus *R* || 24 cytharam *B* || 25 marsiamque lidium *BR* || mariandini *BR* || 26 pandurum *BR* pandoram *b* || 29 negabi *B*[1]*R* || paltas *BR* peltas *b* || cordacistas *BR* cortialistas *b* ||

bucos hydraulas per totum orbem ad commodum humanae utilitatis inueni. per me quippe uestrum homines 925 inlexere succursum irasque inferas per naenias sedauere. quid quod bella uictoriaeque undique meis cantibus conquisitae? nam Cretes ad citharam dimicabant, Lacedaemonii ad tibias, nec ante adgrediebantur fata proeliorum priusquam illis contigerat litare Musis. quid Amazones nonne ad calamos arma tractabant? quarum una quae concipiendi studio uenerat, cum Alexandrum salutaret donata tibicine ut magno munere gratulata discessit. Lacedaemonios in Graecia, in Italia Sybaritas tibicines ad proelia praeire quis nesciat? tubas non solum sonipedes atque bella sed agonas acuere certamenque membrorum nunc quoque conpertum. quid pacis munia ⟨nonne 926 nostris cantibus celebrata? Graecarum quippe urbium multae ad lyram leges decretaque publica recitabant. perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui. nam phreneticos symphonia resanaui. quod Ascle-⟩piades quoque medicus imitatus cum consulentibus urbium patribus plebis inconditae uulgus infremeret seditiones accensas crebriore cantu inhibuit. ebrios iuuenes perindeque inprobius petulantes Damon unus e sectatoribus meis modulorum grauitate perdomuit. quippe tibicini spondeum canere iubens temulentae *314 G* dementiam perturbationis infregit. quid adflictationibus corporeis nonne adsidua medicatione succurri? febrem curabant uulneraque ueteres cantione. Asclepiades item tuba surdissimis medebatur. ad affectiones animi tibias Theophrastus adhibebat. ischiadas quis nesciat ex-

1 ydraulas *B* draulas *R* || 5 critarum *R* cytharam *B* || demicabant *R* || 6 preliorum *B* || 10 tubicine *b* || 11 sibaritas *bR* subaritos *B* || 12 praelia *B* || 16 liram *D* || 18 insonuit *D* || freneticos *BD* || symfonia *D* syfonia *B* || 20 consolentibus *B*[1]*R* || 21 sedicione *B* || crebrior cantus *BR corr. Mon. 3* || inbuit *BR* inibuit *b* || 22 ebrios *om. R* || 24 temulentiae *B*[1]*R* || 25 adflictationis *RB* adflictionibus *b* || 26 meditatione *r* || 27 asclipiades *B*[1]*R* || 28 turba *B*[1]*R* || meditabatur *B* || effectiones *RB* afflictiones *b* || 29 theofrastus *BR* || adibebat *B* || sciadas *BR corr. p* ||

pelli aulica suauitate? Xenocrates organicis modulis lym-
phaticos liberabat. Thaletem Cretensem citharae suaui-
tate conpertum morbos ac pestilentiam fugauisse. Hero-
philus aegrorum uenas rhythmorum conlatione pensabat.
927 animalium uero sensus meis cantibus incunctanter adduci
saltem Thracius citharista perdocuit. in quo non fabula
sed ueritas gloriam procreauit. unde enim cerui fistulis
capiuntur, pisces in stagno Alexandriae crepitu detinentur,
cycnos Hyperboreos citharae cantus adducit? elephantos
Indicos organica permulsos detineri uoce conpertum,
fistulis aues allici conprobatum, infantibus crepitacula
uagitus abrupere, fides delphinis amicitiam hominum per-
928 suaserunt. quid canticis adlici disrumpique serpentes,
glandem ferunt messesque transire! manes cieri lunam-
que laborare nonne ipsius uetustatis persuasione conper-
tum? in Lydia Nympharum insulas dici, quas etiam re-
centior adserentium Varro se uidisse testatur, quae in me-
dium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum
primo in circulum motae, dehinc ad littora reuertuntur.
929 in Actiaco litore mare citharam sonat. Megaris saxum
ad ictum pulsus cuiuscumque fidicinat. possem innumera
mortalibus a me conlata percurrere, ut non me terras fu-
giendi studio reliquisse sed ingratae humanitatis ignauiam
uiderer iure damnasse. sed iam ad artis praecepta desi-
liam, ut nupturae uirgini promissum munus inpendam.
930 et quoniam officium meum est bene modulandi sollertia
quae rhythmicis et melicis astructionibus continetur prius
315 G de melicis dissertabo. dico quicquid rite sonuerit aut
tonum esse aut hemitonium aut quartam toni quae diesis

---

1 senocrates *BR* || lynfaticos *BR* || 2 taletem *BR* || chitarae *B* || 3 erofilus *BR* || 4 ridmorum *R* rytmorum *B* || 6 tracius *B* tratius *R* || chitarista *B* || 9 cicnos *R* || yperboreos *B* || cythare *BR* || elefantos *BR* || 12 abrupere *scripsi* adrumpere *B* abrumpere *bR* || delfinis *BR* || 13 cantibus *b* || allici *b* || 14 ferrunt *R* || 16 lidia nimfarum *RB* || 17 asserentium *b* || disse B^1R^1 || *ante* testatur *add.* eas *r* || 19 litora *R* || 21 fidicinnat *R* || 24 dampnasse *b* || 25 uirgine B^1R || 27 ritmicus *R* ritmi*cis *B* rithmicis *b* || 29 temitonium *BR* emitonium *b* ||

appellatur. uerum tonus est spatium cum legitima quantitate, qui ex duobus sonis diuersis inter se in uicem con tinetur. hemitonium dicitur quod toni medium tenet, diesis uero distantiae tres sunt. nam prima breuior, quae tetartemoria nominatur ex eo quod quartam partem toni recipiat. enarmonios quoque dicitur propterea quod enarmonion modulandi genus per hanc maxime demetimur. secunda ab illa maior est: nam tritemoria nominatur quoniam habet partem tertiam toni itemque chromatice appellatur, quod chromaticum modulandi genus per ipsam funditur ⟨tertia uero habet toni quartam partem ac dimidiam quartae et uocatur hemiolia ex harmoniae diuisione quoniam hemiolium modum conplet. tonus igitur idem plerumque appellatur et sonus. uerum soni sunt per singulos quosque 931
ac per omnes tropos numero XVIII.⟩ quorum primus dicitur apud Graecos προϲλαμβανόμενοϲ, apud Romanos uero idem dicitur adquisitus; secundus ὑπάτη ὑπάτων hoc est principalis principalium, qua eadem uoce nos uti summus Iuppiter statuit; tertius παρυπάτη ὑπάτων id est subprincipalis principalium, quartus ὑπάτων διάτονοϲ id est

---

1 spartium *B*[1]*R* || 3 emitonium *BR* || 5 tetrartemoria *b* tetaremoria *R* || nominatus *R* || 6 enarmonius *R* || armonior *R* inarmonion *rb* || 7 *post* hanc *add.* quoque *b* || demitimur *R* || 9 cromaticae *BR* || 10 cromaticum *BR* || funditur *scripsi* finditur *BR* || tertiam *et deinde* tertiae *BR corr. Meibomius* || 12 emioliae enarmoniae diuisionis *B* hemiolia et harmoniae diuisio *D* ex harmoniae diuisione *Ioannes Grotius* ab harmoniae diuisione *Meibomius* || hemiolium *Meibomius* emiolii *B* hemiolii *D* || 14 soni uero *in ras. b* uerum *add. b* uero soni *D* || 16 ΠΡΟϹΛΑѠΒΑΝΟѠΕΝΟϹ *BR* || 17 ypate spaton *R* ypate ypaton *B* || 18 *post* principalium *inserenda uocabula* qua eadem uoce uti summus Iuppiter statuit (*quae ita:* quia eadem uoce nos uti summus Iuppiter statuit *exhibent BR*) *post* apud Romanos uero *in codd. posita intellexit Grotius* || 19 principalium — 350, 3 subprincipalis *om. R* || 18 principalium — 350, 1 id est principalis *om. B*[1] || 19 ΠΑΡΙΠΑΤΕΥΠΑΤΟΝ *B* || id est *D* ·i· *in ras. B* || 20 id̄ mediarum extenta *B* ł principalium *add. b* || ‘*duabus primis* διατόνοιϲ *uox* λιχάνου *adiungenda, duabus posterioribus* παρανήτηϲ’ *Grotius* ||

principalium extenta, quintus ὑπάτη μέcων id est princi-
palis mediarum, sextus autem παρυπάτη μέcων quod est
subprincipalis mediarum, septimus μέcων διάτονοc id est
mediarum extenta, octauus μέcη hoc est media, nonus
τρίτη cυνημμένων id est tertia coniunctarum, decimus
cυνημμένων διάτονοc hoc est coniunctarum extenta, un-
decimus νήτη cυνημμένων id est ultima coniunctarum
duodecimus παραμέcη hoc est prope mediam, tertius de-
cimus τρίτη διεζευγμένων id est tertia diuisarum, quar-
tus decimus διεζευγμένων διάτονοc quod est diuisarum
316 G extenta, quintus decimus νήτη διεζευγμένων id est ultima
diuisarum, sextus decimus τρίτη ὑπερβολαίων id est
tertia excellentium, septimus decimus ὑπερβολαίων διά-
τονοc hoc est excellentium extenta, octauus decimus νήτη
ὑπερβολαίων id est ultima excellentium.

Hi sunt igitur soni, qui modulationem apte et cum
932 ratione conponunt. constat autem omnis modulatio ex
grauitate soni uel acumine. grauitas dicitur quae modi
quadam remissione mollescit, acumen uero quod in aciem
933 tenuatam gracilis et erectae modulationis extenditur. ex
supra dictis itaque sonis, qui et singulis et omnibus tropis
rite conueniunt sunt symphoniae tres, quarum prima est
διὰ τεccάρων, quae Latine appellatur ex quattuor, et reci-
pit sonos quattuor spatia tria productiones duas et dimi-
diam, nam prius tonum productionem uocaui, est autem

---

1 ΜΗCΟΝ *B* ΜЄCΟΝ *D* || 2 ϢΗCΟΝ *D* || 3 ΛΙΔΤΟΝΟC *BR et sic deinceps* || 4 ΜΗCЄ *B* || 5 ᒷΡΙΤЄ *R* ΤΡΥΤЄ *B* || CΥΝЄΝΜЄΝΟΝ *BR et sic deinceps* || 8 ΠΑΡΑϢCΟC *BR* || media *R* || 9 ΤΙΡΙΤΗ *R* || ΔΙЄΖЄΥϢЄΝΟΝ *R* aieΖЄΥGΜΗΝΟΝ *B* || 10 ΛΙЄΖЄΥϢЄΝΟΝ *R* aieΖЄΥGϢЄΝΟΝ *B* || ΔΙΔΤΟΝΟC *R* ΔΤΟΝΟC *B* || 11 ΝЄΤΔΙЄΖЄΥϢЄΝΟΝ *R* ΝЄΤЄΛΙЄΖЄΥGΜЄΝΟΝ *B* || 12 ΥΠЄΡΒΟΛЄ(Η *B*)ΟΝ *RB* || 13 ΥΠЄΡΒΟΛЄ (Η *B*) ωΝ *RB et sic paullo post* || ΛΙΔΤΟΝΟC *R* ΔΙΔΤΟΝΟC *B* || 16 hii *R* || 18 *pro* modi *mauult* modulationis *Meibomius* || 19 remissione *Ioannes Grotius* emissione *BR* || 20 rectae *R* || 22 sunt *om.* *RB*[1] || synphonie *R* synfoniae *B* symfoniae *b* || 23 qua *R* || 24 tres *r* || dimidia *B*[1]*R* || 25 nam prius tonum *Bamb. 393* nam sonum fiat id est tonum *R* nam sonum fiat ideo tonum *B* nam sonum id est tonum *b* ||

hemitoniorum quinque [quae ad productiones plenas et integras mediatenus ualent] διέϲεων decem, dieṣis uero [interpretatio] est sic ut supra dixi quarta pars toni. sed haec symphonia est in epitriti ratione. epitritus autem dicitur qui et numerum ternarium habet et trium tertiam, quod est unus, ut sunt quattuor ad tres. alia symphonia 934 quinaria est et dicitur διὰ πέντε atque constat sonis quinque, qui inter se quattuor spatiis diuiduntur. productiones habet tres mediamque praecidit, hoc est tonos tres ac medium, hemitonia septem, diesisque quattuordecim, atque hemiolii possidet rationem, quae forma et eundem numerum circa conlata detinet et eius medium, ut sunt tres ad duo. tertia διὰ παϲῶν, quae ex omnibus dicitur, octo sonos recipit, spatia septem, productiones sex, hemitonia duodecim, diesis uiginti quattuor, atque constat ex ratione diplasia, hoc est dupli.

Tropi uero sunt quindecim sed principales quinque, 935 quibus bini cohaerent, id est Lydius cui adhaerent ὑπερλύδιοϲ et ὑπολύδιοϲ, secundus Iastius cui sociatur ὑπο- 317 G ιάϲτιοϲ et ὑπεριάϲτιοϲ, item Aeolius cum ὑποαιολίῳ et ὑπεραιολίῳ, quartus Phrygius cum duobus ὑποφρυγίῳ et ὑπερφρυγίῳ, quintus Dorius cum ὑποδωρίῳ et ὑπερδωρίῳ. uerum inter hos tropos est quaedam amica concordia, qua sibi in uicem germani sunt, ut inter ὑποδώ-

---

1 emitonium *BR* || quae ad productiones plenas et integras mediatenus ualent *delebat Meibomius* || 2 ΛΙΕϹΕΩΝ *RB* || *ante* decem *add.* uero *B* || 3 interpretatio *deleui* || 4 simfonia *BR quo in uocabulo quae uarient libri notare desinam* || 9 praecidet *R* || 10 emitonia *BR* || ΛΙΕϹΙϹque *BR* || 11 emiolii *BR* || 14 emitonia *BR* || 16 duplici *r* || 17 quinque *om. B* || 18 coerent *BR* || hyperlidius *B* yperlidius *R* || 19 ypolidius *B* ypolydius *R* || ΥΠΟΙΑϹΤΙΟΥ(Υ *del. b*)Ϲ *BR* || 20 ΥΠΕΡΙΑϹΤΙΟΥ(Υ *del. b*)Ϲ *BR* || eolius *BR* || ΥΠΟΕΟΛΙΟΝ (ΛΙ *in ras.*) *B* ΥΠΟΕΟΩΟΝ *R* || 21 ΥΠΕΡΕΩΛΙΟΝ (ΛΙΟΝ *in ras.*) *B* ΥΠΕΡΕΟΝΩ *R* || frigius *BR* || ΥΠΟ *deinde in ras.* ΦΡΙΓΙΩ *B* ΥΠΟΛΡΙΩ *R* || 22 ΥΠ *deinde ex parte in ras.* ΕΡΦΡΙΓΙΟ *secuntur inducta* ΟΡΙΩ *B* ΥΠΕΡΛΟΡΙΩ *R* || quintus ΔΟΡΙΟϹ cum ΥΠΟΔΟΡΙΟ & ΥΠΗΡΔΟΡΙΟ *om. B¹R* || 23 tropus *R* || 24 ΥΠΟΛΟΡΙΟΥ (Υ *del. b*) Μ *BR* ||

ριον et ὑποφρύγιον, ⟨et item inter ὑποιάϲτιον et ὑποαιόλιον, item conueniens aptaque responsio inter ὑποφρύγιον et ὑπολύδιον, qui tamquam duplices copulantur. mediae uero grauiorum troporum his qui acutiores sunt προϲλαμβανόμεναι⟩ fiunt. uerum tropi singuli quoque tetrachorda faciunt quina. tetrachordum autem est affectio quaedam sonorum quattuor per ordinem conpositorum, quorum extremi sibi debeant conuenire. sed haec posterius. nunc ac incoamentorum ratum ordinem redeamus. praedicta enim ideo prima dicta sunt, ut altius tenerentur.

936 Primo quippe cum Lasus ex urbe Hermionea *harmoniae* uim mortalibus diuulgaret, tria tantum mei genera putabantur εἰδικὸν ἀπεργαϲτικὸν ἐξαγγελτικόν, quod etiam ἑρμηνευτικόν dicitur. et εἰδικόν est, quod ex perseuerantibus et similibus consonabat, id est sono numeris atque uerbis. sed quae ex his ad melos pertinent, harmonica dicuntur; quae ad numeros, rhythmica; quae ad uerba, metrica. ἀπεργαϲτικόν est quidam materiae tractus efficiens exercitium eius, cuius tres itidem partes id est μελοποιία λῆψιϲ πλοκή. ἐξαγγελτικόν autem ad ex-

1 ΙΠΕΡΦΡΙΓΙΟΥΜ *B* ΥΝΕΡΦΡΙΟΥ(Μ) *R* || ΥΠΟΑCΤΙΟΥΜ *B* ΥΠΟΙΑCΤΙΟΜ *b* ΥΠΟΙΑCΤΙΥΜ *D* || ΙΠΕΡΕΟΛΙΟΥΜ *B* ΙΠΕΡΟΛΙΔΙΟΜ *b* ΥΠΟΛΙΔΙuΜ *D* || 2 ipofrigium et ipoiolion *D* ΥΠΟΦΡΙΤΙΟΥΜ et ΙΠΕΡΛΙΔΙΟΥΜ *B* || 3 tamquam *Ioannes Grotius* tantum *BD* || 6 tetracorda *BR* || tetracordum *BR* || 9 inchoamentorum *b* || 11 tenerestur *B*¹*R* || 12 cum *uulgo* quam *om. BR add. b* || latus *r* iasius *b* || ex urbe Ermionea *Scaliger* exorsus harmoniae uim *Grotius* ex urse (surse *B*) ermionaea (ermioniaea *R*) uir *BR* ex suse armeniae uir *b* || 14 ΥΛΙΚΟΝ Λ (Υ *b*) ΠΕΡΓΑCΤΙΚΟΝ· ΕΖΑΝΤΕΑ (C *add. b*) ΤΙΚΟΝ *BR* || 15 ΕΡΜΕΝΕΥΤΙΚΟΝ *BR* || ΥΛΙΚΟΝ *BR* || 17 armonica *BR* || 18 rytmica *BR* || quae ad uerba metrica *om. R* || 19 ΥΠΕΡΓΑCΤΙΚΟΝ *BR corr. Meib.* || quidem *br* || tractatus *pro* tractus *coni. Meib.* || 21 '*legendum censeo* μελοποιία ῥυθμοποιία ποίηϲιϲ. Melopoeiae autem partes sunt tres λῆψιϲ (*pro quo hic inepte* λέξιϲ) μίξιϲ καὶ χρῆϲιϲ. *Quarum partium subdiuisiones rursus adferendo perueniremus tandem ad* πλοκήν' *Meibomius* || moelopeia *B* melopeia *R* || λῆψιϲ *Meibomius* lexis *BR* || ΠΛΟΚΕ *B* || ΕΖΑΝΤΕΑCΤΙΚΟΝ *B* ΖΑΝ-

positionem pertinere uidetur et habet partes tres ὀργανικὸν ᾠδικὸν ὑποκριτικόν, quae inferius rerum ordo disponet. nunc de prima uoce uelut de sonitus totius parente dicemus.

Omnis uox in duo genera diuiditur, continuum atque 937
diuisum. continuum est uelut iuge conloquium, diuisum quod in modulatione seruamus. est et medium, quod in *318 G*
utroque permixtum ac neque alterius continuum modum seruat nec alterius frequenti diuisione praeciditur, quo pronuntiandi modo carmina cuncta recitantur. horum illa, quam in diuisas partes certasque deducimus, Diastematica nominatur et ei parti quae Harmonica uocatur aptanda est.

Quae quidem Harmonica habet partes disputationis 938
septem, primam de sonis, secundam de spatiis, tertiam de systematis, quartam de genere, quintam de tonis, sextam de commutationibus, septimam de modulatione, quam melopoeiam uocamus. ac prius de sonis, ubi artis est elementum. sonus quippe tanti apud nos loci est, quanti 939
in geometricis signum, in arithmeticis singulum. phthongos sonos dicimus. uerum phthongus dicitur uocis modulatae particula una intentione producta. est autem intentio, quam dicimus tasin, in qua uox consistit ac perseuerat. sonus phthongus uel speciatim uel generaliter appellatur; sed generale uocabulum *et* specialia *habent* quae ἰδιότητες Graia uoce perhibentur. ut si quem ad modum nobis scribendum sit cogitemus, ita haec uirtus phthongi docet quid uel acutius exeramus uel lenius re-

---

ΤΗΤΙΚΟΝ *R* || 2 ΟΔΙΚΟΝ *Rb (quid in B primitus scriptum fuerit non dispicio)* || interius *BR corr. p* || 3 de *om. R* || 8 utrumque B^1R || 9 quo *Meibomius* ut *BR* || 12 *et* 14 armonica *BR* armonia *b* || 16 diastematis *b* || quarto B^1R || quinto B^1R || sexto B^1R || 17 VII *in ras. b* || 18 melopeiam *R* || est artis *R* || 20 aritmeticis *BR* || ptongos *BR* || 21 ptongus *BR* || 23 tasin *Leid.* tasis *BR* || 24 ptongus *BR* || 25 uocabulo B^1R || speciale *R* speciali *B* aliquae *B* quae *R* habent et specialia quae *p* || 26 ἰδιότητες *Grot.* ideotetra *R* idioteta *corr. in* idiotheta *B* al ideit&ra *add. b* || perhibetur *b* || 27 hae *R* || 28 ptongi *BR* || acutius *Grot.* acuminis *BR* ||

940 mittamus. uerum ex istis alia faciunt, alia patiuntur. faciunt intentio uel remissio, patiuntur acumen et grauitas. productio autem est — hoc est ἐπίταϲιϲ — uocis commotio a loco grauiore in acutum locum, ἄνεϲιϲ uero contra, nam ab acuminis culmine in graue quiddam seriumque descendit. fit autem soni grauitas cum ex intimo quidem spiritus trahitur, acumen uero ex superficie oris emittitur. sunt igitur innumerabiles soni sed specialiter per singulos tropos ⟨duodeuiginti tantum poterunt conuenire, quorum
941 nomina superius memoraui. quorum prior est adquisi-
319 G tus, qui ideo tali nomine nuncupatur, quoniam eorum quae tetrachorda nominantur nulli omnino consentit sed extrinsecus uelut adqui-⟩situs accedit propter consortium mediae, cui concinere consueuit. qui adquisitus uno tono a principali principalium separatur, quae principalis principalium, quia prima in tetrachordo conlocatur, quasi cuiusdam rectoris nomen accepit; subprincipalis denique
942 dicitur, quae principali subiecta coniungitur. principalium uero ἐναρμόνιοϲ et χρωματικόϲ, quam nos uix forsan recte colorabilem memoramus, et ideo hoc nomen accepit, quia inter principales colores album tetrumque quicquid interiacens inuenitur colorabile Graia significatione perhibetur. ergo enarmonius chromaticus itemque diatonus, quam extentam dicimus, indicia sunt generum modulandi. multiplex quippe tetrachordorum ratio sic firmatur. principalis autem mediarum, quia prima est medii tetrachordi, ideo id nomen accepit; cui subnexa subprincipalis mediarum esse dicitur. denique reliquae tres sui similibus oboedient. dictum uero hoc tetrachordum mediarum, quia in medio locatum est inter principa-

---

3 est *del. in B* || 6 quidam B^1R || 7 traitur *BR* || 9 XVIII *Bamb. 393* uiginti octo *BD* || 12 tetracorda *BD* || 16 tetracordo *BD: omissam* h *in hoc uoc. notare desinam* || 17 rectores B^1R || 19 ENAPMONIOYC *BR* || KPOMATIKOYC *BR* || quam *R* quae *B* quem *b* || 23 cromaticus *BR* || 24 diatonos *BR* || indicio *b* || genera *B* ł rum *add. b* || 27 cuius B^1R || 29 suis *b* || similibus *p* simili usu *R et fortasse B* similes sub *r* similes *b* || ubedient B^1 ||

lium tetrachordum et tetrachordum coniunctarum. post 943
supra dictas autem quae sequitur media nominatur: quae ideo media dicitur, quia tam grauis modi finis est, quam in tropis omnibus futuri acuminis caput, atque ipsius quodam modo uinculo tam grauis modulatio quam acuta conectitur, ut in Lydio modo, ubi rectum iota est. uerum post mediam extendentem hemitonium coniunctarum erit tertia, quae in eodem modo, id est Lydio, *L* litteram pro nota habebit. post hanc illae quae a nobis superius expressae sunt tres sequentur ἐναρμόνιος χρωματικός et διάτονος, quae et paranete dicitur, quam Latine paene ultimam perhibemus. post quam ultima sociatur, quae ideo dicta est coniunctarum ultima, quia in hoc tetrachordo finem tenet. omne autem tetrachordum coniunctarum ideo dictum, quia mediae ipsi, quae perfectam symphoniam prima conpleuit, adiungitur ac producente media sequentem tonum ille qui sequitur sonus παράμε- *320 G*
coc nominatur, quod hunc satis proximum sonus adiunctae modulationis offendat. dehinc diuisarum tertia, quae ple- 944
num systema diapason finit, unde diuisarum tertia perhibetur. post hanc soni ceteri consecuntur. sonus uero diuisarum ideo hoc nomen accepit, quia uno et dimidio tono a mediae fine diuellitur. post hoc tetrachordum excellentium conlocatur, quod ideo excellens nomen accepit, quia in singulis tropis in omne acumen erigitur, in singulis modulationibus fastigiatur. horum igitur sonorum, id 945
est phthongon, sunt alii quos consistere et perseuerare necesse est, alii uero sunt uagi. denique alii βαρύπυκνοι nominantur, alii μεcόπυκνοι perhibentur. spissum uero

7 emitonium *BR* || 8 id est *inducta in B* || l litteram *scripsi* litteram *BR* labda supinum *codex Grotii* || 10 ΚΡΟΜΑΤΙΚΑ(Λ *R*)Ι *BR* ΚΡΟΜΑΤΙΚΟC *b* || 11 ΔΙΑΤΟΝΟC *BR* || poenaeultimam *R* poenultimam *r* penultimam *B* || 12 ultimam B^1R || 15 media *R* || 16 synfoniam *BR* || 20 diuisarum *b* coniunctarum *R et ut uidetur B* || 26 fastigatur B^1R || 27 ptongon *BR* || aliquis B^1R^1 || 28 ΒΑΡΥΠΥΓΝΟΙ *BR* || 29 ΜΕCΟΠΥΓΝΟΙ *B* ΜΕCΟΠΥΓΝΟΥ *R: deinde* alii ὀξύπυκνοι *add. codex Grotii* ||

dicitur trium sonorum conpositiua quaedam qualitas. βαρύπυκνοι autem sunt qui uelut regiones primas spissi retentant, μεσόπυκνοι ⟨uero qui media possident, ὀξύπυκνοι qui ultima tenent, ἄπυκνοι qui in positionem sonorum trium, qui sunt spissi, nullo genere aut lege iun-
946 guntur. stantes autem perseuerantesque dicuntur uel ἄπυκνοι uel βαρύπυκνοι⟩ qui ueluti quandam speciem et formam sibi principalium uindicabunt. ideo autem a quibusdam statarii nominantur, quia diuersas extentiones recipere non possunt. alii autem uagi et errantes habentur, quia interdum largiora, interdum minora spatia receperunt: sed hi alii παρυπατοειδεῖς alii λιχανοειδεῖς uocantur. uerum primi ideo sic dicuntur, quod statim prioribus subnectantar. λιχανοειδεῖς dicuntur a digito, qui minister artis et cantus singulos mouet. est autem pri-
947 mus a pollice. hi uero alii sibi in uicem congruunt, alii discrepant et resultant. sed illi ὁμόφωνοι quia sibi in uicem coniunguntur, διάφωνοι autem id est dissentientes sunt qui cum percussi fuerint in uicem discrepant, ὁμόφωνοι qui uocis quidem aliam significationem gerunt, eundem tamen inpetum seruant. sunt autem et aliae sonorum diuersitates. et prima quidem per intentionem, ut aut acumine aut grauitate dissentiat. secunda per spa-
321 G tiorum perceptionem, cum uni aut plurimis coniungitur spatiis. tertia per coniunctionem systematis, quo aut unum aut plura recipit, et quod secundum morem dicitur

---

2 ΒΑΡΥΠΥΓΝΟΙ *B* ΒΛΡΥΠΥΓΝΟϹ *R* || aute *B* || spissis *B* || 3 retantant *R* || ΜЄϹΟΠΥΓΝΟΙ *B* ΜЄϹΟΝΥΓΝΟΙ *R* || *ante* media *add.* in *B*[1] || ΟΚΥΠΥΓΝΟΙ *B* ΟΚΥΠΥΓΝΟΥ *D* || 4 *et* 7 ΑΠΥΓΝΟΙ *B* ΑΠΥΓΝΟΥ *D* || 7 ΒΑΡΥΠΥΓΝΟΙ *B* ΒΑΡΙΠΥΓΝΟΥ *D* || 8 a quibusdam *b* quidam *BR* || 9 extensiones *b* || 12 his *b* || ΠΑΡΥΠΑΤΙΟ***Ϲ *B* ΠΛΡΙΠΛΤΟΙΛΙϹ *R* || ΛΙΚΑΟΝΙΔΙϹ *B* ΛΥΚΛΟΝΙΛΙϹ *R* || 14 ΛΙΚΑΟΝΙΔΙϹ *B* ΛΥΚΛΟΝΙΛΙϹ *R* || dicunt *R* || dicito *B*[1]*R* || quos *b* || 15 et *BR* ad *b* || 16 his *b* || ΟΜΟΦΟΝΙ *BR pro eo Grotius coni.* σύμφωνοι || 18 ΛΙΑΦΟΝΙ *B* ΛΙΛΤΟΝΙ *R* || 19 sunt *R* || ΟΜΟΦΟΝΙ *BR* || 23 aut *post* ut *om.* *R* || 25 communionem *Meibomius* coniunctionem *BR* ||

id est κατ᾽ ἦθος: alium quippe morem acuta significant,
alium grauiora.
Nunc iam de diastematis disserendum. diastema est 948
uocis spatium, quo acuta et grauior includitur. sed in dia-
stematis alia breuiora illa, quae sunt in diesi enarmonia;
maiora uero sunt, quae per singulos tropos bis ex omni-
bus faciunt, quo nihil maius in tropis possumus inuenire.
atque in spatiis alia sunt conposita, alia disiuncta atque 949
asyntheta. et conposita sunt quae per ordinem currunt,
inconposita autem quae ex diuersis sibi in uicem copulan-
tur. item alia logica, alia aloga memorantur. ac rationa-
bilia illa sunt quorum consensu possumus praestare ratio-
nem, inrationabilia quibus non subest ratio. item alia
conuenientia, alia discrepantia, tuncque alia enarmonia,
alia chromatica, alia diatonica, item alia artia, alia perissa.
sed prima aequalia, secunda excurrentia memorabo.
uerum aequalia sunt, quae in aequas partes poterunt se-
parari, ut tonus in duo hemitonia; perissa autem, quae in
tria hemitonia discernuntur. deinde alia diastemata spissa, 950
alia rariora. spissa sunt, quae per diesis colliguntur; ra-
riora, quae tonis. et in his alia sibi congruunt, alia dis-
crepant. sed discrepantium nimia multitudo. conuenien-
tia uero per singulos tropos sex sunt, id est diatessaron
quod de quattuor dicimus, diapente quod de quinque,
dehinc diapason quod ex omnibus concinet; illud etiam,
quod ex omnibus et ex quattuor constat uel ex omnibus
et ex quinque uel bis ex omnibus, quod bis diapason dici-
tur. sed illud quod diatessaron, hoc est ex quattuor dici- 951

---

1 ΚΛΤΛЄΟΝ *R* || 3 nunt *R* || desserendum *R* || 4 *post* acuta *add.* uox *b* || 5 *post* alia *add.* sunt *b* || 6 quod *b* || 8 diiuncta *B* || 9 *post uarias correcturas* asinteta *b* syntetae *R* assytetae *r* || et *om. R* || 11 ita B^1R || 12 consensu *scripsi* consensui *b* consensus *BR* || rationem *p* per portionem *R* proportionem *b* partionem *B* || 14 conuenientia *Grotius* conhibentia *B* conibentia *bB* || 15 cromatica *BR* || diatotica *B* || archia *BR* || 18 *et* 19 emitonia *BR* || 23 singulos *BR* omnes *b* || αιατeccαραn *R* || 25 ΔΙΑΡΑCΟΝ *B* ΙΔΙΑΠΑCΟΝ *R* || continet B^1R || 26 ex *om. R ante* quattuor || 28 illut *R* || ΑΙΑΤЄCCΑpan *B* ||

322 G tur, recipit sonos quattuor, spatia tria, tonos duo semis, hemitonia quinque, diesis uero decem, et est in epitriti ⟨ratione, ut sunt quattuor ad tres. diapente quod ex quinque est, sonos recipit quinque, spatia quattuor, tonos tres semis, hemitonia septem, diesis XIIII et est in hemiolia ratione, quod sunt tres ad duo. diapason autem sonos habet octo, spatia septem, tonos sex; hemitonia geminat, diesis quadruplicat atque in diplasia ratione uer-
952 satur, quae est unum ad duo. quod uero ex omnibus et ex quattuor dicitur,⟩ sonorum est undecim, spatiorum decem, tonos habet octo, hemitonia duplicat, diesisque praedicta ratione multiplicat, et est in diplasi et diametri regula ut sunt octo ad tres. quod uero ex omnibus et quinque constat, recipit sonos duodecim, spatia undecim, tonos nouem semis, hemitonia geminantur, diesis tetraplantur, et est in triplasia ratione ut quattuor ad duo-
953 decim. quod disdiapason dicitur, habet sonos quindecim, spatia bis septena, tonos decem ac duo, hemitonia duplicata, diesis quadraginta octo atque est in tetraplasi ratione ut sunt duodecim ad tres. est autem tonus in epogdoi ratione. ubique diesin in enarmonio debemus accipere, quae est in quarta particulatione.

954 Nunc quid sit systema perhibendum. systema est magnitudo uocis ex multis modis constans, quae licet multa diuisionum genera recipit, tamen quia eadem et in diastematis memoraui, praeteream. sunt autem absoluta et perfecta systemata numero octo. et primum est, quod ab adquisito quem προcλαμβανόμενον dicimus, ad me-

---

1 duos *b* || 2 emitonia *BR quod amplius non notabo* || 6 XIIII *Db* septem *b* || emiolia *BD* || 8 duplasia *b* || 11 octo et semis *p* || emitonium B^1R || duplicat *b* eadem *BR* || 12 et est *om. R* || 15 aiesis *R* Λietic *B* Λiecic *b* || tetraplicantur *b* || 17 aicaia ΠΑCΟΝ *B* ΒΙCΔΙΑΠΑCΟΝ *b* ΑC-ΛΙΛΠΛCΟΝ *R* || 19 est *om. R* || 20 autentonos *R* || epocdoi *BR* || 21 in *om.* B^1R || 22 est *R* ec̄ *B* || 23 num B^1R || systima B^1R || 24 ex multis modis *add. in margine R: sed hodie solum* ex m *comparent* || 26 praeterea B^1R || 28 ΠΡΟCΑΑΜ-ΒΑΝΟΜЄΝΟΝ *B* ΠΡΛΛϢΒΛΝΟϢЄΝΟΝ *R* ||

diam, quam mesen diximus, omne conficitur. secundum quod a principali principalium in parameson usque tenditur. tertium quod a subsprincipali principalium in diuisarum tertiam iungitur. quartum quod ab extenta principalium usque in diuisarum diatonum profertur. quintum quod a principali mediarum in neten diuisarum usque progreditur. *323 G* sextum quod a subprincipali mediarum in tertiam excellentium trahitur. septimum quod a mediarum extenta in excellentium diatonon excurrit. octauum quod a media excellentium in ultimam ducitur.

Quibus excursis genera tetrachordorum modulandi- 955 que discurram. tetrachordos est IIII chordarum cum certa qualitate diuisio. genera modulandi sunt tria ἐναρμόνιον χρῶμα διάτονον. et enarmonion quidem dicitur, 956 quod pluribus spatiis et angustioribus separatur, diatonon uero, quod tonis copiosum; chroma, quod de hemitoniis conponitur. sic ut enim quod inter album nigrumque est, color dicitur, ita hoc chroma, quia inter utrumque est, nominatur. et enarmonion quidem cum ab inmuta- 957 bilibus sonis cingitur, modulationi oboediet in acumen per diesin *et diesin* et diatonon inconpositum; in grauem uero sonum e contrario modulatio tota submittitur. chroma autem hoc modo melos accipit: per hemitonium et hemitonium et tria hemitonia, quae inconposita prouenient; in grauem uero ex diuerso recurret. at uero diatonum ipsis contentum sonis in acumen quidem ita accipiet modulationem, ut per hemitonium et tonum modum integrum compleat. at uero grauiorem per contrarium ⟨ordinem

---

1 quam B^1R || mecen *b* mexen *BR* || 2 Π(N *R*)ΑΡΑΜΗCON *BR* || 4 tertiam *Ioannes Grotius* tertium *BR* diatonum *b* || 6 netem *B* || 9 diaton *R* || 10 ultimum *BR corr. Vulc.* || 12 IIII *om.* B^1R || cordarum *BR* (genus est quatuor chordarum *coni. Meibomius*) || 13 enarmonia (armonia B^1R) ΚΡΟΜΑ *BR* || 14 ΔΙΛΤΟΝΟΝ *R* || 14 *et* 19 et armonia *BR* et enarmonia *b* || 15 ΔΙΑΤΟΝΟΝ *B* || 16 *et* 18 croma *BR* || 19 ab *om. R* || 21 diesim B^1R || et diesin *add. Meibomius* || diatonon *b* diaton *B* ditoni *R* ditono *r* || 22 sonum a B^1R || toto *BR* || croma *BR* || 25 diuersum B^1R || 26 is ipsis *coni. Ioannes Grotius* ||

958 persequetur. sed nunc maxime diatono utimur. sed ho-
rum alia modulamur per agogen, alia per plocen. per
agogen est cum per ordinem sonus sequitur, ploce autem
dicitur cum diuersa sociamus. exhinc in modulando alia
euthia dicitur, quod est recta; alia anacamptos, quod est
reuertens;〉 alia peripheres, hoc est circumstans. euthia
est quae a graui in acumen erigitur, anacamptos quae e
contrario deficit, peripheres quae ad utramque aut com-
959 modatur aut seruit. sed cum tetrachordorum, quos qua-
324 G drifidos appellamus, diuisiones innumerabiles sint, sex
sunt notae: enarmoniae una; chromatis tres, quarum
prima quae mollis ac soluta, secunda quae hemiolia est,
tertia quae est toniaea; diatonicae duae, mollis una, altera
robusta. et modos quidem accipit enarmonia a tetarte-
moria diesi, id est toni parte quarta; illud uero, quod
mollius diximus, per tritemoriam diesin copulatur; ipsum
uero chroma hemiolion fit ab hemiolia diesi eius quae sit
enarmoniae.

960 Sed nunc de tonis. tonus est spatii magnitudo, qui ideo tonus dictus, quia per hoc spatium ante omnes prima uox quae fuerit extenditur, hoc est de nota qualibet in notam; ut a media in paramesen, ut est in Lydio, si a iota directo in sigma iacens signa concurrant. uerum quia hemitonia diesisque quid uel quantae qualesue sint docui, troporum etiam nomina numerumque monstraui, nunc de tetrachordis eloquemur. nam singuli quique tropi tetrachorda quina custodiunt, sic ut superius quoque non tacui. uerum horum extremos sibi aptandos esse non

---

1 persequitur *B¹R* || 5 eutia *BD* || anacantos *BD* || 6 periferes *BR* || ЄΥΠΛ *R* || 7 ΑΝΑΚΑΝΤΟΥC *BR* || 8 utranque *B¹R* || 11 inarmoniae *B¹R* || cromatis *BR* || 12 emiolio *bR* emiolis *B* || 13 toniaea *Meibomius* tonia *BR* || ΑΙΑΤΟΝΙΚЄC (Η *pro* ЄC *R*) *BR* || una altera *om. B¹R* adque *R* || 14 *post* rob:ta (*ita B*) *add.* at uero bis tria sunt *b* || armonia *R* || 15 in *ante* illud *add. B¹R* || 16 per *B* peri *R* || Δiesi *B* Δ1ЄCI *R* || 18 ЄΝΛΡ()ΟΝЄ *R* || 21 de nota qualibet *del. Meibomius* || 22 paremesen *B¹R* || lidio *BR* || 23 simma *BR corr. Grotius* in Zeta *coni. Meibomius* || concurrent *b* || 27 non tacui *b* notaui *B* nontaçui *R* || 28 exccremos *R* ||

dubium est. tetrachordum quippe est quattuor sonorum in ordinem positorum congruens fidaque concordia. sunt 961
autem tetrachorda principalium mediarum coniunctarum separatarum excellentium. et primum tetrachordum, quod est grauius, incipit a principalium principali et desinit in principalem mediarum****** uerum principalium et mediarum conexum, quod coniunctarum uocatur, erit tetrachordum a media in neten coniunctarum usque. atque ab his diuisum longeque discretum, quod est quartum, diuisarum a submedia in neten separatarum usque coniungitur. quod autem ex diuersis coniunctum est, in acutiorem sonum et quintum excellentium profertur. sed de tetrachordis satis dictum.

Nunc de pentachordis uideamus. ac similiter haec 962 325 G
quoque quinque esse non dubium est. primum igitur, quod est grauius principalium esse dicemus, quod incipit ab adquisito et in principalem mediarum terminatur. sequens in acumen eius modi est et constat a principalium extenta in mediarum illam, quae in Lydio iota rectum habet. tertium autem coniunctarum est, quod a mediarum extenta in ultimam coniunctarum ducitur. quartum uero, quod per diuisionem est, a media in tertiam diuisarum conecti solet. quintum in acumen erigitur, atque in nete excellentium terminatur. haec quae dixi artis nostrae 963
doctis-⟨simis adprobantur. nam non sum nescia asserere quosdam pentachorda ab hemitoniis initia posse sortiri, quod est in modulatione diatonica situm, de qua superius multa dixi. sane notum atque intimatum uelim adquisitum in omnibus quidem aliis conlocari, in his autem, quae

---

4 tetracordo B^1R || 6 *excidisse* secundum a mediarum principali ad mediam extenditur *uidentur Meibomio* || 9 atque *om.* B^1 absque *R* || 11 coniunctum et quintum est et a nete separatarum in neten excellentium profertur *coni. Meibomius* || 14 ÷ *ante* nunc *add. b* || ac *R* hac *B* et *b* || 17 sed *ante* sequens *add. b* || 19 illa RB^1 || lydio iota *b* ludiota *BR* || recto B^1R || 22 tertiam *B* tertia *R* ultimam *coni. Meibomius* || 23 solent B^1R || 24 terminantur B^1R || artes B^1R || 26 quaedam *D* quasdam B^1 || pentachorda *Meibomius* tetracorda *BD* || ΑΙΑΤΟΝΙΚΑ *B* ΔΙΑΤΟΝΙΚΑ *D* || 29 intra *D* ||

non per sonos fiant, in tetrachordis fieri non posse. in his enim semper ab hemitoniis princi-⟩pia ducuntur, in aliis autem, quae pentachorda nominantur, nec tamen modulationi subiciuntur, ut per sonos constare uideatur, apponitur. secundum enim in his hemitonium possumus ponere.

964 Nunc de transitu modulantium. transitus est alienatio uocis in figuram alteram soni. fit autem transitus modis quattuor: per genus, ab enarmonio aut in chroma aut in diatonon; uel per systema, ut a principali principalium si forte in subprincipalem aut in aliud forte systematum, aut cum de coniunctis ad diuisas transitum facimus; uel per tonum, cum a Lydio uel in Phrygium uel in alium tropum cantilena transducitur; uel per modulationem, cum ex alia specie modulandi in aliam desilimus, uel cum a uirili cantilena transitus in femineos modos fit.

965 *326 G* De genere modulandi consequenter edisseram. melopoeia est habitus modulationis effectae. melos autem est actus acuti aut grauioris soni. modulatio est soni multiplicis expressio. melopoeiae species sunt tres: hypatoides mesoides netoides. et hypatoides est quae appellatur tragica, quae per grauiores sonos constat; mesoides quae et dithyrambica nominatur, quae tonos aequales mediosque custodit; netoides quae et νομικός consueuit uocari, quae plures sonos ex ultimis recipit. sunt etiam aliae distantiae, quae et tropica mela dicuntur, aliae ὁμοιολογικά. sed haec aptius pro rebus subrogantur, nec suas magis poterunt diuisiones afferre. hae autem species etiam tropi

9 croma *BR* cromata *b* || in *om.* B^1R || 10 ΔΙΑΤΟΝΟΝ *B* ΔΙΑΤΟΝΟ *R* || CICTEMA *BR* || aut a B^1R || a principali principalium — 11 systematum (sistematum *bR* sustematum *B*) *del. Meibomius* || 12 uel *ante* facimus *add.* B^1R || 13 lidio *B* || frygium *b* frygiam *BR* || 14 tropum *B* locum *R* || uel *inductum in B* || per melopoeiam *legendum censet Meibomius* || 20 ΥΦΑΤΟides *B* ΥΠΑΤΟΙΔΕct *R* || 21 ΝΕΤΟΛΕC *R* || ypatoides *R* || traica *BR* || 22 ΜΕCΟΙΑΕC qua *R* || 23 ΑΥΤΠΡΑΝΙΒΙΚΑ *B* al lipraniambisa *add. b* ΛΥΤΠΡΑΝΙΒΙΚΑ *R* || 24 ΝΕΤΟΙΑΕC *BR* || 26 mele B^1R || alia *b* || comiologica *BR* tomeologica *b* || 28 diuisionis *B* || efferre *b* || haec B^1R ||

dicuntur. dissentiunt autem melopoeiae ipsae modis plu- 966
ribus inter se et genere, ut alia sit enarmonios alia chromatice, alia diatonos; specie quoque, quia alia est hypatoides, alia mesoides, alia netoides; tropis ut Dorio Lydio uel ceteris. omnis tamen, qui melos incohat, prae cunctis systema debet aduertere, dehinc sonos miscere atque conponere. haec de septem partibus artis nostrae dixisse sufficiat.

Nunc rhythmos hoc est numeros perstringamus, quoniam ipsam quoque nostri portionem esse non dubium est.
rhythmos igitur est conpositio quaedam ex sensibilibus 967
conlata temporibus ad aliquem habitum ordinemque conexa. rursum sic definitur: numerus est diuersorum modorum ordinata conexio, tempori pro ratione modulationis inseruiens, per id quod aut efferenda uox fuerit aut premenda, et qui nos a licentia modulationis ad artem disciplinamque constringat. interest tamen inter rhythmum et rhythmizomenon. quippe rhythmizomenon ma- 968
teria est numerorum, numerus autem uelut quidam artifex aut species modulationis apponitur. omnis igitur nume- *327 G*
rus ⟨triplici ratione discernitur, uisu audituque uel tactu. uisu sic ut sunt ea quae motu corporis colliguntur; auditu cum ad iudicium modulationis intendimus; tactu ut ex digitis uenarum exploramus indicia. uerum nobis adtribuitur maxime in auditu uisuque. sed rhythmice est ars 969
omnis in numeris, quae⟩ numeros quosdam propriae conuersionis accipiat flexusque legitimos sortiatur. est quoque distantia inter rhythmum metrumque non parua, sic ut posterius memorabo. sed quia uisus auditusque numero dicti sunt accedere, hi quoque in tria itidem genera diuidentur: in corporis motum, in sonorum modulandique

---

1 ΜΕΛΟΠΟΝ(Ι *b*)Η *B* ϹΘΕΛΟΝΟΝΗ *R* || 2 inarmonios *B*¹*R* || cromaticae *BR* || 3 spatoides *BR* sypatoides *b* || 5 incoat *B* inchoat *bR* || *ante* prae *add.* inOΔCΔ *R* || 9 rytmos *BR quod amplius non notabo* || 10 ipse *r* || portione *R* portionis *r* || 18 rityzomenon *R* ryttizomenon *B* || ritizomenon *BR* || 20 modulationi *b* || 21 uel *B* et *bD* || 25 ritizete *B* irstioyti zete *D* || 30 dicti sunt *p* dictus *BR* || in *om. R* ||

rationem, atque in uerba, quae apta modis ratio conligarit. quae cuncta socia perfectam faciunt cantilenam. diuiditur sane numerus in oratione per syllabas, in modulatione per arsin ac thesin, in gestu figuris determinatis schematisque conpletur.

970 Verum numeri genera sunt septem. primum de temporibus. secundum de enumeratione uerborum, quae in numerum cadere non possunt, quae rhythmoides id est similia numeris iudicantur quaeque tribus uocabulis discernuntur hoc est enrhythmon arrhythmon rhythmoides. tertium de pedibus. quartum de eorum genere. quintum est quod agogen rhythmicam nominamus id est quo genere numerus modique ducantur. sextum de conuersionibus. ultimum rhythmopoeïa id est quem ad modum procreatio numeri possit effingi.

971 Primum igitur tempus est quod in morem atomi nec partes nec momenta recisionis admittit ut est in geometricis punctum, in arithmeticis monas id est singularis quaedam ac se ipsa natura contenta. sed numerus in uerbis per syllabam, in modulatione per sonum aut spatium quod fuerit singulare, in gestu incipiente corporis
328 G motu quod schema diximus, inuenitur. atque hoc erit breuissimum tempus, quod insecabile memoraui. conpositum uero quod potest diuidi et quod a primo aut duplum est aut triplum aut quadruplum. eatenus enim tempus omne numeri profertur atque ei finis est, qui plenae rationis est terminus atque in hoc numerus toni similis inuenitur; ut enim ille per quattuor species hoc est diesis diuiditur, hic etiam quaternaria temporum modulatione concluditur.

972 Sed eorum temporum, quae ad numeros copulantur,

---

2 sociata *p* || 4 tesin B^1R || scematisque *BR* || 5 conplet B^1R || 7 numeratione *R* || 8 rytmoide B^1R || 11 tertio B^1R || 12 quod *B* de *R* || 18 aryt (h *add. b*) meticis *BR* || 19 contempta B^1R || 21 singulari *R* || gestum *b* || *post* gestu *add.* et B^1R || incipientem *BR* || 22 motum B^1R || scema *BR* || 31 et *post* sed *add. R* ||

alia sunt quae enrhythma tempora nominantur, alia quae
arrhythma, tertia quae rhythmoide perhibentur. et en-
rhythma quidem sunt, quae ratione certa ordinem ser-
uant, ut in duplici uel hemiolio, ut in aliis, quae alia ra-
tione iunguntur. arrhythma sunt, quae sibi nulla omnino
lege consentiunt ac sine certa ratione coniuncta sunt.
rhythmoides uero in aliis numerum seruant in aliisque
despiciunt. quorum temporum alia στρογγύλα hoc est 973
rotunda perhibentur, alia περίπλεω. et rotunda sunt,
quae procliuius et facilius quam gradus quidam atque ordo
legitimus expetit praecipitantur, περίπλεω uero quae am-
plius quam decet moras conpositae modulationis innectunt
seque ipsa ⟨tardiore pronuntiatione suspendunt.

Sed temporum alia simplicia sunt, quae podica etiam 974
perhibentur. pes uero est numeri prima progressio per
legitimos et necessarios sonos iuncta, cuius partes duae
sunt, arsis et thesis. arsis est eleuatio,⟩ thesis depositio
uocis ac remissio. sed pedum differentiae sunt septem. 975
per magnitudinem cum alios simplices alios multiplices
pedes ponimus: et simplices quidem ut est pyrrhichius,
conpositos uero ut sunt paeones uel eorum pares. et
simplices quidem dicuntur qui temporibus diuiduntur, *329 G*
conpositi autem qui in pedes etiam resoluuntur. alios
uero alogos hoc est inrationabiles nominamus, quorumque
ratio nulla praestatur sed incondita quaedam conpositio
profertur. alia deinde differentia est, quae per diuisionem 976
quaeritur, qualis existit, hoc est ποία, cum uarie et multi-
pliciter ea quae conexa fuerint diuiduntur. atque illi, qui

---

1 *et* 2 enrythma *b* erytma *bR* || 1 temporum *B* (u *in ras.*) || 2 *et* 5 aritma *R et similiter B* || 2 rytmoides *b* || 4 et *ante* ut *add. b* || in *ante* alia *add. rB*[1] || 7 numeros *b* || 8 stryngyla *BR* tirigilla *R*[m] || 9 *et* 11 ΠΕΡΙΠΑΕC (C *ex* O *corr.*) *B* || 9 ΠΕΡΙΝΑΕΟ *R corr. Meibomius* || 11 expetitur *BR* expetit *b* expeditur *r* || ΠΕΡΙΠΑΕΟ *R* || 12 modulationes *B*[1]*R* || 15 poes *D* || 17 tesis *B* || tesis *BR* ł extensio *add. b* || 20 pyrrichius *BR* || 21 poeones *BR* || *post* pares *lacunae signum posuit Westphalius (fragm. rhythmicorum Graecorum p. 51)* || 28 *ad* illi *add.* ał illos *b* || illa qua *(ita uulgabatur) delere uidetur Westph.* ||

simplices pedes esse multiplices nominamus. alia est, quae per diuisionem fieri consueuit. septima quae per oppositionem fit id est cum duobus pedibus acceptis unus habet prolixius tempus, quod praecedit ex ordine. illud autem tempus quod insequitur angustius, uel cum per contrarium ordinem tempora praedicta uertuntur.

977 Rhythmica uero genera sunt tria, quae alias dactylica iambica paeonica nominantur, alias aequalia hemiolia duplicia. denique etiam epitritus sociatur. et enim unus semper, cum sibi fuerit aptatus, ut aequalis conuenit. tria uero ad duo numerus hemiolius est. duplex uero qui fuerit ad singularem, geminam rationem tam syllabarum quam temporum seruat. quattuor uero ad tres epitriti modum facit. sed quae aequalia diximus, eadem dactylica esse dicemus. denique in dactylico genere signa aequali sibi iure nectuntur: uerum ad alterum uel ad numerum geminum duo uelut forte aequalitas numerosa decurret. sequitur iambicum genus, quod diplasion superius expressi; in quo pedum signa duplicem rationem ad in uicem seruant siue unus ad duo siue ad quattuor gemini uel quicquid ad duplum currit. hemiolium sane quod paeonicum memoratum tunc est cum pedum signa hemiolii rationem iusque sectantur ut ad duo tria sunt. accidit autem etiam in epitriti ratione saepe numerus, cum pes in eo accipitur, qui sit ad tres quattuor. sed iam ad ordinem recurramus.

978 330 G Aequale est igitur numeri genus, quod a disemo usque in sedecim pedes procedit. disemus autem appella-

---

1 *ante* pedes *add.* & *r* || esse *del. r* || *ante* multiplices *add.* & *r* || nominamus *om.* B^1R || 2 septimus B^1R || 7 dactilica *BR* || 8 ianbica *R* || poeonica *B* peonica *R* || alias *BR* alia *br* || alia emiolia alia duplicia *b* || 9 unus *b* unis *BR* uni *r* || 11 emiolius *BR quod notare desinam* || quae *bR* qui *B* || 14 esse *post* aequalia *add. b* || dactilica *BR quod notare desinam* || 15 dicimus R^1 || genera B^1R || 16 uerum *BR* uel unum *b* || 17 decurrent *r* || 18 ianbicum *b* || 20 unius *BR* || 21 poeonicum *BR* || 23 sunt *br* erunt *BR* || 26 redeamus *b* || 28 procedunt *BR corr. p* ||

tur pes, qui per arsin et thesin primus constare dicitur ut est leo. duplum uero incipit a trisemo, decem et octo autem syllabas in finem usque deducet. hemiolium sane a pentasemo ducit exordium, impletur autem in quindecim numero. epitritus ab heptasemo principium facit, quattuordecim similibus idem ponens, cuius difficilis est usus. atque hos quidem omnes numerorum ordines ideo memorauimus, ut singulorum leges per uniuersa seruentur.

Sed numerorum alii sunt conpositi alii inconpositi 979 alii permixti. ⟨et conpositi e duobus generibus uel pluribus cohaeserunt. inconpositi qui uno pedum genere consistunt ut sunt tetrasemi. mixti uero qui aliquando⟩ in pedes, aliquando in numeros resoluuntur ut in hexasemo numero accipere debemus. at uero eorum, qui conpositi esse dicuntur, alii per copulas alii uero per periodum colligantur. et enim ϲυζυγία id est copula duorum pedum in unum est ascripta conexio, qui [in] dissimiles sibi positi esse uidentur. periodos sane est pedum conpositio plurimorum, quique dissimiles sibi inpares*que* sociantur. dissimilitudinum sane differentiae 980 tres erunt: per magnitudinem per genus per oppositionem. per magnitudinem cum ex disemo uel tetrasemo conponitur numerus. per genus, cum diaplasium aut hemiolium simul iungimus uel quod ex pluribus aequaliter copulatur. per oppositionem, id est per antithesin, cum aut primos disemos ponimus insequentibus longe potioribus aut tetrasemos disemis insequentibus applicamus. uerum notum esse conueniet unum etiam pedem posse sufficere ad conplendam periodon, si solus ceteris inaequalis inseritur.

---

2 tesin *B*¹*R* || 3 sillabas *B* || 4 pensasemo *B*¹*R*l || 5 eptasemo *BR* || 6 pones *R* || 7 hi *B*¹ hii *R* || 11 coeserunt *B* || 13 pede *B* || exasemo *BR* || 16 colliguntur *b* || sizigia *B* sinzygia *b* || 17 pedum *inductum in B* || in *del. Westphalius* || 18 uideantur *B*¹*R* || est *post* sane *del. et post* positio *add. b* || 20 pares *b* || que *add. Westphalius* || 25 per *om. R* || antitesin *BR* || 26 dissemos *B* || aut *post* ponimus *add. B*¹*R* || longioribus *pro* longe potioribus *coni. Westphalius* || 27 dissemis *BR* || aplicamus *B*¹*R* || 28 esse notum *R* || 29 sic *B*¹*R* ||

981 Sed eorum, quae in pedem reccidunt, dactylicum genus
331 G primum est, in quo genere pedes inconpositi uocabuntur, qui numero sunt quinque, id est proceleusmaticus dactylus anapaestus spondeus simplex et spondeus maior. ac proceleusmaticus quidem est, qui et positionem breuem et elationem breuem retinet. utetur autem hic idem tetrasemo frequentius. namque et disemus, id est qui duobus temporibus inpletur, proceleusmaticus quidem sed breuior nominatur. ille uero maior est, qui ex quattuor breuibus efficitur. at uero breuior id est disemus syneches uocatur, quia ipsa adsiduitas et frequentia conprehendentis se in uicem syllabae nec magnitudinem aliquam nec modum diuisae potestatis extendit ideoque eo raro uti decet, ne adsiduitas breuis syllabae carmen ipsum, quod cum dignitate aliqua proferri oportet, incidat. in permixtione uero aliorum pedum, qui longiores ponuntur, decenter aptatur, ut illorum prolixam moram interueniente sua celeritate conpenset. quare proceleusmaticus, qui ad numeros apta-
982 tur, quadrisemo exordium debet accipere. anapaestus qui uocatur accipiet elationem pedis unius temporis, positionem uero duorum temporum faciet. monochronon quippe dicitur tempus etiam cum longa ponitur, quae longa duo tempora recipere consueuit; uel cum tria tempora simul breuia conlocantur, uel cum sunt quattuor numero. quae omnia ad conparationem longae syllabae conputantur. igitur maior anapaestus elationem quidem suscipiet, quae monochronos esse dicatur, positionem dichronon habere monstratur. quare utriusque temporis, quod in positione fuerit, aequali sibi posito oportet elatio-

---

1 im pedem *R* || 3 *pro* quinque *ex Aristide scripsit* sex *Westphalius* || 3 ΠΡΟΚΕΛΕΥΜΑΤΙCΟΥC ΑΝΑΠΕCΤΟΥC spondeus *B* ΠΡΟΚΕΑΕΥωΑΤΙCΟΥC ΛΝΛΤΙΕCΤΟΥC spondeus *R* dactylus *add. codex Grotii* || 5 proceleumaticus *BR et sic semper* || 6 et elationem breuem *om. R* || utimur *b* || hoc *b* || idem *BR* id est *br* || 10 effingitur B^1R^1 || ad B^1R || dissemus *B* || syneces B^1R || qui ab ipsa B^1R || 16 aptantur B^1R || 21 monocronon *B* monocron *R* || 22 cum *om.* B^1R || 27 monocronos *BR* || dicronon *BR* || 28—29 monstratur — fuerit *om.* R^1 ||

nis geminum tempus accipere, ita tamen ut utroque inse-
quenti tempore par priori esse uideatur. quare anapae-
stus ἀπὸ μείζονοϲ dactylicus a nobis esse dicitur, at uero
anapaestus, qui ἀπ᾽ ἐλάϲϲονοϲ nominatur, ex duabus
⟨breuibus, quae in elatione sint, et ex una, quae in posi-
tione sit, copulatur. simplex uero spondeus erit, qui ex 983
producta tam arsi quam thesi iungitur. maior⟩ uero di-
citur, qui quaternariam non solum elationem sed positio-
nem etiam uidetur admittere.

Per copulam uero duplices accedunt numeri, quo- *332 G*
niam alter ex maiore erit ionicus, alter ex minore. atque
ille qui ex maiore procedit, constabit ex spondeo simplici
et proceleusmatico, quem disemum esse non dubium est.
qui uero ex minore est contrarium facit. atque hi qui-
dem in dactylico genere ponentur rhythmi inconpositi ac
conpositi, qui septem numero omnes erunt. dactylus 984
igitur est dictus quia ordinem syllabarum consimilem di-
gito hominis informat, anapaestus uero quia per ordinem
redeat sursum, pyrrhichius uero id est proceleusmaticus
quia hic adsiduus uel in certamine uel in ludo quodam
puerili, spondeus, quia plerumque ϲπονδαῖϲ inseruit, ioni-
cus sane propter numerorum inaequalem sonum: habet
enim duas longas duasque correptas, quo pedum carmine
multi saepe reprehensi sunt. ac de dactylicis satis.

Nunc iambica memoremus. in quo genere numeri 985
inconpositi erunt quattuor, conpositi per copulam duo, at
uero per periodum sunt duodecim. qui igitur inconpositi
erant isti sunt. iambus ex dimidia elatione et positione
quae gemina est. trochaeus ex duplici positione et elatione

---

1 uroque *R* || 2 priori *b* priore *Br* prior *R* || 3 apo mizonos *BR* || 4 appellasonos *BR* || 5 elationem sunt *D* || 7 subiungitur *b* || 10 *post* duplices *add.* uero *R* || 11 erit — maiore *om. R* || ionico *BD corr. Koppius* || 13 et *Koppius* uel *BR* || disimum *B* || 14 hii *R* || 15 at positi *R deinde* sunt *add. b* || 21 ϲπονδαῖϲ *om. BR add. Grotius* || 24 ac *B* a *R* || de *om.* B^1R || 26 erant B^1R || 28 erent B^1 || ianbus *B* || praepositione B^1R || 30 duplice B^1R || positione et *inducta in B* || *post* elatione *add.* geminaē & positione *b* ||

quae breuis est. orthius uero qui ex tetrasemi elatione id est arsi et octasemi positione constabit, ita ut duodecim tempora hic pes recepisse uideatur atque habet propinquitatem aliquam cum iambico pede; quattuor enim primis temporibus ad iambum consonat, reliquis octo temporibus adiunctis. dehinc trochaeus qui semanticus dicitur, id est qui e contrario octo primis positionibus constet, reliquis in elationem quattuor breuibus artetur.

986 Conpositi sane sunt qui per copulas colliguntur. sunt autem hi. bacchius, qui ex trochaeo deducit auspicium, fine autem iambici terminatur. qui uero bacchius est *ab iambo*, a iambo principia sortitur atque a contrario his quos diximus pedibus aptabitur. per periodum uero
333 G est quod uelut per se certam uiam prouenit. in hoc genere cum sint duodecim numero, quattuor quidem per singulas periodos accipere docetur, unum iambum ac tres trochaeos. ac de isdem quattuor, primum quidem quod iambum habere monstratur, trochaeus a iambo nominatur. qui uero rhythmus secundum iambum recipiet, a bacchio trochaeus uocabitur. qui uero iambum tertium recipit, bacchius a trochaeo poterit nominari. ille uero, qui quartum admittit iambum, appellatur epitritus iambus. eorum uero qui ex uno trochaeo fiunt, iambus a trochaeo appellatur a doctis. secundus iambus a bacchio dicitur

---

1 orcius *BR* || 2 ogtosemi *D* eptasemi *R* optasemi *B* oddosemi *b* || constauit B^1R || 3 praecipisse *R* || 5 consona B^1R || reliquis *p* reliqua *BR* || 8 elatione *B* elationibus *b* || breuitus *R et corr. in* breuibus *B* ał breuius ł breuitas *add. b* || 10 baccius *BR* antibacchius *b* || auspitium *R* || 11 antibacchius *r* || 12 ab iambo *add. Koppius* || sortiretur B^1R || e contrario *b* || 17 hisdem *BR* || 18 a *om.* B^1R || dominatur B^1 || 19 bacchio *b* bocceo *B* baccio *R* || 20 trocheus *b* troceos *B* trocheos *R* || 21 baccius B^1R || troceo B^1R *quod amplius non notabo* || 22 *ante* iambum *add.* etiam *R* et B^1 || 23 fiunt *Westphalius* fit *b* sit *BR: aliquid excidisse ratus sic locum restituit Grotius* eorum uero qui ex uno trochaeo fiunt et iambis tribus, qui primum trochaeum habet, iambus a trochaeo appellatur || *ante* iambus *add.* et B^1R || 24 a doctis *b* haec dotis *BR* || bachio *b* bactio *BR* ||

aut certe bacchius medius poterit nominari. qui uero tertium recipit, bacchius ab iambo nominatur. qui uero quartum recipit trochaeum, ⟨epitritus trochaeus appellatur. octo uero **** et quattuor de his, quos duodecim 987
diximus per periodum, illi esse dicuntur, qui binos trochaeos atque iambos⟩ per periodum seruant. atque ille qui primos trochaeos recipit, duplex bacchius a trochaeo esse dicitur. qui uero secundos iambos habebit, duplex bacchius ab iambo nominatur. cum autem trochaei medii conlocantur, trochaeus medius iure dicetur. cum autem in medio iambi, medius iambus uocatur. omnes uel qui inconpositi per periodon uel qui per copulam colligantur, rhythmi decem et octo numerati sunt.

Sed iambus dictus est ab eo, quod ἰαμβίζειν Graeci 988
detrahere dixerunt et hoc carmine quibusque ueteres detrahebant. item hoc nomen est ab eo, quod uenenum maledicti aut liuoris infundat. trochaeus uero ab eo dictus, quod celerem reuersionem faciat ueluti rota. orthius propter honestatem positionis est nominatus. semanticus sane quia cum sit tardior tempore, significationem ipsam productae et remanentis cessationis effingit. bacchii uero sunt dicti, quod Bacchicis maxime sonis congruunt, isque Bacchi ludus est, qui illis carminibus aptatur.

In eo uero genere, quod paeonicum nominatur, in- 989 *334 G*
conpositi duo rhythmi esse dicuntur. quorum unus paeon

1 bachius *R* || 4 *ad* VIII *add.* s. hii sunt *b* his qui accedunt *add. Westphalius* reliqui uero quattuor *expectabat Koppius* || et *om. BD* || 5 periodum *Westphalius* pyrrithium *b* pyritium *B* pyrricium *R* || 7 qui primos trocaeos recipit *b* primus trocaicus recipit *B* qui primus trocaicus recipit *R* || bacchius a trocheo esse dicitur (dicatur *b*) — habebit duplex *om. R iterauit B*[1] (*ubi scriptum* dicetur) || 9 a diiambo *coni. Grotius* || 10 dicitur *b* || 13 *ante* decim (*ita R*) *add.* et sint *B*[1]*R* || 14 iambizin *BR* || graece *R* || 15 detraere *B* || dicunt *b* || 16 ueneno *B*[1]*R* || 17 infundant *b* || 18 ortius *B* orcius *R* || 19 semanicus *R* || 21 bacchi *b* bacci *B* bachi *R* || 22 baccis *R* bacchis *B* || sonos *BR* sonis *b* || hisque *BR* || 23 Bacchi *p* bacchius *Westphalius* bacchis *BR* bacchius *b* || in *ante* illis *add. r* || ipsis *b* || 24 poeonicum *BR* ||

διάγυιος appellatur ex longa positione et *breui et* longa elatione. ac *paeon* ἐπιβατός *thesi* duplici positione producta et arsi longiore iungitur. hi sunt paeonici generis numeri, quos inconpositos esse praediximus. neque uero per coniunctionem hoc est συζυγίαν neque per periodum in isto genere rhythmus accedet. inde διάγυιος quidem dictus est id est quasi duplicia membra discernat, ἐπιβατός autem quia membris ueluti utens quattuor et duabus diuersitatibus copulatur.

990 Verum haec genera cum permixta fuerint speciebus numerorum, primae species erunt istae, quae dochmiacae nominantur. ex quibus prius quod fuerit, hac lege conponitur ut sit ex iambo et paeone, qui διάγυιος uocatur. hunc διάγυιον posteriores Graeci creticum nominarunt. secunda est species, quae ex iambo dactylico et paeone
991 constare monstratur. qui autem deducti numeri nominantur, propter adsiduum et conpositum sonum appellari uidentur.

Fiunt autem numeri, qui et prosodiaci uocantur. quorum alii per ternos pedes fiunt, pyrrhichio iambo et trochaeo. alii uero quattuor, ut his tribus pedibus iambus primus aptetur. alii uero ex duabus syzygiis id est copulis, bacchio et ionico ἀπὸ μείζονος constare consuerunt.

992 Sunt sane qui etiam irrationabiles esse dicuntur,

---

1 διάγυιος *Westphalius ex Aristide* ΛΥΔΓΙΟC *B* ΛΥΔΙΟC *b* ΔΥΛΓΥΟC *R* || breui et *ex Aristide add. Westphalius* || 2 ac duplici *BRD* alter paeon epibatis id est in thesi ac *p* || 3 hi *B om. R* his *add. r* || poeonici *BR* || 5 sinzygian *b* sinzigian *BR* || per *om.* *B*¹*R* || peridum *B* periodon *b* || 6 diagios *cod. Bamb. 393* (*Iaeck.*) *interpolatus saec. X* ΛΥΔΓΥΟC *B* ΛΥΔΙΟC *b* ΛΥΛΓΥΟC *R* || 7 membra *B* || ЄΠΙΒ (Π *b*) Δ (Λ *R*) ΤΟΥC *BR* || 11 prima *B*¹*R* || 11 docimine *BR* docimiae *b corr. Westphalius* || 12 ac *BR* || 13 poeone *BR* || diagios *cod. Bamb. 393* ΛΥΔΓΟΥC *B* ΛΥΔΙΟC *b* ΔΥΓΟΥC *R* || 14 hunc *om. R* || diagiom *cod. Bamb. 393* ΔΥΔΤΟΥΜ *B* ΔΥΔΙΟΥΜ *b* ΛΥΛΓΟΥ(?) *R* λύκειον *Grotius* Λύκιον *Kühnius* (*de dochmio. Halis 1863 p. 22*) || creticum *b* graeci cum *BR* || 15 poeone *BR* || 20 pyrrithio *b* pyrritio *B* pyrrichio *R* || 21 tracheo *R* || 22 sinzigiis *BR* sinzygiis *b* || 23 apo mizonos *BR* || 24 rationabiles *B*¹*R* ||

quos alogos uocitamus, quos etiam chorios appellare con-
sueuimus. sunt autem numero duo, quorum alter diiambi
figuram respicit, et constat ex elatione quae longa est et
duabus positionibus. et numero quidem est ad dactylicum
similis, partibus uero ad numerum ionicum iungitur et iam- *335 G*
bicum. alius uero est numerus qui trochaeides nominatur
id est qui figuram quandam speciemque ⟨trochaei habere
uidetur, ex elationibus geminis et longa positione consi-
stens per contrarium prioris effectus.

Sunt autem mixti generis quinque id est⟩ dactylicus 993
per iambum, dactylicus in bacchio incidens is qui ueniat
ex trochaeo, dactylicus per bacchium qui ex iambo mana-
uerit, dactylicus per chorium qui ex iambi similitudine
exordium mutuetur, dactylicus per chorium, qui ex simi-
litudine trochaei uideatur expressus. et creticus quidem
consonans ex trochaei positione et initio iambi*******
***positione et indicio numeri conponendi, et om- 994
nium figurarum plena perceptio. diuiditur haec in eas
quas et melopoeia partes, quae sunt istae: ἐπίληψις id est
perceptio, per quam scimus quo quantum numero uten-
dum sit. χρῆσις id est usus, per quem positiones aut ela-
tiones decenter aptamus. μίξις id est permixtio, per
quam quod opportunum fuerit ex arte miscemus. tropi
uero, ut in melopoeia, et in rhythmopoeia tres sunt, quos
systalticos dicimus et in harmonicis eos superius memo-
raui. numerum autem marem esse, melos feminam noue- 995
rimus. et enim melos materies est, quae sine propria

---

1 corios *BR* || 2 numero *inductum in B* || diambi *bR* diambus *B* || 4 numeri B^1R || 6 iambo uicinum *b* iambicinum *BR* || 11 par iambus B^1R || his *B* || ueniet *B* || 12 manaberit B^1R || 13 dactilius per corium(*ita BR*) — ex ordine (exordium *p*) mutuetur (*ita BR*) *inducta in B* || corium *BR* || 16 trocheo *b* troceo *BR* || positione et dicio numeri *B* positione et iambo et indicio numeri *b* positione et inditio numeri *R lacunam indicauit Meibomius* Rhythmopoeia *add. Westphalius* || 17 et *BR* haec est *b* || 19 ЄΠΙΛЄΜCIC *BR* || 21 cresis *BR* || 23 oportunum B^1R || 24 ut *BR* et *b* || quos *om.* B^1R || 25 systalticos *BR* ał sistaticos *add. b* || armonicis *BR* || 27 matees est *R* materies est *r* mat *B* eries est *in ras. add. b* ||

figura censetur, rhythmus autem opere quodam uirilis actus tam formam sonis quam uarios praestat effectus.'

Quae cum Harmonia intentis tam diuis quam heroum
996 populis augusta quadam suauitate percurreret, ad cantus carminumque dulcedines decenter regressa conticuit. tuncque Ioue adsurgente diuisque praeambulis κοίμηϲιν modulata in thalamum quoque uirginis magna cunctorum uoluptate peruenit.'

Habes senilem Martiane fabulam,
997 336 *G* miscilla lusit quam lucernis flamine
Satura, Pelasgos dum docere nititur
artes creagris uix amicas Atticis,
sic in nouena decidit uolumina.
haec quippe loquax docta indoctis adgerans
998 fandis tacenda farcinat, inmiscuit
Musas deosque, disciplinas cyclicas
garrire agresti cruda finxit plasmate.
haec ipsa nauci rupta conscientia
999 turgensque felle ac bile 'multa chlamyde
prodire doctis adprobanda cultibus
possemque comis utque e Martis curia,
Felicis' inquit 'sed Capellae flamine,
indocta rabidum quem uidere saecula
iurgis caninos blateratus pendere,

---

2 affectus *bR* || 3 armonia *BR* armonias *b* || eroum B^1R || 4 angusta *bR* || percurrere *B deinde deletum* et *in B* || 5 continuit B^1R || κοίμηϲιν *Vulcanius* cymesin *BR* chymesin *b* || 7 talamum *B* || 9 marcianae *BR* marciane *b* || 10 miscilla *Scaliger* miscillo *BR* || quem *BR corr. p* || 11 satora *BR* satyra *b* satira *r* || pelasgas *b* || 12 creagris *b* cagris *BR* diacriis *Meursius* theatris *Heinsius in Burm. Ouidio I p. 90* || uix *Br* suis *R* || 14 *pro* loquax *coni.* linguax *Heinsius l. l.* || 17 deoque B^1 || ciclicas *B* ciclidas *R* || 17 agrestis B^1 || crura R^1 || placmate B^1 || 18 hac B^1R || nauci *br* nauque *BR* || *an scribendum* haec ipsa nec corrupta conscientia? || quae *ante* rupta *add. r* || 19 uile *B* uili *bR* || clamitae *B* clamide *b* clamytae *R* clamydae *r* || 22 inquid B^1R || capillae B^1 || famine *coni. Grotius* || 23 rauidum B^1R || 24 iurgis] foris *Heinsius in Burm. Ouidio IIII p. 21* ||

proconsulari uero † dantem culmini,
ipsoque dudum bombitante flosculo
decerptum falce iam canescenti rota,
⟨be-⟩ata alumnum urbs Elissae quem uidet
iugariorum murcidam uiciniam
paruo obsidentem uixque respersum lucro,
nictante cura somnolentum lucibus —
ab hoc creatum Pegaseum gurgitem
decente quando possem haurire poculo?'
testem ergo nostrum quae ueternum prodidit
secute nugis nate ignosce lectitans.

---

1 Proconsolari B^1 || uero dantem *BR* iura dantem *Scaliger* perorantem *ad sensum recte Koppius* desudantem *Böttgerus in Iahnii arch. suppl. uol. XIII p. 612* || 2 bombitante *scripsi* bombinatorem *B* bobinatorem *R* || 3 decertum B^1R || fulquem *BR* falce *b* falcem *r* || canescente rotam B^1 || iam falce decerptum canescenti rota *Böttgerus* decerptam falce iam canescenti rosam *Grotius* || 4 uidit *bR* || 5 iurgariorum *b* || 6 obsidem B^1R || 7 nictante *BR* nictantem *b* || somnulentum B^1R || 8 AB *Br* AD *R* ob *p* || creata pecaseum *R* || 9 posse B^1R || MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE AFRI CARTHAGIN (I *add. b*) ENSIS DE ARMONIA LIBER VIIII EXPLICIT (FELICITER *add. B*) *subscriptum in BR* ||

SCHOLIA IN

CAESARIS GERMANICI ARATEA

P = *codex Puteaneus*
B = *codex Basileensis*
C = *uterque codex*
B^1 P^1 = *lectio codicum correctura anterior*
p b = *secunda codicum manus*
V = *codex Vrbinas*
⟨ ⟩ *uncinis obliquis circumscripsi quos locos Catasterismorum scholiasta interpretatus est*
margini exteriori adiecti sunt numeri paginarum editionis Buhlianae

Ab Ioue principium]

Quaeritur quare ab Ioue coepit et non a Musis ut *36 B* Homerus. conueniens magis hoc aestimauit principium Phaenomenis, ut Iouem inuocaret, quoniam et ipsarum Camenarum est origo Iuppiter. non solus autem ita coepisse uidetur Aratus sed et Crates comicus ab isto incipiens [et] profari carmina. et Sophron in mimo qui 'nuntius' scribitur [a Vesta incipiens] 'omnes inuoco deos, Iouem omnium principem'. et quaeritur cuius Iouis meminerit, utrumne fabulosi an naturalis. et philosophorum quidem plurimi naturalis aiunt eum Iouis meminisse, Crates autem Iouem dictum caelum. inuocatum uero merito aerem et aetherem quod in his sint sidera. et Homerum Iouem dixisse in aliqua parte caelum

ὡc δ' ὅτε ταρφεῖαι νεφέλαι Διὸc ἐκποτέονται

et ipsum Aratum

αὐτὰρ ὁ Ἵπποc
ἐν Διὸc εἰλεῖται

cum dicit Hesiodus Iouem [dictum] aëra et Crates eius- *37 B*

Inscriptum CLAVDII CAESARIS ARATI PHOENOMENA *in P* || 4 uti *B* || qūo et *B* || 5 et *B* || 6 ab isto incipiens profari *scripsi* a uesta a incipiens et profari *C* || 8 nuncius *P* || a Vesta incipiens *del. Meinekius fragm. com. II p. 251* || omnis *B* || deos *om. B* || 13 aere *B* || is *B* || sunt *P* || 15 *T 357* || ΩC ΔΟΤΟΥ ΊΑΡΦΕΙΑΙ ΝΕΦΕΛΑΙ ΛΙΟC ΕΧΠΟΤΟΑΝΤΟΙ *B* ΩC ΔΟΤΟΥ ΙΑΡΦΕΙΑΙ ΝΕΦΕΑΑΙ ΔΙΟC ΕΧΠΟΤΟΑΝΤΟΙ *P* || 17 *u. 223* ΑΥΤΑΡ Ο ΙΠΠΟC ΕΝ ΔΙΟC ΕΙΛΕΙΤΑΙ *B* ΑΥΤΑΡ Ο ΙΠΙΤΟCΕΙ ΕΙΔΕΙΤΑΙ *P* || 19 Hesiodus *Suringar cf. schol. Arati p. 49, 24 ed. Bekk.* Ἡcίοδοc "πάντα ἰδὼν Διὸc ὀφθαλμόc" τὸν ἀέρα οὕτω καλῶν herodotus *B* Erodotus *P* || di-

dem opinionis esse et testem [quem esse] Philemonem comicum dicit

ὃν οὐδὲ εἷc λέληθεν οὐδὲ ἓν ποιῶν
οὔτε κακὸν οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἐcθλόν, οὗτόc εἰμ᾽ ἐγώ
᾽Αήρ, ὃν ἄν τιc ὀνομάcειε καὶ Δία.

hoc autem constat et ipsum Aratum dicere

τὸν οὐδέ ποτ᾽ ἄνδρεc ἐῶμεν
ἄρρητον.

namque quoniam nihil aliud est uox quam percussus aer, uidetur conuenienter dixisse auctoritatemque ueri praestat 'plenas Ioue uias' referens et 'omnis hominum conuentus'. nihil eorum quae in terra sint sine aëre est. ratione etiam 'Iouis omnes usum desideramus'. nam cuncti mortales ostendunt usum suspirio et per quem uiuimus aëre indigent. at quod ait 'dextra monstra' ad auguria pertinet auium. propter quod et Stoici Iouem esse adfirmant qui per materiam manat spiritus [et] similis nostrae animae. Zenodotus Aetolus et Diodorus aiunt nec fabuloso Ioui sufficere huius modi opinionem. esse enim natalem causam Iouem et conuenire omnes uias eo confertas, quas tamquam loco eius describit. dicendo autem

---

ctum *deleui* || 1 esse oppinionis *B* || quem esse (que *B*) *deleui* || Philemonem *Mein. fragm. com. Graec. IIII p. 32 qui uerss. restituit* Philonem *C* || 3 ΟΝ ΟΥΔΕ ΕΙϹ ΛΕΛΙΘΗΝ ΟΥΔΕ ΕΝ ΠΟΙΩΝ ΟΥΤΕ ΚΑΚꙋ ΟΥΤΕ ΓΕ ΕϹΘΛΝ ΟΥΓ ϹΕΙΜΕΙ ΕΙΑΩ ΑΗΡ ΟΝ ΑΝΤΙϹ ΟΝΟΜΑϹΕΙΕ ΚΑΙ ΔΕΙΑ *B* ΟΝΟΥΔΕ ΕΙϹ ΔΕΛΙΕΝ ΝΟΥΛΕ ΕΝΙΤΟΥΩ ΝΟΥΤΟ ΚΑΚꙋ ΟΥΤΕ ΓΕΕϹ ΘꙋΝΟΙϹΕΥ ΜΕΙΕΙΩ ΑΝΡΟΝΑΝΤΙ ϹΟΝΟΜΛϹΕ ΙΕΚΑΙΔΕΙΑ *P* || 7 *u. 1* ΤΟΝ ΟΥΔΕΠΟΤ ΑΝ ΑΝΔΡΕϹ ΕΩΜε̃ ΑΡΡΙΤΟΝ *B* ΤΟΝ ΟΥΛΕΝΟΤ ΑΝΑΡΕΤ ΕΩΜε̃ ΑΡΡΙΤΟΝ *P* || 8 nox qũo mihi nihil (mihi *deletum*) *B* || 10 ueri *scripsi* rei *C* || 12 ratione *Breys.* rationi *C* || 13 Iouis *Breys.* (omnes cuius *B*) cuius *P* || cuncti *uulgo* cunc *sequente uacuo spatio sine ras. P* cuncta *B* || 14 ostendunt *bis scriptum in P* || et per quem *Breys.* sed per quae *P* sed q:· per *B* || 15 at *uulgo* ad *C* || auria *B* || 16 pertinent *C corr. V* || 17 et *deleui* || nostra anima *C corr. V* || 17 Nenodotus *P* || eotolus *C* || 19 iouis *deinde deletum esse in B* || efficere *C corr. V* officere *Breys.* || eius *B* || oppinionem *B* || natalem *Hertzius* talem *C* || 21 tamen *P* ||

‘nos etiam genus eius’ ostendit animae inmortalitatem. bene praeterea quod lenem. nouerat enim uirtuti aliquid aemulum futurum. deum igitur aduersus delicta lenem. sed quoniam omnium in Ioue bonorum causa est, rationabiliter et omnium parens adfirmatur et non solum hominum sed etiam deorum.

Cetera quae toto] *u. 17*

⟨Hanc Hesiodus dicit Lycaonis filiam in Arcadia so- *38 B*
litam cum Diana uenari et in montibus uagari. quae uitiata ab Ioue celauerit Dianam. quam grauidam nudam lauantem cum aspexisset irata dea, efferauit eam. et dum esset ursa Arcada esse enixam.⟩ Amphis comicus poeta
refert Iouem Dianae effigie transfiguratum in uenatione *39 B*
Callistum compressisse. tempore partus pleno cum uexaretur Dianae culpam indicasse. iratam Dianam in ursam transfigurasse. ⟨quae dum in montibus uagaretur, a quibusdam pastoribus conprensam cum puero et perductam ad Lycaonem post tempus in Lycaei Iouis templo confugiens cum eam Arcas filius persequeretur ubi nefas erat intrare, cum ab Arcadibus utrique interfici possent, Iuppiter utrosque caeli astris intulit VRSAMque eam nominauit.⟩ Ouidius a Iunone ob pelicatum *in* ursam transfiguratam eam scribit. ⟨habet stellas in capite VII et in singulis umeris singulas obscuras, [duas] in armo unam, in

---

8 Catast. p. 239, 1—8 *ed. Westerm.* || 16 Catast. p. 239, 8 — 240, 3 || 23 Catast. p. 240, 4—241, 5

---

1 nos *Breysigius* non *C* || 3 deum *scripsi* deo *C* || 4 Ioue *scripsi* totum *C* || causas & *C corr. Heinsius* || 8 hesidiosus *B* || ducit *ante corr. P* || solitam *Heinsius* solitum *C* || 9 ueneri *P* || 11 et ferrauit *B* || 12 Archada *P* || esse enixam *Heinsius* esset enixa *C* || poetam *P* || 13 refert *P* rep *B* || 14 conpressissc *B* || 17 comprensam *Heinsius* compressam *P* conpressam *B* || perducta *P* perducatam *B* || 18 liccaonem *P* || lycei *B* lice *P* || 19 persequetur *B* || nephas *P* || 20 cum *scripsi* eum *P* eam *B* || 22 in *add. V* || appelicatum *B* || transfiguratum *B* || 23 et *pro* eam *B* || 24 humeris *P* || duas *deleui* ||

pectore duas, in pede priore claras duas, in summa cauda claram unam, in uentre claram unam, in crure posteriore duas et in extremo pede duas, in cauda tres: fiunt XXIII. VRSA MINOR a pluribus Phoenice uocatur. ex eadem ratione qua superior astris inlata *uel* beneficio Dianae. *hanc* priusquam *Iuppiter* eam infamasset efferasse. quod cognita miserata inmortalitati donasse, submutasse et aliam posuisse ursam, ut essent duo eius beneficio [duas
40 B ursas fecisse]. Aglaosthenes autem inquid in Naxiacis Cynosuram [dicit] Iouis fuisse nutricem unam ex Idaeis Nymphis, a qua in Cretae oppido Ἱcτοί, quam Nicostratus composuit, portas et circa eum locum Cynosuram appellatam. [haec Cynosura fuit cum Telchines qui dicuntur Curetes Idaei.] Aratus Cynosuram et Helicen Cretensis Iouis nutrices fuisse dicit. ob quod sunt caelesti donatae honore. habet stellas⟩ in ipso latere IIII ⟨in quattuor angulis claras et in cauda claras tres: fiunt VII. sub eis maximum apparet sidus quod uocatur polus a quibusdam. circum quod putatur totus orbis uerti.⟩ praedicti autem duo reliqui uocantur † chore ut e decem et VII.

41 B ⟨Hic est amplissimus inter utrisque septemtrionibus positus medius. qui putatur hortorum Hesperidum custos fuisse et ab Hercule interfectus a Iunone astris inlatus

21 Catast. p. 241, 6—16

1 in pectore unam *C quod correxi ex* ἐπὶ τοῦ cτήθουc β′ *Catast.* || 2 cruce *ante corr. pr. m. P* || 4 phenice *B* || 5 *et* 6 uel *et* hanc *et* Iuppiter *addidi* || 5 dianam *B* || 6 priusquod *B* || 7 inmortalitati miserata *B* || submutuasse *ante corr. B* || 8 duas ursas fecisse *deleui* || 9 Agaphenis *Heinsius* Ἀγλαοcθένηc *Catast.* agluostenens *P* aglaostenens *B* || inquid autem *B* || 10 dicit *del. Heinsius* || 11 nimphis *B* || crete *C deest in Catast.* || Ἱcτοῖc *Catast.* iste *P* istoe *Bp* || 12 portus *B* || 13 haec — Idaei *desunt in Catast.* || cynosora *B*[1] || 14 idaei *pB* daei *P* || Cynosura *P* || heliten *B*[1] || 15 nutricis *B* || quod *Heinsius* quos *C* || honore donate *B* || 17 maximum *corr. in* maximis *B* || 18 sydus *C* || s. app. *B* || 19 quod *Breys.* quo *C* || 20 uocantur *P* putantur *corr. in* uocantur *B* || ohore *P* chore *B* || 21 *cf. p. 393, 18* || 22 medius positus *B* || ortorum *B* ||

quoniam eum horti sui custodem posuerat. dicitur enim cum Iuno Ioui nuberet auctore Pherecyde deos omnes ei munera attulisse. Terram mala aurea cum ramulis suis attulisse muneri. quae in hortis suis *Iuno* inseri iusserit. cum a filiis Atlantis saepe uexarentur, custodem horti DRACONEM adposuisse, quem Hercules occiderit.⟩ hunc alii Iouem memoriae uirtutis Herculis astris instituisse dicunt, *alii a* Minerua *gigantibus* obiectum, quem illa contortum caelo inmiserit et in septentriones locasse. ⟨habet stellas in capite claras V, in corpore toto usque ad caudam complures. quae fiunt XV.⟩

Haud procul efficiens] *u. 65*

⟨Hic est Hercules super anguem incumbens claua *42 B* reiecta, pelle leonis opertus. dicitur cum ad mala aurea profectus esset⟩ ut refert Panyasis Heraclea ⟨serpens hortorum custos⟩ magnitudinis inmensae insomnisque fuisse. ⟨cui cum Hercules obstiterat uictorque maximo periculo [Herculis] *** ab Ioue, hunc laborem memoriae dignum honorauit et utrosque sideribus intulit ita ut in certamine fuere eorum habitus: serpentis caput iam defectum Herculem super genu prementem, altero pede caput calcantem dextra manu clauam *** sinistra leonis pelle

---

13 Catast. p. 241. 22 — 242, 15

---

1 quem eum *B* || dicitur *scripsi* dicit *C* || 2 omnis *B* || 3 attulisset *B* || suis *om. P* || 4 munera *P* || ortis *B* || Iuno *om. C* dum a Iunone ad custodienda aurea mala esset constitutus *V* || 5 athlantis *B* || uexaretur *C corr. in apographo Heinsiano* || 6 posuisse *B* || cum *pro* quem *B* || hanc *C corr. in apogr. Heins.* || 7 dicunt Mineruae obiectum *C: sententiam expleuit ex Hyg. poet. astron. II 3 p. 362 Munck. Breys.* || 8 comtortum *B* || 9 immiserit *B* || conlocasse *B*[1] || septentrionem *B*[1] || 10 λαμπροὺς γ' *Catast.* || 13 incombens *P* || 15 Panuassis *C fragm. X ed. Tzschirneri (p. 47)* || 16 custus inm. magn. *B* || his omnisque *P* || 17 cui *scripsi* qui *C* || Herculis *post corr. P* herculi *B* || obstiteret *B* || 18 Herculis *deleto uerbum excidisse significaui* || *post* Ioue *add.* maximum *B*[1] || 19 utrisque *B*[1] || syderibus *P* || 21 altero pede *Breys.* ἑτέρῳ ποδί *Catast.* altero *P* altero de *B* || 22 claue *C quod correxi* || dextra *post* claue *add. B quod uerum expulisse uidetur* || pelle *om. P* ||

obuoluta. habet stellam in capite unam, in brachio unam, in umeris singulis claras, in sinistro cubito unam, in ipsa manu unam, in ilia utraque *una:* clarior in sinistra parte, dextro femore *II,* ἐπὶ γόνατος *unam,* in crure duas, in pede unam, supra dextram manum unam, quae appellatur CLAVA, in leonina pelle quattuor. summa decem et nouem.⟩

Clara Ariadneae] *u. 69*

⟨Haec CORONA dicitur esse ARIADNES, quam Libe-
43 B rum astris intulisse ut eius nuptias dei in insula Dia celebrarent cogitans praeclaram facere, qua primum noua nupta coronata est. quam acceperat ab Horis et Venere.⟩ sed qui Cretica conscripsit, refert cum Liber ad Minoem uenisset, ut eam uxorem duceret, coronam donum Ariadnae dedisse ⟨Vulcani opere confectam ex auro et gemmis. [ab eodem deo] dicitur Thesea ex labyrintho liberasse: tali fulgore fuit. quae post astris adfixa⟩ cum in Naxo *** ut eis qui uidissent signum amoris esset. et ⟨crinem esse qui fulget sub cauda leonis. habet stellas corona nouem in orbe positas, quarum III clarae, quae contra caput leonis sunt ei, qui est in septentriones.⟩

Hic OPHIVCHVS erit] *u. 71*

⟨Hic est qui supra Scorpionem stat tenens duabus

---

7 Catast. p. 242, 16—26 || 22 Catast. p. 242, 27—243, 13

---

2 humeris *P* || cubito *om. P* || 3 illa *B* || una *addidi* || 4 femori *B* femere *P* || II *add. Kiesslingius* || ЄΠΙΤΟΝΑΤΟϹ unam *ex Catast. addidi* || cruris una *B* || 6 X^V^IIII *Kiesslingius* uiginti quattuor (*h. e.* XXIIII) *C* || 8 arianes *B* || 9 ut *P* at *corr. in* ad *B* || dii *P* || 10 praeclaram (*h. e. celebrem*) *scripsi* praeclarum *C* || nupta *om. P* || 11 acciperat *B* || oris *C* || 12 praefert *B* || libera *P* || minonem *C* || 14 uulgani *B* || factam *B* || 15 ab — deo *deleui quamquam scholiasta Catast. uerba* διὰ τούτου *fortasse male intellexit* || labyrinteo *P* || 16 tali *scripsi* tale *C* || noxo *B* || nuptias celebrassent *uel simile aliquid excidisse significaui* || 17 is qui uidissent *scripsi* utrique uenissent *C* || esset et *scripsi* ēē et *corr. a sec. m. in* eius *P* eius et *B* || crinem *scripsi ex Catast.* crimen *C* || 19 positus *P* || capud *B* || 20 eius *B* || septentrione *P* ||

manibus anguem qui esse dicitur. Aesclapius rogatu Apollinis patris ab Ioue astris inlatus, qui ab eo fulmine erat interfectus, quod esset indignatus Iuppiter eum arte sua rursus post obitum defunctis animas restituere ad uitam. cuius stella clarior est. habet stellas ipse XVII et ANGUIS quem tenet stellas XXIII. habet stellas in capite claram unam, in singulis umeris claras, in singulis pedibus claras, in sinistra manu III, in dextera IIII, [ex his duas in dextera manu] in singulis cubitis singulas, in singulis genibus singulas, in dextro crure clariorem. summa XVII. *44 B* serpentis in oreficio duas, in capite spissas IIII, usque ad manum Asclepii aliae duae et ad manum eius clarior, cum corpore Asclepii VIII, flexura IIII, et secunda flexura ad tertiam usque ad caudam sex: omnes serpentis fiunt XXVIII.⟩

⟨Hic ob magnitudinem in duo domicilia partitur. et *45 B* enim alio tendunt brachia eius, alio corpus et cauda intenduntur atque aculeus. hunc ferunt ex terra ortum submissumque, qui Oriona interficeret ob eius loquacitatem, quod ex uenatione nullam se feram relinquere diceret. isque Oriona percussit et occidit. ob quod a Ioue astris inlatus est, ut eius naturam futuri homines intellegerent.⟩ Nigidius ita dicit: SCORPIONEM ad perniciem Orionis in insu-

---

16 Catast. p. 243, 14 — 244, 2

---

1 Asclapius *P* || 2 inlatum *C quod correxi* || 5 clarior est *P* clariorem *B* || 6 *immo* XXVII || 7 humeris *P* || singulas *B* || 8 ἐπὶ τῆς δεξιᾶς χειρὸς γ΄, ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς δ΄ *Catast.* || ex — manu *deleui* || is *B* || 9 in — 10 singulas *om. P* || 9 cub. sing. *B* || 10 clariorem *B* clariore *P* || XVI *C* || 12 est *pro* eius *B* || 13 corpere *P* || VIIII B^1 || 14 sex *Heinsius* ex *C* || 15 *immo* XXVII || 16 dominicilia B^1 || 17 alio tendunt *scripsi ut iam fere V* alii (aliud *B*) attendunt *C* || eius *B* ei *P* || alio *scripsi* alii *C* || cauda intenduntur *scripsi* caudam intelleguntur (intelliguntur *P*) *C* || 18 et aculeus *V* ob aculeum *B* ac baculeum *P* || mortum summissumque *B* || 19 ob eius *V* ab eius *B* ab ei *P* || loquacitate *C corr. V* || 20 hisque *P* || 21 percussussit *B* || 22 ut *om. B* ||

lam Chio *in* monte Pelinaeo ortum uoluntate atque ope Dianae. nam quodam tempore memorat is Iouem cum ceteris inmortalibus apud Nisaeum regem Bisthoniorum hospitio dapsili copiosoque adfectos [praediti] hilaritate constitisse in uno loco et in corio tauri, qui tum deis inmolatus *sit* eorum gratia, minxisse. eoque loco [in] corium terra obrutum. ex quo natus sit Orion. quo ex facto adulescens digna deorum forma atque egregia uirtute incitatus inmortalia [memoria] *operabat* optemperabat*que* quibus ortus dicebatur. nam cum in monte Pelinaeo uenaretur, inridens Dianam contemnebat eius opera, quae in monte constituebat, obterens. itaque Dianam misisse scorpionem qui Orionem uita priuaret, et postea inpetrasse ut scorpios XII signorum memoria constitueretur. Iuppiter [memoria] porro Oriona uita priuatum sideribus constituit. ⟨Scorpio habet stellas XVIIII: in singulo cornu binas, primas maiores, insequentes claras et obscuram unam, in fronte III quarum una clarior in media, in dorsum III clarae, in uentre duae, in cauda V, in aculeo IIII, summa X et nouem. ex his priores, quae sunt in cornibus eius IIII duae clarae duae obscurae, Librae adsignantur quae CHELAE dicuntur. stella autem una, quae est in ore canis, Sirius dicitur.⟩

---

1 in monte Pelinaeo *Rutgersius* monte chelippio *P* monte chaelippio *B* || 2 caeteris *P* || 3 inmortalibus *Heinsius* mortalibus *C* || 4 hospicio *P* || adfectos *scripsi* adfectu *C* || predita *P* praedito *B* *quod deleui* || 5 deis *Breys.* eis *C* || immolatus *B* || 6 sit *add. Breys.* || gratiam *C* || minxisse *Heins.* exisse *C* || loco corium *Breys.* lotium (locium *P*) in corio *C* || 7 obruptum *P* || adolescens *C* || 8 egregia *om. P* || 9 inmortalia *scripsi* inmortali *C* || memoria *deleta* operabat *et* que *addidi* || 10 celcinio *C* || 11 condemnebat *B* || 12 obterens *corr. ex* obteres *a pr. m. P* obterens condemnebat *B* || mississe *B* || 15 memoria *deleui* || orion nauita *B* orion uita *P* || syderibus *P* || 16 scorpios *B* || decem et u *B* || 17 insequentis *P* || claras et obscuram *scripsi* (*aliter tamen Cat.*) clara et nos *C* || 18 ia media *B* || 19 ἐπὶ τοῦ κέντρου δ′ *Cat.* in aculeo II *C* || 20 et *om. B* || iis *B* || 21 libra *P* || 22 chelea *P* chaelaea *B* || 23 syrius *P* ||

Inde Helicen] *u. 89*

⟨Hunc dicunt Arcadem esse Iouis ex Callisto filium. quem Lycaon, cum Iouem hospitio recepisset, infantem membratim lacerauit cum exitio, Iouique in epulis posuit, cumque Iouis domum Lycaonis fulmine incendisset Lycaonemque in lupum uertisset, Arcadem autem conpactis membris ad uitam reduxisset, pastori cuidam dedit nutricandum.⟩ qui cum adulta aetate uenisset, matri inscius uim ferre uoluit, quos utrosque incolae Lycaei montis *46 B*
cum occidere uellent, Iuppiter utrosque ereptos astris intulit, qui ut res gesta est ita manent: illa ursae natura, ille inpetum faciens, quem BOOTEN Homerus uocat. ARCTVRVS est stella media. ⟨habet stellas in dextera manu IIII, quae non occidunt, in capite unam claram, ex singulis umeris singulas, in mamillis singulis *singulas*: lucidior est in dextra. sub mammam una obscura, dextro cubito una clara, inter genua utraque una clara et magna quae est Arcturus, in singulis pedibus singulas: fiunt numero XIIII.⟩

Virginis inde subest] *u. 95*

⟨Hanc Hesiodus Iouis et Themidis filiam esse *dicit* nomine Iustitiam, quae cum mortalibus in terris moraba- *47 B*
tur⟩ uirorum aspectu se abstinere solitam cum feminis consuetam ludere ⟨nondum inter homines nequitiam⟩ neque nauigationem fuisse sed omnia terram oratam *edi-*

---

1 Catast. p. 244, 3—20 || 22 Catast. p. 244, 16—245, 8

---

2 archadem *B* || ex *scripsi* et *C* || 3 tum *P* || ospicio *corr. alt. m. in* hospicio *P* || 5 cumque *scripsi* quamque *C* || licaonis *semper P* || fulminis *P* || incendisse *B* || licaonemque *P* || 6 archadem *P* || 8 mari *C* || 10 uellet *B* || 12 ille *scripsi* illorum *C* || impetum *B* || botem *P* || 13 dextra *P* || 15 humeris *P* || singulas *B* || singulas *ex Catast. addidi* || 16 lucideor *B* || 21 dicit *add. V* || 24 consuetam *Heinsius* consultam *C* || 25 terram oratam edidisse quibus uitam alerent *scripsi sententiam exempli causa explens* terra morata uitam alere *C* terra moratos uitam agere consueuisse *Breysigius* ||

disse quibus uitam alerent aequitatemque eis praestitisse eo saeculo, quod aureum dicebatur. ⟨sed postquam minus aequi essent homines, minime cum eis conuersatam. postquam uero hominum mores in deterius uersi sunt, in toto se e terris abstulit et in ea parte caeli habitauit qua et nunc moratur. alii dicunt eam esse Cererem quod spicas teneat. alii Atargatin. alii Fortunam. ob quam rem sine capite astris refertur.⟩ Nigidius de VIRGINE ita re-
48 B fert: uirginem Iustitiam dici siue aequitatem. quae ab hominibus recesserit et ad inmortales merito peruenerit. cum inter mortales conueniret, omnibus locis conciliabulisque solitam consistere et praecipere hominibus, ne temere ab aequitate atque iustitia discederent. quam diu mortales monitis obedissent, tam diu *in* uita sine cura ac sollicitudine futuros. sed cum neglegentius aequitatem obseruarent *in* insidiasque declinassent, cupiditate et auaritia alter alterum deciperent, ab hominibus discessisse. digna caelesti numero inmortale praemium pietatis possedit. sunt qui aliter memorent. Erigonen Atheniensem Icari filiam fuisse. quod cum Liber inuentum suum uinum suauitate inter mortales inlustraret, ueritum ne cum ciuibus suis obtulisset saporis nobilitatem, ebrietatis iucunditatem arbitrarentur maleficium, persuasit Icario amicissimo sibi, ut is inferre in ciuitatem suam uellet [hoc est uinum]. quod et libens amico Icarius tulit et distribuit in Attice. hi capti nobilitate uini languore subito uacillantes, ueriti ne non augendae uoluptatis sed minuendae ualetudinis [id est] sensum sibi sublatum ***** commoti uino praecordia-

1 aequitatem eius *P* aequitatemque eos *Breys.* || 2 minutae qui *B* || 4 sunt *om. B* || 5 a&eris *P* || 6 nunc moratur *P* numeratur *B* || 7 ob *P* ab *B* || 9 dedici *B* || 10 inmortalis *P* || 13 timere *P* || 14 iam *B* || in uita *Heins.* uitam *C* || 15 neglegentes *ante corr. P* || 16 in *add. Heins.* || 19 memorant *P* || origonem *P* || micari *B* || 21 mortalitates *P* || 22 ebrietatis iucunditatem *scripsi* aebrietatem iocunditatis *C* || 24 inferre in ciuitatem suam uellet *scripsi* inferret in ciuitatem quam uellet *C* || hoc est uinum *deleui* || 25 amico *scripsi* animo *C* || 26 capite *P* || langore *P* || 27 id est *deleui* || 28 sentirent *uel tale aliquid excidisse significaui* || prae-

que transpulsi Icarium interfecerunt. quod pro iucundissimo praemio est adeptus. contra corpus patris Erigone cum miserando ululatu [mortem] requirens canis tenens ueste eam accersitam ad patris corpus perduxit. quae eius corpus sepelit, ipsaque se in Hymetto monte contulit ibique sibi laqueo mortem adsciuit. tum dicitur Liber ab Ioue petisse propter quod Icarius pater Erigones fuisset, siderum signis nobilitaretur, ad eaque uirgines Athenienses quotannis diem festum instituerunt αἰώρας — quos oscilla Latine dicimus — ideo quia illam pendentem [qui] iactari conspexerunt, quod est apud Graecos φέρεσθαι. ex quo factum est ut soli oscillo iactarentur homines. Icarius autem pater uirginis nominatur stella ARCTVRVS, quae cum exoritur spurcissimas tempestates mari terraeque efficit. quod meminit sibi pro beneficio exitium fuisse a mortalibus. canis autem Icarii qui ululans ante pedes pendentis uirginis mortuus est, astrum ΚΥΩΝ nominatur, quod nos CANIS stellam nominamus. qui ob eandem causam, quando exoritur, summam pestilentiam mortalibus portat. ⟨VIRGO figuratur stellis XVIIII. in capite obscuram nimis I, in singulis umeris singulas, in sinistra ala *49 B* obscuram, in dextra ab umero et ab ala extrema una: uocatur προτρυγητήρ. in singulis cubitis singulas, in sin-

---

cordia *P* || 1 icarium *pB* icarum *P* || interficerunt *B* || iocundissimo *P* || 2 corpus *scripsi* morem *C* || 3 commiserando *P* || mortem (mortem mortem *B*) *deleui* || cani P^1 || 4 tenens ueste *scripsi* leni uestigio *C* || accersitam *scripsi* accensam *C* || patris *scripsi* matris *C* || 5 hymeto BP^1 || mente P^1 || 6 tibique B^1 || 7 erigonis *B* origonis *P* || 8 syderum *P* || nobili daretur *C* || eaque *scripsi* ea quae *C* || 9 αἰώρας quas oscilla Latine *scripsi* (αἰώρας *iam Schaubachius coni.*) aras quos nos latine *C* || 10 illam *scripsi* illa *C* || pendente *P* || 11 qui *deleui* || iacturi *P* || φέρεσθαι *scripsi* ΦΕΡΕϹΘΜ *B* ΦΕΡΕϹΕΔΙ *P* || 13 carius B^1 || nominatus *B* || 14 terreque *B* || 15 exsitium *C* || 16 moralibus P^1 || Icarii *scripsi* carii *B* Icarius *P* || 17 cyon *B* cion *P* || nominatus *B* || 18 can B^1 || 19 qui *pro* quando *B* || 21 humeris *P* || 22 humero *P* || ad *B* || ala extrema *scripsi* τοῦ ἄκρου τῆς πτέρυγος *Catast.* altera *C* || una *scripsi* inna *C* || 23 protrygeter *B* protrigetur *P correxi ex Catast.* ||

gulis manibus [in] ultimis singulae, (in sinistra clarior quae uocatur Spica), in tunica stellae obscurae VI, in singulis pedibus singulae. summa XVIIII.⟩

Qua media est] *u. 146*

50 B Hi dicuntur Castor et Pollux ⟨fratres maxima concordia iuncti.⟩ ex quibus cum unus excidisset in pugna, quam aduersus Athenienses gerebant, partem alternam inmortalitatis accepit. ⟨quos Iuppiter caelo intulit sideribusque Geminos nominauit,⟩ qui salutares sunt appellati. alii uolunt Zethum et Amphionem esse. ideo alter citharam habet. ⟨quorum prior habet stellas VIIII. alter eorum TRIPVS appellatur. GEMINI figurantur *stellis* XVIIII. qui iuxta CANCRVM est *habet stellas* in capite unam claram, in singulis humeris singulas claras, *in* dextro cubito I, *in eadem manu unam*, in singulis genibus singulas, in pedibus singulis *singulas*: fiunt priores VIIII. alter in capite I, *51 B* in mammis singulas, sinistro cubito II, in manu ultima I, sinistro genu I, in pedibus singulas, sinistro pede distans ultimo I, quae uocatur πρόπους: fiunt X.⟩ duodecim autem signa haec sunt. sed in medio circulo aequinoctiali tropici hiemalis, quae notia appellatur, sita sunt *sidera quae* Nigidius deos Samothracas * * * * quorum argumentum nefas

5 Catast. p. 245, 10 || 8 Catast. p. 245, 13 || 11 Catast. p. 245, 14—21

1 in *deleui* || singulae *scripsi* primis *C* || quae *scripsi* quod *C* || 2 tanica *P* || 3 *immo* XVII || 5 haec *a pr. m. corr. in* hic *P* || dicitur castur castor *B*[1] || 6 excidisse *B* || 7 atanienses *P* || gerebat *P* || alternam *scripsi* alteram *C* || inmortatis accipit *B* || 8 Iupiter *B* || syderibusque *P* || 10 zephum *C* || chitaram *P* cytharam *B* || 11 eorum *scripsi* cum *C* || 12 gemini figurantur stellis XVIIII *Breys.* gemini figura is *C* || 13 uxta *ante corr. primae m. P* || habet stellas *add. ex V Breys.* || una clara *B* || 14 singulos umeros *B* || in *add. Breys. ex V* || in — unam *ex V add. Breys.* || 15 singula *pro* singulas *B* || 16 singulas *ex V add. Breys.* || 18 genum *P* || 19 quae uocatur nponoyc *B* quae uocâtur ΠΡΟΠΟΙC *P* || duodecem *P* || autem *om. P* || 21 sidera quae *addidi* || Nigidius *V* nidius *C* || 22 samotrhacas *B* || *lacunam indicaui* ||

sit enumerare praeter eos, qui mysteriis praesunt. item dicit Castorem et Pollucem Tyndaridas Geminorum honore decoratos, quod hi principes dicantur mare tutum *a* praedonibus maleficiisque pacatum reddidisse. et quo in tempore nauigauerint cum Iasone atque Hercule ad pellem inauratam auferendam multis laboribus tempestatibusque conflictati, periculorum atque nimborum experti inpendio potius quam libentius nauigantes, laboribus liberare studuerunt [auxilium ferre precantibus studuerunt.] itaque cum ab Ioue sunt elati, petiuerunt a patre sibi liceret in eo caelo constitui, unde mortalibus auxiliantes prospicere possent. quas ob res uenia data inmortali memoria locoque constituit *ut* plerisque mortalibus auxiliandi gratia conspectum exhibeant. sunt qui dicunt Herculem Theseumque esse Geminos. eorum memoriam hunc locum possidere ideo, quod duo maxime dicuntur artissimi sodalitate parique industria atque egregia uirtute decorati sapientiaque ceteris mortalibus praestantes. namque Hercules duodecim athlis perfectis, quae ab Eurystheo sunt ei imperata, propter Iunonis Iouisque certationem, immortali memoria contentionis aeternatus, purgandae *** causa

---

1 mysteriis *Cauchius* ministeriis *C* || praesent *corr. a pr. m. P* || iter *P* || 2 tindaridas *P* || 3 hii *C* || tutum a *Heins.* totum *C* || 4 malificiisque *B* || reddisse *B* || 7 nimborum *scripsi* animorum *C quod pro* ἀνέμων *dictum putat Breys.* || 9 '*rhetoricam amplificationem' agnouit Schaubachius* (instituerunt *B*) || 12 uenia data *Breysigius* ueni ad *B* uenit ad *P* || immortali *B* || 13 ut *addidi* || auxiliandi *scripsi* auxiliantis *P* auxiliantes *B* || conspectum *scripsi* conspectu *C* || 14 exhibeant *scripsi* praebent *P* liberantur *B* || † Thesbiumque esse Geminos. eorum memoriam hunc locum possidere ideo *conieceram* Theseumque *(quod iam Merkelius coniecerat)* esse qui Geminorum memoriam publicam possident *Breys.* thesbium (tesbium *P*) qui esse genitorum (genitorom *B*[1]) memoria populum possidere id (hi *B*) *C* || 17 decorati sapientiaque *scripsi* decoratis a pia quae (que *B*) *C* || 18 mortalibus praestantes *scripsi* inmortalibus restantibus *P* immortalibus restantes *B* || 19 atlis *C* || euristeo *P* eurysteo *B* || ei *om. P* || 20 immortali *scripsi* mortali *C* || 21 aeternatus *scripsi* animantibus *C* || purgandae *scripsi et* terrae *excidisse indicaui* putandae *B* eputandae *P* imputandae *marg. apogr. Heinsiani* ||

atque ceteris hominibus auxiliandi gratia egregios memorandosque labores perpessus eximia nobilitate praeter ceteros est peruulgatus. eorumque alter est Iouis, alter Neptuni filius. quorum non abest propinquitas.

⟨CANCER astris positus esse dicitur beneficio Iunonis, quod cum Hercules cum Hydra ad fontem Laernium depugnaret, hic cancer Herculis pedem morsu deprehendit, ut Panyasis auctor dicit. quem iratus Hercules calcatum contribulauit beneficioque Iunonis magnis honoribus decoratus XII signorum numero adnumeratur. sunt in hoc signo⟩ in eius textu ⟨aliae stellae, quas ASINOS appellant⟩. Graeci enim ὄνουϲ dicunt. ⟨quos Liber astris intulit.⟩ quod cum ab Iunone insania obiecta fugeret ad occasus, *ut in* Dodonaei Iouis templo responsa peteret, ut Philiscus refert, magnus imber cum grandine ortus est, cumque transiturus erat inundata, detinuerunt iter eius asini ex contrario transeuntes per aquas. ex his uno insidens et ipse transuectus esse sine periculo insaniaque liberatus dicitur. uno itaque ex his fecisse ut uoce humana loqueretur [alterum] cetera uita. qui cum sensum accepisset [cum] paucum tempus, cum Priapo de membro naturali contendere coepit. Priapus conprehensum asinum occidere uoluit. quem Iouis beneficio surreptum et pro eo alterum subpositum occisumque. ambosque inmortali honore donatos astris intulit. ⟨est autem eis adpositum et praesepium. est et altera origo, quae infertur

5 Catast. p. 245, 22 — 246, 6 || 25 Catast. 246, 6 — 20

1 atque *scripsi* partem *C* || auxiliandi *scripsi* auxiliandae *C* || 2 perpessos *B* || 3 Iouis *om. P* || 6 ydra *C* || 8 paniasis *fr. 4 ed. Tzschirneri (p. 44)* || 9 magis *B* || 11 texto *B* || 12 ονοιϲ *P* || 14 ut *addidi* in *add. V* || dodonai *B* dedonaeius *P* dedonaei *p* || 15 filiscus *C* || magnus imber *scripsi* magnis imbribus *C* || 16 cumque *scripsi* eaque *P* eaquae *B* || innudata *C* *quod correxi* || detinuerunt iter *scripsi* detinerent inter *C* || 17 aseni *B* || transientes *B* || is *B* || 18 esse *scripsi* est *C* || 19 is *B* || 20 alterum *deleui* || cetera uita *scripsi* laboreauit *C* || 21 accepisse *B* || cum *deleui* || 22 conpressum *B* || 23 surreptum *scripsi* suo tractum *C* || 24 suppositum *P* || 25 eis *P* eius *B* ||

aliis. cum aduersus gigantas di bellum gererent, Liber et Vulcanus et Satyri asinis sedentes profecti ad pugnam. quod genus inuisum gigantibus. magnam uocem cum audirent, territi gigantes hac uoce fugierunt. ob quod sunt astris inlati et in signo notabilis Cancri positi. cuius cursus ad occasum tendit. Cancer habet stellas in pectore II claras, hi sunt Asini, — PRAESEPIVM autem ut nubes iuxta paret — dextris pedibus singulas. fiunt IIII. obscurae in sinistris priores II, clarae in altero II, in tertio I, in extremo minore I, in dextro cornu III, similes non magnae in sinistro II: fiunt XVII. ex quibus super textum Cancri sunt II clarae quae ὄνοι appellantur. quod autem nubium circa eum uidetur Praesepium dicitur. Asini autem stellas habent IIII, duas claras duas obscuras. reliquae fiunt XII.〉 *52 B*

Quam media est] *u. 146*

〈Hic notabilis et maximus inter signis est Iouis beneficio, quod uirtute praeter ceteras bestias praecellat. aliis placet quod primus Herculis labor esset, memoriae honorificae traditum, ut Pisandrus Rhodius.〉 Nigidius refert hunc leonem nutritum apud Lunam iussu Iunonis ad Herculis exitium dimissumque caelo a Iunone in terram Arcadiam in regionem Nemeae. in qua speluncam esse, ubi hic leo uictus memoratur quae † Mihidymon nomine fuerit. Hercules iussu Eurysthei interfecit cum Molorcho hospite suo, cuius clauam, quam uiribus tributam *tum* principio

18 Catast. p. 246, 21 — 247, 10

1 gigantes P^1 || 4 a *pro* hac *B* || 12 aenoi *P* || 17 signis *C cf. p. 382, 21* || 18 praecellat *V* cellei *C* || 19 hercule *P* hercules *B* || labor esset *scripsi* labores sed *C* || 20 Pisandrus *Hyginus* Periandrus *C* Πίνδαρος *codd. Cat.* || hodius *C corr. V* || nigidius *B* nigius *P* || 22 archadiam *C* || 24 quae *scripsi* quia *Pb* qua *B* || Didymos *Munckerus* || 25 Hercule *C corr. V* || euristhei *B* || molorcho *Strozzianus* molocho *C* || 26 tum *add. Bücheler mus. Rhen. nou. XIII p. 183 ex Ampelio* ||

est adeptus, eaque leonem interfecit. itaque postea claua pro gladio, pelle pro scuto in reliquo tempore uti instituit et apud omnes mortales gratus ob uirtutem haberi coeptus est. Iunoni porro magis in odio peruenerat. qua propter leonem caelesti memoria donari uoluntate Iunonis arbitrantur. plerique Nemeae gymnicos ludos ab hoc arbitrantur leone institutos. hic totus figuratur. ⟨LEO habet stellas in capite III, in collo duas, in pectore I, in spina III, in cauda media I. in ultima cauda clara I, sub pectore II,
53 B prioribus pedibus clara I, sub uentre clara I, in medio uentre claram I, ἐπὶ τοῦ ἰϲχίου I, in posteriore genu I, ἐπὶ ποδὸϲ ἄκρου claram I, summa XVIIII. uidentur aliae iuxta caudam eius stellae obscurae VII. quae uocantur crines Berenices Εὐεργέτιδόϲ.⟩ dicuntur et earum uirginum quae Lesbo perierunt.

Est etiam aurigae] *u. 156*

⟨Hic ERICHTHONIVS dicitur, qui primus equos IIII iunxit. quem⟩ Hesiodus ⟨miratum similitudinem solis quadrigis uexisse et quod primus Panathenaea constituisset astris receptum memoriae tradit habitu agitatoris. de huius initio deinde *Euripides* refert Vulcanum Mineruam dilexisse, et quae secuntur dum Erichthonius nasceretur. in hoc signo et capra est, quae Iouem nutriuit itemque haedi eius filii. ut Musaeus refert dat Rhea Iouem infan-

17 Catast. p. 247, 11 — 248, 29

2 ut *B* || 4 quampropter *C corr. V* || 5 caelestia *P*¹ || dignari *B* || 6 cymnicos *B* cynnicos *P* || 7 institutus *B* || 8 ἐπὶ τοῦ ϲτήθουϲ β′ *Catast.* || 11 ἐπὶ τοῦ ἰϲχίου *Catast.* inschium *C* || 12 ἐπὶ ποδὸϲ ἄκρου *Catast.* in propodā *C* || 14 Εὐεργέτιδοϲ *Catast.* ΕΫΕΡSΕΝΑΟϹ *P* eyeptenaoC *B* || 15 iesbo *C* || 17 erictonius *B* ericthonius *P* || 18 funxit *B* || Hesiodus miratum *scripsi* Iouis miratus *C* || quadrii *B*¹ || 19 uexisse *scripsi* fecisse *C (om. B*¹) || primus *scripsi* πρῶτον *Catast.* prius *C* || pannathenaea *P* pannathenea *B* || 20 habitu *scripsi* habitum *C* || 21 initio *scripsi* initia *C* || Euripides *add. Breysigius* || 22 ericthonius *C* || 24 fili *B* || museus *B* || dat Rhea *scripsi ex Catast.* datur *P* datur *supra scripto eodem* datur *B* ||

tem nutriendum Themidi et Amaltheae Themis [amalthea] *54 B* eum tradidit. haec fuit domina caprae. quae ex ea Iouem nutriuit. esse autem hanc capellam Solis filiam, cuius aspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Titanes eam timerent rogarentque matrem Terram ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amaltheae tradidit custodiendam. ibique Iouem infantem cum Curetibus Amaltheam educasse. qui cum esset iuuenis et contra Titanas inermis uellet pugnare, eius pellem dicitur arreptam, pro scuto usum ea, quod semper Titanas agitator timori fuerit et quo diceba- tur media parte Gorgoneum capud habere. eo tutus tegimento illius caprae terga alia pelle tecta restituit uitae et inmortalitate donauit caeloque *et* astris intulit. etiam Aegiochus appellatur id notat agitatorem ***** Myrtilum Mercurii filium Oenomai aurigam a patre astris inlatum.⟩ habet stellas VIII ex eis quae CAPRA dicitur stella I in sinistro genu eius clara, qui HAEDI dicuntur in sinistra manu eius sitae stellae sunt II. Agitator stellas habet V, capra I, haedi II. fiunt stellae VIII. ⟨habet stellas in capite I, in singulis umeris singulas sinister clarior qui appellatur caprae. in singulis genibus singulas, in manu ultima II, *55 B* item in sinistra duae, hi uocantur Haedi summa VIIII.⟩

Aurigae pedibus] *u. 173*

Hunc Iuppiter Neptuno fratri per gratiam dicitur obduxissse. qui figuram tauri, sensum humanum haberet,

---

1 nutriendem P^1 || amaltheae cum *B* || 4 esse *P* || 5 terrae ut in *B* || 6 amatheae *C* || 7 cum Curetibus Amaltheam *scripsi* curematheae *P* cura ematheae *B* cum cura Amaltheam *V* || 8 tytanas *P* || 9 pugnare P^1 || arrepto *P* arreptam *p* acceptam *B* || 10 titana sagittator *B* || 12 illius *scripsi* alique *P* aliusque *B* || alii *P* || pelle *B* parte *P* || 13 et inmortalitate *scripsi ex Cat.* etiam mortalitate *C* || et *om. C* || etiam *P* et eius *B* || 14 aiochus *C* || apallatari (apallaturi *p*) id ñt *P*, apallaturii dicunt agitatorem *B* || aliis placet *add. V* || 15 cenomai *C* || 16 habet stellas — 19 fiunt stellae VIII *desunt in Catast. neque cum eis quadrant quae secuntur* || quae *om. P* || 17 aedi P^1 || dicitur B^1 || 18 sitae *scripsi* sita *C* || 19 aedi *P* || 20 humeris *P* || 21 man *pro* in manu *B* || 22 iter P^1 || τοὺς πάντας η′ *Catast.* || 24 frater *C corr. in apogr. Heins.* ||

quem Iouis Sidonem misit ut Europam Agenoris filiam ad se portaret. is per pelagus Sidoniam venit ibique Europam inter aequales suas ludentem in templo Aesculapi conspexit eamque repentino abreptu in dorso conlocatam suo deuexit ad Iouem in insulam Cretam. ob hanc igitur causam Iuppiter sideribus taurum dignatus est inmortalique memoria adfecit. haec Nigidius. ⟨Eratosthenes dicit Ionem esse⟩ quae fugit. cuius priores partes parent, relicum corpus non adparet. spectat autem orientem ob id ab Iove honorata. signum autem tauri frons quam faciem Hyades uocantur, quas Pherecydes Athenaeus nutrices
56 B Liberi dicit septem. quot et stellae sunt. quae Dodonides nymphae uocantur. quarum nomina Phaesula et Ambrosia Coronis Eudora Polyxo Phaeo Thyene. quae cum a Lycurgo captiuitatem timentes fugerunt Thebas subito ne ab Iunone aliquid paterentur. Iovis caelo inlatas sideribus honorauit, Hyadas appellauit, quod nascente Libero eas in uerni temporis signum posuit, quod sint pluuiales. ὕειν enim p l u e r e est et eorum ortus imbres concitat. Musaeus ita refert: haec Thia ex Oceano procreauit filias duodecim. ex quibus quinque stellis figuratas Hyadas, septem autem Pliades. his unus fuit frater Hyas, quem omnes sorores dilexere. quem in uenatu alii ab leone, alii ab apro interfectum dicunt. quae eum flentes obierunt Pliades nuncu-

7 Catast. p. 249, 5—18

1 sydonem *P* || 2 sydoniam *P* sidoneam *B* || 3 suos *P* || ascolapi *P* || 5 suo *om.* *P* || 6 syderibus *P* || immortalique *P* || 7 affecit *P* || eratostenens *P* || 8 Ionem *scripsi ex Cat.* bouem *C* || fugit *scripsi* fuit *C* || cuius *B* cum *P* || priore parentes *B* || reliquum *B* || 9 apparet *P* || 10 frons *p* frons *P* fros *B* || 11 hiades *P* || ferecydes *B* fericides *P* || atheneus *B* || 12 quot *scripsi* quod *C* || Dedonides *P* || 13 quorum *B* || Praesula *P* || 14 Coronis *Hyg. p. 395* Cotonis *C* || pholixo *P* || Phaeo Thyene *Kiesslingius* Phriotenis *C* || lycurco captiuitate *B* ligurgo captivitatem *P* || 15 subi *B* || 16 inlatus *B* || syderibus *P* || 17 hiades *P* || 18 uerni *scripsi* uener *P* uenerit *B* || yein *Bp* uein *P* || 19 ortus in ūbris *B* || concitet *B* || musaeus ex ista *B* || 20 haec *om.* *B* || thia *B* tibi *P* || 21 hiadas *P* || 22 hias *P* || 24 fl. eum *B* || nunccupatas P^1 ||

patas. alii Hyades. alii contra sentientes dicunt, quod hoc signo largi imbres fundantur, quod ὕειν pluere dicatur, Hyades appellatas. alii ob eandem causam, quae supra est, uelut quidam septentriones id est arcton aut amaxam dicunt, ursa maior ab aliis, quod Graeca lingua arctos *siue* amaxa dicatur. Myrtilus autem Hyades quinque filias Cadmi esse dicit. habet stellas taurus *** caput eius V, quae Hyades appellantur, reliquas XIII, ab abscisioneque Tauri usque ad brachia uocantur Pliades. sunt per stellas VII, quas dicunt Atlantis filias esse septem. ex quibus sex clarae sunt, una obscura, quod sex cum deis concubuerunt, ex quibus tres cum Iove: ex Electra Dardanum natum, Maia Mercurium, Taygete Lacedaemona. cum Neptuno II: Alcyone ex quibus Hyrieus; Celaeno e qua Lycus. cum Marte Sterope, ex *qua* Oenomaus. Merope cum *Glauco ex qua* Sisypho. magnam apud homines dignitatem habent, quod omnibus honoribus significant. <TAVRVS figuratur stellis *** in fronte utriusque partis — clarior sinistrae — id est in cornibus *singulae*, in oculis singulas, in naso I. hae stellae quinque Hyades ap-

1 alias *B* || hiades *P* || 2 dicatur *scripsi* dicantur *C* || 3 hiades *P* || apellatas *B* || alii *scripsi* alias *C* || 4 id est *del. Breys.* || 5 ursa maior *Breys.* uersa minus *C* || Graeca *Breys.* ea *C* || 6 siue amaxa *Breys.* amata *C* || hades *pro* Hyades *B* || 7 *excidisse numerum indicaui* || capud *B* || ei *P* || 8 abscissioneque *B* || brachin *C* || 9 Pliades sunt — honoribus significant *bis leguntur in B et hoc loco et infra ad u. 258—269 post scholion quod incipit* ex Danae et imbre — per caliginem uix uidentur: *haec distinxi litteris B et β* || 10 anlantis *B* atlindis *P* || fuisse *B* || 11 clares *B* || eis *C corr. Heins.* || 12 eleta *P* eletra *B* eledra *β quod correxi* || tardanum *ante corr. B* || Maia] nata *C* || 13 taygetem *B* taygeten *β* tyagetem *P* || lacedaemona *B* lacedemon *β* || 14 duo alchione *β* II alcione *P* || quis *B* || Hyrieus *scripsi (cf. Munck. ad Hyg. p. 396 p)* hercus *C* || caeleoneque *P* || 15 lycus *β* tycus *C* || cum arte *C corr. β* || saterope *β* || qua *addidi* || ex — merope *om. β* || 16 Glauco ex qua *addidi ex Hyg.* || sisypho *β* sisyptona *B* sysiptone *P* || 17 horis *P* oris *B* || 18 *post* taurus *excidisse* non totus *putat Breys.* || stellis *scripsi* stellas *C et numerum excidisse significaui* || ut priusque parti solarior *B* || 20 quinque *B* V *P* || ἐφ᾽ ἑκατέρων τῶν ὤμων *Cat.* ||

pellantur. in sinistro genu I, in dextro I, in ungula I, in collo II, in dorso III: ultima clarior. sub uentre I, in pectore I clara. fiunt XV. ab scissione tauri ad id, quod uocatur rachis, septem stellae, quas Atlantides appellant. quae non uidentur simul nisi sex: septima obscura.⟩

Iasides etiam] *u. 183*

57 B ⟨Hic in ordine quarto loco situs, quem septentrionalis circulus occupat a pedibus usque ad pectus. reliquus medius est inter et aestiui et tropici circulum. ut Euripides dicit, hic Aethiopum rex, pater Andromedae. cuius filia obiecta ceto a Perseo seruata eiusque causa et ipse pater sit astris inlatus beneficio Mineruae. habet stellas in capite claras duas, in dextera CEPHEVS manu claram I, in cubito obscuram I, in sinistra manu claram unam, in sinistro umero I, in cincto tres obliquas, in dextera coxa II, in sinistro genu II, in pede ultimo I, supra pedem alitis III: fiunt XVII.⟩ [haec autem in septentrionali climate posita sunt.]

Qua latus afflexum] *u. 191*

⟨Hanc refert Sophocles praeposuisse formam suam Nereidibus. ob quod ira Neptuni ceto inmisso uastabatur eorum terra expostulatamque Andromedam et ceto prae-

---

7 Catast. p. 249, 19 — 250, 10 || 20 Catast. p. 250, 11—21

---

1 genu *scripsi ex Catast.* cornu *C* || I *scripsi* (ἐπὶ τῶν χηλῶν α´ *Catast.*) III *C* || 2 dosso B^1 || 4 uocatur *scripsi* uocantur *C* || adlantides *B* || 5 sex *scripsi* si ex *C* || 7 qui uasto *P* || 9 et *ante* tropici *om. B* || erides *P* eripides *p* || 10 ethiopum *p* etiopum *P* || 11 obiecta *p* obiecto P obiect *B* || 12 sit *ante* pater *add.* P^1 || beficio *B* || 13 manum *erasa* m *P* || *stellae aliter enumerantur* ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαμρποὺς β´, ἐφ᾽ ἑκατέρων ὤμων α´ καὶ ἐπὶ χειρῶν ἑκατέρων α´, ἐπ᾽ ἀγκώνων ἑκατέρων α´, ἐπὶ ζώνης γ´ λοξοὺς ἀμαυρούς, ἐπὶ κοιλίας μέσης λαμπρὸν α´, ἐπὶ δεξιᾶς λαγόνος α´, ἐπὶ γόνατος α´, ἐπὶ ποδὸς ἄκρου α´ *in Catast.* || 14 cubitu P^1 || 15 in *om.* BP^1 || humero *P* || cinctum BP^1 || 16 II *P* duas *corr. in* duo *B* || 17 alias *B* || hae *B* || haec – sunt *deleui ut ex u. 7 repetita* || 18 posite *B* || 20 Sosodes *P* sofocles *B* || flammam *P* || 21 inmissa P^1B || 22 expostolatamque *C* || peto P^1 || propositam *B* ||

positam.⟩ ob quam rem longe habitus eorum diuersus est. ⟨id est autem Cassiepia in sella anaclito sedens. habet in capite stellam claram unam, in singulis umeris singulas claras, in dextra mamilla claram unam, in dextro umero ad manum claram I magnam, et clarae in sinistro femore II, in genu claram I, in basem sellae in qua sedet *** *58 B* in utrisque angulis claras singulas: summa XIIII.⟩

Nec procul Andromedae] *u. 200*

⟨Haec quoque in sideribus recepta dicitur beneficio Mineruae, ut labor Persei aeternus pareret, manibus eius passis quem ad modum ceto fuit proposita. quae cum a Perseo esset liberata neque patri neque matri uoluit commorari sed continuo cum Perseo Argis est profecta ita ut Euripides profert. habet stellas in capite stellam splendidam unam in umeris singulis *singulas*, in dextro cubito I, in manu claram I, in sinistro cubito I claram, in bra- *59 B* chio I, in cinctu III, supra zonam quattuor, in genibus singulis claras singulas, in dextro pede II, in sinistro I: summa XX.⟩

Andromedae radiat] *u. 207*

⟨Hic dimidius est in priore parte parens usque ad umbilicum⟩ [dicitur] super geniculatorem situm. ⟨Aratus hunc dicit qui Hippocrenem fecit. alii hunc Pegasum dicunt ad astra uolasse posteaquam Bellerophontem a se

---

9 Catast. p. 250, 22 — 251, 7 || 21 Catast. p. 251, 8 — 252, 2

---

1 deuersus *B* || 2 id autem est *B* || casepia *p* casipia *P* || *stellae aliter enumerantur in Catast.* || 3 humeris *P* || 4 humero *P* || 6 sellae *V* stellae *C* || 6 *numerum excidisse indicaui* || 7 utriusque *P* || 9 syderibus *P* || 11 ruit *B et corr. in* fuit *P* || 13 itautem *B* || 14 proferet *B* || 15 singulas *addidi* || ἐπὶ δεξιοῦ ποδὸς β′ ἐπ’ ἀριστεροῦ α′ *add. Catast.* || I *om. P* || 16 in sinistro cubito I *non legitur in Catast.* || in brachio I *non legitur in Catast.* || 17 supra — quattuor *om. P* || 19 *immo* XVIIII || 22 dicitur *deleui* || Aratus *post* umbilicum *positum in C post* situm *reieci* || 23 hipocrenem *P* || nunc pegasium *B* || 24 euolasse *B* || belorofonten *B* belerofontem *P* ||

excusserit. Euripides Melanippen Chironis filiam esse astris inlatam [cum esset interfecta in Pelio monte eamque naturalem speciem conseruaret]. namque cum ab Aeolo conpressa, grauida profugit ob pudorem Pelio monte. quam cum pater requireret, ne ei se offerret aduenienti, deorum misericordia uersa in equum puerum genuit. quam eius patrisque pietate Diana astris intulit unde CENTAVRO nomen appareat. Chiron autem dicitur is esse ideoque auersa caeli parte ab eo positam filiae effi-
60 *B* giem ut non agnosceretur. habet stellas in facie claras II, in capite I, in coxa I, ad singulas aures singulas claras, in collo IIII, proximo capiti claram *unam*, in armo I, in pectore I, in umbilico ultimam claram I, in genibus prioribus duobus *duas*, in ungulis singulis *singulas*: fiunt summa XVIII.⟩

Inde subest ARIES] *u. 223*

⟨Hunc putant quidam esse qui Phrixum et Hellen Colchos portauit [pertulit]. Nebula eum his dedit aureo uellere κατ᾽ ῾Ηcίοδον qui eos perferret. deinde iungit decidisse Hellen a qua Hellespontum dictum. quam Neptu-

---

17 Catast. p. 252, 3—17

---

1 excuserit *in* excusserit *corr. pr. m. in P* || euripiden melanipen *B* euripidem menalii appen *P* euripides dicit Melanyppen *V* || 2 *uerba praeter sensum scholiastae obtrusa deleui* || 3 namque cum *scripsi* nam cum qui *C* || ab eo locum *BP* ab eolo *p* || 4 compressa *p* cumpressa *P* || 5 ne eis se offeret *B* || 6 misericordi aduersa *B* || equom *corr. in* equam *B* || 7 adastris *B* || 9 ideoque auersa *Breys.* eoque aduersa *C* || caeli parte caeli *B* || 10 claras] ἀμαυρούc *Catast.* || 11 auris *B* || claras] ἀμαυρόν *Catasterismus* || 12 unam *post* claram (clara *B*) *addidi ex Catast.* || ἐπὶ cτήθουc α′, ἐπὶ ῥάχεωc α′ *Cat.* || 13 ultima clara *BP*[1] || prioribus *Breys.* (*ex Cat.*) posterioribus *C* || 14 in ungulis . . in singulis *B* || duas *et* singulas *addidi ad exemplum Cat.* || 17 quidem *P* (?) || phrisum *P*[1] phrysum *B* || ellen *P* || 18 colehos *P* colcos *p* colohos *B* || portauit *deleto* pertulit *Büchelerus mus. Rhen. nou. XIII 184* portam pertulit *C* || Nebula eum his *scripsi* nebulae is *P et corr. in* nubulae is *B* || 19 cathaesiodum *P* cata hesiodum *B* || 20 a *om. P* || quam nessum comy ressum *C* ||

num compressisse. ex qua filios genuerit. Phrixum autem perlatum Colchos eius arietem immolasse pellemque eius auream Ioui sacrasse. ideo eum pallere ait Eratosthenes, *61 B* quod deposito uellere aureo in caelum sit receptus. habet stellas XVIII. caput autem eius ad TAVRVM uersum spectat.〉 Nigidius hunc ARIETEM dicit ducem et principium esse signorum, inmortali autem memoria donatum, quod cum Liber exercitum in Africam duceret, aquarum inopia deminuebatur eius multitudo. post deinde aliquot dies casu repentino apparuit Liberumque et exercitum dux ad aquam diuinitus perduxit. ab hoc facto Liber eum arietem Iouem Ammonem appellauit eique fanum eo loco, quo reperta est aqua, magnificum aedificauit [memorauitque] eumque [locum] inmortali nobilitauit honore. id fanum abest ab Alexandria iter dierum VIIII. harenosum est. serpentium est multitudo. quod ab harena Hammon eat nominatum. igitur propterea aries dux atque inmortalis nobilitatus est caeli sidera consecutus. cetera ut superius scripta sunt refert. 〈ARIES stellas habet in capite I, in naribus III, in collo II, in imo pede dextro I claram et in dorso IIII, in cauda I, ***** in imo pede sinistro I: fiunt XVI.〉 conuertit autem caput ad TAVRVM. ipse autem signis adsignatur.

Et etiam propiore] *u. 234*

〈Hoc est super caput ARIETIS situm. quod obscurum *62 B* esse dicitur ***** hoc ei Iuppiter signum posuit. alii

25 Catast. 252, 18 — 253, 3

1 ea *C* || phryxum *B* phrisum *P* || 2 colchus *B*P^1 || arietis *P* || 3 sacrassed *B* || pallere ait Eratosthenes *Büchelerus l. l.* parere ut heraoides *C* || 5 capud *B* || 6 nigius *B* || 7 dignatum *B* || 9 aliquod *P* || 10 causa *B* || 11 diuinitatio P^1 || 12 hammonem *B* || 13 memorauitque (memoriauitque *B*) — honore *deleuit Büch.* (decorauitque *Breys.*) || 14 locum *del. Büchelerus* || 15 ēxandrea *B* || 16 arena *P* || hammon *deleta* h *P* || 18 sydera *P* || 20 nanibus *B* || claram — 21 sinistro I *add. m. paullo rec. in B* || 21 *exciderunt haec Catasterismi uerba* ὑπὸ τὴν κοιλίαν γ' ἐπὶ τοῦ ἰσχίου α' || 22 XIII *B* || capud *B* || 23 adsignatur *Breysigius* adsequitur *C* || 25 capud *B* || 26 *plenam sententiam uel certe Mercurii nomen excidisse ex Catast. patet* ||

dicunt Aegypti esse effigiem stellis figuratam in tribus angulis id est in trigono, et Nilum inundationem facientem. habet stellas III in singulis angulis singulas.〉

Stridentis aureas] *u. 243*

〈Hi sunt maioris PISCIS ἔκγονοι, cuius originem suo loco dicemus. horum autem piscium singuli in diuersis locis siti sunt *situm* inmutantes quorum alter Boreas appellatur, alter Notius. habent inter se alligamentum continentem usque ad priores pedes Arietis. BORIVS piscis habet stellas XII, NOTIVS XV, linea autem qua continentur in partem Borii stellis III, in NOTII III, ad occidentem tres ***: fiunt stellae † XXVI.〉 Nigidius hos dicit pisces in Euphrate flumine ingentis magnitudinis ouum inuenisse, uoluentes eiecisse in terram atque ita columbam insedisse et post aliquot dies exclusisse deam Syriam benignissimam maximeque misericordem multaque quae ad homines pertinebant [ad utilitatem hominibus uterentur] ea dicitur inquisisse. quae quoniam Iouis a Mercurio saepius laudari [nominarique se saepius] audiret quod in deos religiosa, in hominibus officiosa diligenter fuerit, rogata ab Ioue quod sibi obtanti tribui postularet, illa ait, pisces, qui suam originem servarent, ut inmortali praemio adficerentur. itaque Iuppiter in XII signis siderum splendore de-

---

5 Catast. p. 253, 4—12

---

1 Aegyptii *C corr. uulgo* || 5 hii *B* || maiores pisces eggoni *C: correxi ex Catast.* || 6 dicimus *B* || 7 situm *addidi* || immutantes *B* || borius *B* boreus *P* || 8 nocius *P* || 9 priores *corr. in* prioris *B* || boreus *P* || 11 borei *P* || motu *P* || 12 ἐπὶ τοῦ cυνδέcμου γ′ *add. Cat.* || λθ′ *Cat.* || 13 eufrate *C* || 14 columba *B* || 15 aliquod *P* || benissima *B* || 16 maximaeque *B* || misericors *C corr. Büch.* || multaque quae ad homines pertinebant *Büch.* ad homines pertinebat quae multa quaeque (multaque quae *B*) *C* || 17 ad — uterentur *del. Büch.* || quaeque *P* quae *B* || ulitatem *P*[1] || 18 quom *pro* quoniam *Büch.* || Iouis *V* Ioui *C* || saepius a mercurio *C (sed* ṣ *P)* || 19 nominarique *del. Büch.* || se saepius *del. Breys.* || 19 quod est *B* || 20 homines *Büch.* || 21 optanti *P* || postulare *B* || illi *B* || piscis *B* || 22 seruassent *B* || premio *B* || 23 syderum *P* ||

corauit unde hodieque Syri neque hos pisces edunt et columbas deorum potestate decorant.

Tantus ubique micat] *u. 251*

⟨Ex Danae et imbre aureo natus Perseus. qui missus a Polydecte rege insulae Seriphi ad Gorgonem interficien- *64 B*
dam, qui accepit talaria et arpen a Mercurio. per aerem uectus est. Aeschylus hanc arpen adamantinam a Vulcano dicit eum accepisse. Gorgonum custodes ferunt tres uno oculo inter se communicantes seruare uigilias, Persea autem inter traditionem oculum intercepisse et in Tritona lacu deiecisse. qui cum Gorgones dormientes inuenisset, caput Medusae abscidit, tum pectori Mineruae inposuit, ob quod a Minerua astris inlatus. habet stellas in singulis umeris singulas claras, in dextra manu claram I, in manu sinistra in qua putatur tenere caput Gorgonis III, in uentre I, in dextero latere claram I, in genu I, in pede I claram, in sinistro femore claram I, in tibia II, in sinistra manu I, circa caput Gorgonis claras III: summa † XXVIIII. caput

4 Catast. p. 253, 13 — 254, 13

1 unde hodieque *B* undeeque *corr. a pr. m. in* undieque *P* || sirene hos *P* syri ne quos *B corr. V* || dicunt *B* || 4 Danae et imbre aureo *uulgo* Daneam et imbream Verro *P* danea et imbre auerro *B* || perseus *B* p sidus *P* || 5 polytecte *B* polideote *P* || insulę *P (Breys. teste)* || seripe *p* eripe *P* seripehi *B* || 6 qui accepit *Breysigius* quae accepta *C* || taliaria *P*[1] || aera *B* || 7 aescylus *P et corr. in* aescilus *B* || hanc arpen *scripsi ex Catast.* harn *B* ar *P* || damantinam *P* || uolcana *B* uulcana *P* || 8 dici *B* || Gorgonum *Breysigius* Gorgonem *C* || custodem *P* || 9 seruare *scripsi* seruarent *C* || perse *C* || 10 inter traditionem *Breysigius* introductionem *C* || 11 domientes *P*[1] || capud *B* || 12 tum *scripsi* cum *C* || pectore *P* || imposuit *B* || 13 ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α′ *add. Castast.* || utrisque umeris *B* singulis humeris *P* || 14 singulas *om. P* || ἐπ᾽ ἀγκῶνος α′ *add. Catast.* || 15 capud *B* || III] α′ *Catast.* || ἐπὶ τῆς κοιλίας α′ *non agnoscunt codd. Catast.* || 16 dextera *P* || ποδὸς α′ ἀμαυρόν *non agnosc. codd. Catast.* || 18 capud *B* || τοὺς πάντας ιε′ *Catast.* || capud *B* ||

autem et harpe singulis stellis *non* notatur: per caliginem uix uidentur.⟩

Sidera communem] *u. 258*

65 B ⟨PLIADES sunt per stellas VII, quas dicunt Atlantis filias fuisse VII. ex quibus VI clarae sunt, I obscura. cum
66 B deis concubuerunt. ex quibus tres cum Ioue: ex Electra Dardanum, Maia Mercurium, Taygete Lacedaemonem. cum Neptuno duo: Alcyone ex qua Hyrieus, Celaeno ex qua Lycus. cum Marte Asterope, ex qua Oenomaus. Merope cum Sisypho. magnam apud homines dignitatem habent quod omnibus honoribus significant.⟩

Tempora laeua] *u. 273*

⟨Haec nono loco posita est lyra Musarum, quam initio fecit Mercurius de extensa testudine et de Apollinis bouum cornibus intenditque chordis septem Atlantiadum numero. quam postea Apollini datam, alii Orpheo dicunt Calliopes musae filio: chordas VIIII fecit a numero musarum. qui tantam mollitudinem eius expressit ut ad cantum saxa arbores ferasque mulceret traheretque. qui⟩ cum ob coniugis Eurydices desiderium ad inferos descen-
67 B disset, quam ibi esse animadvertisset ⟨neglegentius Liberum colere coepit solemque Apollinem **** dicit esse. is adsidue nocte in Pangaeo monte adscendens, ut orien-

4 Catast. p. 254, 14—27 || 13 Catast. p. 255, 1—25

1 ἡ ἅρπη *Cat.* arpes *C* || non *addidi:* ἄναςτρος ὁρᾶται *Cat.* || 4 stelle *P*¹ || 5 clares *B* || obscuram *B* || 6 diis *P* || concubuerint *B* || eledra bardanum *B* || 7 taygeten *B* tiageten *P* || Lacedaemonem *scripsi* lacedaemon *P* lacedemon *B* || 8 alchione *C* || qua *V* quibus *C* || Hyrieus *scripsi ex Cat.* ercus *B* hercus *P* || celeno *B* || 9 licus *P* || martes *B* || aterope *B* || ex qua — Merope cum *om.* *B* || cenomaus *P* || 10 magna *B* || 11 l omnibus *P* || 13 nono *scripsi ex Cat.* non *C* || 14 mercurios *P*¹ || extensa testudine *scripsi* extensitudine *C* || 15 intendisque *P* || cordis *C* || Atlantiadum *scripsi* atlantidam *P* atlantidum *B* || 17 numusarum *P* || 18 mollitudinem *scripsi* multitudinem *C* || 19 mulceat trahereque *B* || 20 euripidices *C* || discendisset *B* || 21 quam *scripsi* quae *C* || esset *P* || 22 et maximum deorum *excidisse ex Cat. patet* || *inter* esse *et* eis *ras. in P: uidetur fuisse* se || 23 is *scripsi* eis *C* || assidue *P* adsiduae *B* || ascendens *C* ||

tem solem uideret unde surgeret. Liber indignatus misit Bacchas ut Aeschylus scribit. quae eum membratim discerpsere. recollectis membris sepelierunt in Lesbiis montibus eiusque lyram Musaeo dederunt Iouemque rogauerunt ut eius memoriam astris inferret. habet stellas in utrisque pectinibus singulas, in cacumine chordarum singulas, in umeris singulas, in fundo I, in dorso I: fiunt VIII〉

Aut medii fulgoris] *u. 281*

〈Hic est CYGNVS, in quem ferunt Iouem se transfigurasse et transuolitasse in terram Atticam Rhamnunta ibique conpressisse Nemesem, ut ait Cratinus tragoediarum scriptor eamque edidisse ouum, unde nata sit Helena. sed quoniam Iuppiter rursus in caelum in cygnum transfiguratus se receperat, ut fuerat pennis tentus simulacrum eius sideribus reliquid. habet stellam in capite claram I, in alis utrisque quinas, in corpore I, in cauda I, quae est *68B*
amplissima: fiunt omnes XIII.〉

Oceano mersus] *u. 287*

〈Hic nomen accepisse dicitur, quod eius exortu imbres plurimi fiant. quidam uolunt Ganymedem eum esse quem figuratum in ministerium oenochoi et quod imbres infundit suo sidere ******* nectar dici. habet stellas AQVARIVS XVIII, sed fusio aquae fit ex stellis XXXI, ex

9 Catast. p. 256, 1—14 || 19 Catast. p. 255, 15 — 257, 10

2 bahcas *C* || aeschyius *B* aescilus *P* || discerpere *B* || 3 recollectis membris Musae eum sepelierunt in Libethris montibus *Breys. ex Catasterismo* || lezbiis *Bp* letbiis *P* || rogauere *B* || 5 utrisque *V* utraque *C* || ἐφ᾽ ἑκάστου πήχεως α′, ἐπ᾽ ἀκρότητι ὁμοίως α′ || 6 cordarum *V* cornearum *B* cornaearum *P* || 7 in numeris *corr. in* in humeris *P* || 9 cignus *P* || 10 attiga rhamnum tii *C correxi ex Cat.* || 11 compressisse *P* || 12 scriptor eamque *scripsi* scriptorque *P* scriptoremque *B* || natus *B*¹ || 13 cignum *C* || 14 fuit *B* || tentus *B* utentus *aut* uteritus *P* || *post* eius *add.* a *P* || 15 syderibus *P* || habens *B* || ἐπὶ τοῦ τραχήλου λαμπρὸν α′ *Catast.* || 16 alisque *P* || 20 ganimedem *P* || 21 ministerium *Breys.* ministrum *P* mistrum *B* || enochoi *C* || 22 sydere *P* || *excidisse aliquot uerba ex Catast. patet: fusio enim ab aquario facta nectar dicebatur* || 23 extellis *B* || ἔχουσα ἀστέραις β′, οἵ εἰσι λαμπροί *Catast.* ||

quibus duae clarae sunt, reliquae *obscurae.*〉 Nigidius HYDROCHOEA siue AQVARIVM existimat esse Deucalionem Thessalum, qui maximo cataclysmo fertur relictus cum uxore Pyrrha. et posteaquam se et uxorem suam in terra relictos sensit orbitatem [quae] uastitatis miseratus ab inmortalibus precari coepit ut aut et ipsi interirent aut hominum genus restitueretur. Iuppiter responsum ei per sortem indicauit, ut lapides quos ante se repperissent post se iactarent. reuersi itaque quosquos Deucalion misit uiri fiebant, quos Pyrrha feminae. quo pacto rursum hominum genus esse natum. ex quo Graece l a o e homines uocarentur. ab antiquis quidem dici Aristaeum Apollinis filium. quare nobilitatem possidere. quem Apollo fertur ex Cyrena procreasse, quam conpressit in monte Orpheo, qui Cyrenis appellatur. Aristaeus dicitur omnibus modis artibusque adfinis fuisse, quibus artibus ceteros homines ad bonas fruges utilitatemque perducebat. *69 B* isque cum caniculae signum pestiferum oriretur, et statim praesentes fructus lacerarentur interciderentque homines aut diuturnis morbis aut pestilentia, [aut pestilentia] res diuinas maxime Ioui, parenti, Neptuno,. aliis, tempestatibus et uentis summa diligentia precans faciebat, ne paterentur genus hominum indignis calamitatibus adfici: factum est ut ab his impetrari possit. itaque uenia data constitutum est ab inmortalibus uti post caniculae

---

1 clares *B* || relique *B* || obscurae *addidi* || 2 hidrochoia *P* hydrochoia *B* || 3 thesalum *C* || cataclismo *P* || 4 posteamquam *B* || relictus censuit orbitatis (orbitatem *P*) quae uastitatisque *C* relictos sensit orbitatem quā uastitatemque *Heins. apogr.* || 6 inmortalitatibus praecari *B* || cepit *P*[1] || et *om.* *P* || interirent *Bp* interire cepit *P* || 8 ei *Breys.* et *C* || uti *C* || 9 reperissent *B* || 10 quos *V* quod *C* || 11 pecto *B*[1] || rursus *B* || esse natum *scripsi* est natum *P* est senatum *B* || 12 luoe *P* || aristeum *B* aristheum *P* || 13 nobilitate *C corr. Breys.* || 14 cyreanea *P* || procreare *C* || compressit *P* || 15 aristheus *C* || 16 homnibus *P* || 17 ceteri *C corr. V* || 18 perstiferum *B* || 20 diuternis *P*[1] || morbis *Breys.* moribus *C* || aut pestilentia *add.* *P* || 21 res diuinas *Breys.* rei diuinae *C* || Ioui parenti *Breys.* Iouis parentem *C* || 22 praecans facebat *B* || 23 parentur *B* || 24 iis inperari *B* || 25 constitutum et ab *C* || immortalibus *B* || caniculas *P* || post *Büch.* per *C* ||

exortus [stellae] uenti perflarent circiter dies quadraginta eiusque pestilentiae uim absciderent. quapropter Aristaeus dicitur a deis splendido loco dignatus esse. ⟨AQVARIVS habet stellas in capite II obscuras, in umeris singulas utrasque amplas, sinistro cubito unam claram, dextro cubito I, in manu I, in mammis singulas, dextro crure in pedibus singulas claras: summa XVIII sed quae fusio *** fit ex stellis XXXI, ex quibus clarae II, ceterae obscurae.⟩

⟨CAPRICORNVS similitudinem Aegipanos habet. ab eo enim est factus. habet posteriorem partem piscis sed *70B* priorem caprae cornua habentis. hunc honorem adsecutus dicitur, quod cum Ioue esset nutritus. Epimenides dicit in Ida utrosque nutritos et ad Titanorum bellum cum Ioue profectum. quem uictor Iupiter astris intulisset, quod eius opera dei armati essent. item matrem eius capram, et quod κόχλον inuenisset in mare ideo piscis cauda esse notatum. habet stellas XXVI.⟩ Nigidius de Capricorno sic refert. inmortali honore donatum quo in tempore Python in monte Tauro speluncam haberet et Aegyptum incoleret: inmortalis consilium habuisse num possint ei obsistere, cum eis consilium Pan daret, si neque terras relinquere uellent neque Pythonis inmanitati resistere

---

9 Catast. p. 257, 11 — 258, 2

---

1 stellae *del. Büch.* || 2 aristheus *P* || 3 dicitur aliis splendidae et loco *C corr. Breys.* || *aliter stellae enumerantur in Catast.* || 5 una clara *B* || ἐπ᾽ ἄκρας χειρὸς δεξιᾶς *Catast.* || crure * *B* || 7 qua *P* || efusio *corr. in* effusio *a rec. m. in P* || 8 fit *P* sit *B*: *excidisse uidetur* appellatur. *ceterum idem antea legebatur p. 405, 22 sq.* || tellis *P*[1] || cetere *B* || 9 capricornus hae similitudinem *B* || hab *P* || 10 poscis *corr. in* pescis *B* || se *B* || 11 priora *P* || capri *B* || 13 in Ida utrosque nutritos et *V* inid austrosque nutritero sed *C* || at *B* || 14 quem Iupiter uictor astris *V* uictorque Iupiter astris eum *C* || intulisset *scripsi* intulisse *C* || 15 operam *B* || iter *P*[1] || mater *P*[1] || 16 κόχλον *Catast.* icholaon *C* || 17 notantum *P* || κδ΄ *Catast.* || 18 quod *P* || tempore Phyton *V* tempfore phico *P* tempore pycho *B* || 20 consilium habuisse num *Merkelius prol. in Ouid. Fast. p. LXXXVIII* cohibuisse dum *P* conhabuisse dum *B* cohibuisse dum eum *Breys.* || 21 Pan daret *Merkelius* panderet *C* || 22 phitonis *P* || inmanitatis *B* ||

possint, ut consulte figuras inmutarent in quam quis uellet seu bestias seu uolucrem piscem pecudem, dum tempus ad ulciscendum se ostenderet. namque terras relinquere non dari potestatem inmortalibus, considere autem cum sceleribus eius indignum deorum potestatis, sed ratione impios poenas pendere diuini consilii. itaque inmortales mutatis figuris ignoti Typhonis ante oculos crebro uersabantur, unde adhuc multas bestias pro deis obseruant coluntque Aegyptii. eo Typhon conuenit et neminem deorum ibi uidet aduersari sibimet, uacuam terram cognouit dominantibus. arbitratus deos se ueritos fuisse propter metum dominabatur et inperitus fortunae uarietatem et periculi instantis magnitudinem. nam post XVIII dies ut dicitur consilio deum repentino ab dis discerptus. ob id
71 B factum hodieque quoque in Aegypto hos dies XVIII festos perpetuos quodannis instituerunt. in quibus diebus si*quid* nascitur amplius quam eos dies non uiuit. Python autem interficitur in templo Aegypti Memphi, ubi mos fuit solio regio decorari reges qui regna ineunt. ibi enim sacris initiantur: primum ut dicitur satis religiose tunicatum tauro quem Apim appellant iugum portare, quem deum maximum Aegyptii existimant. et eum per uicum unum quemque perducentes, ut labore periti existimentur: ut humanae

---

1 ut consulte *Breys.* inconsulte *C* || 2 pecodem *B* || 3 ostendere *B* || 4 inmortalibus *Merkelius* inmortalium *C* || considere *Merkelius* configere *C* || 6 poenas pendere *Merkelius* punire splendore *Breysigius* poeni splendore *C* || immortales *B* || 7 ignoti *Merkelius* ignotis *C* || tiphonis *P* || 8 diis *P* || 9 aegypti *B* || 10 simet *B* || 12 inparatus ad f. uarietatem *Merkelius* imperitus f. uarietatis *Strozzianus (teste Breys.), sed 'arma uirumque peritus' ex Ausonio (epigr. 137, 1) et 'nil iam mihi noui | offérri pote, quin sím peritus' ex Plauto (Pers. 270) laudant* || uarietate *B* || 14 consilio *Merkelius* consilium *C* || a *B* || discertus *B* || 15 hodie *B* || 16 quid *add. Merkelius* || 17 phyton *P* || autem *om. P* || 18 in templo Apidis *Iablonskius* || 19 decorari *Rothius in marg. apogr. cod. B* decorati *B* || 20 ut *corr. in* in *B* || relegiose *B* || tunigatum *B* tonicatum *P* || 22 aegypti *B* || et eum *(scil. Apim)* per uicum unumquemque perducentes *Büch.* uicumque unum perducentes *C* || 23 ut hum. nec. *scripsi* hum. nec. ut *C* ||

necessitatis, crudelius quae sub eis sunt amputantur. deducuntur a sacerdote Isidis in locum, qui uocatur ἄδυτοc et iure iurando adiguntur neque mensem neque diem intercalaturos [iurarent] neque festum diem inmutaturos sed CCCLXV peracturos sic ut institutum sit ab antiquis. deinde alterum illis ius iurandum inponunt sementim per terram aquamque custodiendam conparandamque. tum demum diademate inposito potiuntur Aegyptiorum regno. sed ut illo reuertamur unde digressi sumus, igitur dei immortales posteaquam Typhonem digna poena adfecerunt — nam Panis consilio sine turba tumultuque interfecerunt — Pana astrorum memoria decorauerunt et ei nomen Aegipana inposuerunt, quod cum ceteri se in bestias conuertissent, Pan se in capram transfigurasset, oppidumque magnificum in Aegypto aedificauerunt idque Panopolin nominauerunt. ⟨CAPRICORNVS habet stellas in singulis cornibus singulas, in naso I claram, in capite II, *72 B* sub collo I, in pectore II, in pede priore I, summo pede *** I, in dorso VII, in uentre V, in cauda II claras. sunt in summa XXIIII.⟩

---

1 abutantur *B* || deducunturque *B* || 2 sacerdoti *B* || Isidis (*uel* Apidis) *Iablonskius* eius dei *Büchelerus* eisidis *C* || uocatur ἄδυτοc *Hauptius* notatur adyios (yio *in ras. B*) *C* || 3 mensem *Rothius* mentem *C* || intercalaturos se neque *Rothius* intercalandum iurarent quem in *C* || 4 inmutaturo *B* || 5 sit *Mommsenus Chronol. p. 259* ita *C* || 6 alterum illis ius *Merkelius proleg. fast. Ouid. p. LXXXVIIII et Büch.* aliter illius *C* || inponunt *Merkelius* imponis *B* inponis *P* || sementim *Mommsenus* statim *C* statum *Merkelius* || 7 que *Mommsenus* qui *C* || 8 deụmum *P* || 9 dii *Bp* || immortales *B* || 10 digna *Wölfflinus* sed ideo *C* || affecerunt *P* || 11 nam Panis *scripsi* quamque *C* || interficerunt *B* || (quamquam — interfecerunt *delet Büch.*) || 12 Pana *Merkelius* scā *C* || 13 Aegipana *Heinsii apogr.* aegyptii pana (pana *post* pana *add. m. sec. in B*) *C* || ceteris si *P* || 14 pan sa *B* || 15 aegyptum *P* || ibique *P* || 16 capricornis *B* || 17 in naso I *om. Catast.* || 18 ἐπὶ τραχήλου γ′ *Cat.* || 19 *excidisse* posteriore *uel tale aliquid significaui: om. Catast.* ||

Et cum terrores] *u. 291*

⟨Hic SAGITTARIVS, quem quam plures CENTAVRVM putant, alii negant, quod quadrupedes esse non uideatur, sed stans bipes sagittetur, neque centaurus ullus sagittis usus est. hic autem homo equinis pedibus est et caudam habet ueluti Satyri. hic dicitur Crotus Euschemus Musarum nutricis filius, ut Sositheus tragoediographus refert, inhabitasse Helicona atque Sagittarium uenatu uitam exigere [aetatis]. qui inter Musas saepius moratus plausu cantus earum distinguebat, id est ad pedem manibus plaudebat quae arriderent. hunc Musae beneficio Iouis astris intulere. cuius artes inter mortales mansere plausus et sagittari. sub hoc sita est NAVIS. habet SAGITTARIVS stellas XIII et nauis VII.⟩ Nigidius de Croto eadem dicit, sed non conuersatum multis, sed cum illae cantus chorosque celebrarent, hunc procul abditum repentino plausu ad pedem ferientem oblectabat canentes. ob hoc ei ab Ioue inmortali memoria earum rogatu datum, quod [et] esset nutricis earum filius, Oceani nepos. alii eum Chironem esse dixerunt Saturni et Philyrae filium, *quod* iustissimus maximeque pius atque hospitalis esset, a quo Aesculapius medicina, Achilles cithara, in astrologia Hercules, ****

---

2 Catast. p. 258, 3—28

---

2 Sagittarius *V* sagitta *C* || 3 quadrupe *B* || uideatur *B* uideantur *P* || 5 aequinis *C* || 6 Εὐφήμης *Catast.* || 7 tragoedio diographus *C* || 8 refer *C* || atque *V* adqui *C* || uenatu *V* uena *C* || 9 exiger etatis *(deinde* tatis *del. in B) C* (aetatis *deleui*) || 10 earum *Breys.* eorum *C* || 11 quae arriderent *scripsi* quem alii timerent *C* quod alii imitarentur *Schaub. propter Catasterismi uerba* ὅθεν ὁρῶντες τοῦτον καὶ οἱ ἄλλοι ἔπραττον τὸ αὐτό || 12 inter *om. P* || mortalis *B* || 13 sagittarii *P* || 14 XIII] ιδ′ *Catast.* || Croto *scripsi* Crotone *C* || 15 ille *C* || chorus qui *B* corosque *P* || 17 *post* oblectabat *uacat spat. 10 litt. in B* || ob *V* ab *C* || 18 immortali *B* || et *post* quod *add. C om. V* || 19 eum *scripsi* cum *C* || cyronem *P* || 20 dixerunt *scripsi* dicerent *C* || filore *corr. pr. m. in* filire *in P* || quod *addidi* || iustissimos *corr. pr. m. in* iustissimus *P* || 21 pius *scripsi* plus *C* || aescolapius *P* || 22 medicana *ante corr. pr. m. P* || cythara *B* || astralogia *P* || herculis *B* || *nomen herois excidisse significaui* ||

litteras didicisse dicantur. propterea deorum numero uidetur esse relatus. Sagittarius habet stellas in ca- *73 B*
pite II, in acumine sagittae II, in dextro ancone I, in manu I, in uentre I claram, in dorso II, in cauda I, in genu priore I: fiunt summa XI. in summo pede I, in posteriore genu I: fiunt XIII. NAVIS autem VII stellae *reliquae* sub crure *similes sunt* posteriorum, quae non ostenduntur, quod Centaurus duplex sit.⟩

Vnguibus innocuis] *u. 318*

⟨Haec esse dicitur SAGITTA Apollinis, qua Cyclopes interfecit eos, qui Iouis fulmen fecerunt, quod eo telo Aesculapius filius eius a Ioue esset interfectus. quam sagittam astris inlatam memoriam uirtutis suae reliquisse. habet stellas IIII: in summo I, in medio I, ultra II in fundo sagittae.

AQVILA haec est, quae Ganymedem rapuit in caelum Ioui ministrum. est enim ea et signum Iouis, quod sola auium solis radiis non terreatur. namque ita est spectans ad orientem pennis tensis. Aglaosthenes dicit Iouem cum ex Naxo aduersus Titanas [cum] proficisceretur et sacrificium faceret, aquilam ei in auspicio appa- *74 B*
ruisse, quam bono omine acceptam tutelae suae subiecisse. habet stellas IIII. ex eis media clara est.⟩

---

10 Catast. p. 259, 1—13 || 16 Catast. p. 259, 14—260, 2

---

1 dedicisse *B* didicissæ *P* || 3 ἐπὶ τοῦ τόξου β′, ἐπὶ τῆς ἀκίδος β′ *Catast.* || anchone *P* || 5 summa pede *B* || in posteriore genu *om. Catast.* || 6 nauis autem VII (VII *ex* VIII *corr. pr. m. in P* semper *corr. in* VII *B*) stellas sub crure I posteriorum qui non ostenduntur quod centaurus duplex sit *C* relique uero septem subtus crura similes quidem illis sunt posterioribus quae non ostenduntur quod centaurus duplex (*omisso* sit) *V*: *Breysigium fere in explendo loco secutus sum* || 10 qua *scripsi* quae *C* || 11 interficit *B* || fulmem *B* || 12 aesculepius *B* aescolepius *P* || 13 relinquisse *B* || 16 ganimedem *B* gamnimedem *P* || 19 aglosthenis *C corr. uulgo* (Alghostenes *V*) || 20 natu *P*[1] || cum *add. P* || 22 omine *uulgo* animo *P* homine *B* || tutelle *B* || 23 his *B* ieius *P* || κατὰ τὸ μέσον ἀμαυρὸν α′ *Catast.* ||

Sidera quae mundo] *u. 324*

⟨Hic causam talem habet cur astris sit inlatus. Neptunus cum Amphitritem deligeret [diligeret] uxorem quam haberet, et illa intellexisset, confugiit ad Atlantidem, ut suam uirginitatem custodiret. quae cum se occulisset Neptunus misit qui eam raperent, inter quos et DELPHINVM. qui cum circa insulas Atlantides rimaretur, repperit eam nuntiauitque Neptuno. quam ille persuasionibus ad suam perduxit uoluntatem delphinoque maximos honores in mari tribuit, quem in astris intulit consecrauitque et ipse in manu sua habere instituit ut Artemidorus refert. habet stellas VIIII indeque musicum signum dici-
75 B tur quod numero Musarum stellas habet: in ore *I*, in λοφιᾷ II, in uentris pinnulis III, in dorso I, in cauda II.⟩

Tela caput magnisque] *u. 331*

⟨Hunc Hesiodus ait Neptuni et Euryales filium, cui donum datum, ut supra fluctus ambularet ueluti super terram. qui cum Chio uenisset, Meropen Oenopionis filiam conpressit. quem Oenopion ob iniuriam excaecauit et finibus suis expulit. ipse cum Lemnum uenisset, Vulcani auxilio usus dedit ei Cedaliona qui eum ferret. quo cum ad ortus solis uenisset, a Sole dicuntur ei lumina restituta

---

2 Catast. p. 260, 3—19 || 16 Catast. p. 260, 23 — 261, 22

---

2 hinc *B*[1] || quur *B* || austris *P* || 3 deligeret *scripsi* diligeret *C* diligeret *add. P* || uxorem *om. P* || quem *B* || 4 confugit *B* || 6 Neptunus *V* niltus *C* || raperet *P* peterent *B* || delphimum *P* delfhinum *B* || 7 circa *scripsi* urcas *P* urca *B* || 7 Athlantis *V* plantides *C* || 8 nunciauitque *P* || 9 delphino *P* || maximas *B* || 10 in *P* et *B* || consecrauitque *Breysigius* procreauitque *C* || 11 artemmidorus *C* || 12 in libris quos de amore fecit *post* refert *add. Heinsius (cf. Breysigius Philol. XIII p. 662) ex Catast.* || ducitur *B* || 13 stellam *B* stelt || abet *P* || unam *post* ore *add. V* || 14 λοφιᾷ *Catast.* folia *B et a pr. m. corr.* ex filia *P* solio *uulgo* folio *V* || 16 Euripides *P* euripyles *B* Euryales *V* || 18 chio *C* || filiam *bis scriptum in B* || 19 excecauit *B* || 20 expulsit *B* || Vulcani *Kiessling.* Vulcan *C* || 21 Cedaliona *Breysigius* caballum *C* || quo *scripsi* qui *C* || 22 ortus *B* hortus *P* || et *corr. in* a *B* || luminaria *P* ||

esse. uersus ad Oenopionem, qui cum a ciuibus terram absconderetur, Orion desperata eius inuentione Cretam est profectus. ibi cum inmodicum uenaretur et ab Diana et Latona corriperetur, ait se nullam feram in terris relicturum. Tellus indignata scorpionem extulit inmani *76 B* magnitudine qui poenas magniloquentiae eius exigeret. Orionem ob uirtutem Iouis astris intulit. idem rogatu Dianae et Latonae scorpionem caelo inter astra XII locauit.〉 quorum contra magnitudinem stellae quoque eorum amplissimae sunt. ceterique auctores de eis haec proferunt. Aristomachus ait Hyriea quendam Thebis uoto petisse ut filium haberet. penes quem Iouis et Mercurius et Neptunus in hospitio deuenerunt inperaueruntque ei hostiam deiceret uti filius nasceretur. cuius pelle [bouis] detracta dei in eam urinam fecere iussuque Mercurii terra obruta unde supra dictus sit natus, quem Oriona appellauerunt. inlationem astris * * * * *. similem originem refert Hesiodus. hic Latine Iugula appellatur, quem ad modum et apparet stellis figuratus VIII. 〈ORION habet stellas in capite III claras, in singulis umeris singulas claras, dextro cubito I obscuram, in ipsa manu I, in balteo III, in enchiridio III claras, in genibus singulas

---

1 oenepionem P^1 || cibus *a pr. m. corr. in* ciuibus *P* || 2 Orion *scripsi* Opion *C* Oenopion *V* || disperata *P* || uentione *C corr. V* || Creta *C corr. V* || 3 immodicum *P* || uenearaetur *P* || ad *B* || Diana et *scripsi* Dianae *C* || 4 feras P^1 || 5 intulit *P* || inmani *scripsi* intali *C* || 6 magnitudinem *P* || 7 Orionem *om.* *P* || 8 latone *B* || inalter *P* || astris *B* || 10 eis haec *scripsi* eisdem *C* praeferunt aristhomachus *B* || Hyriea *scripsi uid. Munck. myth. p. 407* caubrisa *C* || 13 ospitio *B* hospitio *P* || deuenirent *P* || inparaueruntque *C* || 14 ostiam *B* || pelle bouis *P* bouis pelle *addita* de *ante* pelle *B* bouis *deleui* || 15 dī *P* || mercuri *B* || 16 obrupta *P* || ductus P^1 || orion *C* || apellauerunt *B* || 17 inlatione in *B* || *lacunam indicaui* (inlatus a Ioue astris *Breys.*) || originem *corr. in* origenem *B* || 18 iugala *B* || 19 figuratus *scripsi* figuratis *C* γʹ ἀμαυρούς *Cat.* || *post* orion *add.* horion *B* || 20 humeris *P* || 21 dextro humero *P* || obscuram *deest in Catast.* (obscu *B*) || ἐπ᾽ ἄκρας χειρός *Catast.* || 22 enchiridio *scripsi* echiridion *C* || γʹ ἀμαυρούς *Catast.* ||

claras, in pedibus singulis *singulas:* fiunt XVII.⟩ et iugum II. et temo II singulas claras: omnes reliquae X stellae obscuriores fiunt stellae XVII., aeternae balteus eius et gladius esse existimantur.

Cum tetigit solis] *u. 336*

⟨Hunc dicunt custodem datum Europae una cum dracone, quae utraque postea Minos accepit. eadem postea ob medicinam Procridi muneri ab eo data, quae postea Cephalus utraque possedit uir Procridis. quem Cephalus ad Thebas adduxisset ad uulpem, quae Thebanorum agros infestabat. huic enim cani fuit fatum ne ab ullo posset interfici. item fuit et uulpi. Iupiter uulpem in lapidem conuertit, canem in caelo astris intulit.⟩ cuius exortus origine continetur tali, ut Amphion tragoediarum scriptor refert. cum subito hominibus segetes delinquerent, ilico missus legatus canis ad Oporam. cum uidit eo tempore tempestiuam esse, adamauit. qui cum flagraret amore nec posset frui, magis asperius urebatur. at homines calamitate accepta deos adiutores inuocare coeperunt. tunc Aquilo misit filios adulescentes qui Oporam cani traderent. ipse flatu suo canis ardorem sedauit. qui flatus etaesiae dicuntur. amoris autem memoria remansit eo tempore quo est ὀπώρα, quo homines aestu mori fre-

---

5 Catast. p. 261, 23 — 262, 12

---

1 singulis *P* singulas *B* || singulas *addidi ex V* (*in quo* in singulis pedibus singulas) || XVI *B* || 2 et iugum *scripsi* ut iuga *C* || temos *B* || 6 eurupae *P* || uno B^1 || 8 Procridi *V* Procride *C* || 9 caphalus *B* || possederit *p* possiderit *BP* possedit *V* || quem Cephalus ad Thebas *scripsi* quem cum ad Thebas *P* quemcumque a thebas (thabas B^1) *B* || 10 uulpemque *P* || 11 possit *P* || 12 uulpis *C* uulpi *V* || 13 in astris *B* || 14 orige *P* || amphiam *C* || 15 subito hominibus segetes delinquerent, ilico *Breysigius* sub hominibus stellae relinquerent locum *C* || 16 Oporam *Meineckius* dolorem *corr. in* doloram *B* doloram *P* Auroram *Schaubachius* || 17 temptatiuam P^1 || amore *V* amorem *C* || 18 ad *C corr. Schaubachius* || calamitatem *P* || 19 accepti *C corr. V* || adnitores et *corr. a pr. in* adiutores et *P* || 20 adolescentes *P* || operam *C* || 22 amoris *V* moris *C* || 23 est opera *P* opera est *B* || quo homines aestu mori frequentissimum *scripsi* id est pomatio eseu moriri feruentissimum *C* ||

quentissimum. quae autem est stella in capite eius ISIS
dicitur, quam quidam Sirium dicunt ab ardore ⟨alii autem
hanc esse dicunt Orionis canem eumque omnibus feris
inmitem fuisse cum Orione sideribus collocatum. habet
stellas † XX. sed CANIS habet stellam in lingua⟩ I quam
CANICVLAM appellamus claram ⟨in armis singulis sin- *78 B*
gulas obscuras, in pectore II, in pede priore III, in uen-
tre II, in sinistro femore I, in extremo pede claram I, in
cauda IIII: fiunt † XX.⟩ situm signum inter hiemalem tro- *80 B*
picum et arcticum subterraneum qui *australis* notius
uocatur. [quae est in lingua eius CANICVLA dicitur.]

Sic utrumque oritur] *u. 342*

⟨Hic dicitur Orionis canem fugere uenantis.⟩ nam cum oportebat eum uenatorem finxisse, uoluerunt etiam significare qua de causa. itaque LEPOREM eius ad pedes fugientem finxerunt, ⟨quem non nulli a Mercurio constitutum dixerunt eique datum praeter cetera genera animalium ut ****** alios haberet in uentre.⟩ qui autem ab hac causa dissentiunt negant [oportere] tam nobilem

---

1 stelt *P* || 2 quidem *B* || syrium *C corr. uulgo* || ardore *scripsi* (*cl. schol. Ap. Rhod. II 517* Cείριοc ἤτοι παρὰ τὴν ζέcιν ζείριοc καὶ cείριοc) odore *C* || 4 immitem *B* || 5 stelt *P* || 6 claras *ante corr. pr. m. P* || ἐπὶ τῆc γλώττηc *add. Catast.* || 7 priore *bis scriptum sed alterum inductum in P* || 9 extremo *pB* dextro *P* || claram *om. Catast.* || ἐπὶ δεξιοῦ ποδόc *add. Catast.* || 9 ιγ' *Cat.* || hiemale (hyemalem *P*) tropico et arctico (artico *P*) subterraneo (subterreano *P*) *C* hiemalem tropicum et articum subterraneum *V quae Schaubachius ita explicat 'canis signum situm est inter tropicum Capricorni, qui est hiemalis, et circulum antarcticum qui est australis. subterraneus autem uocatur circulus quod illa sidera definit quae proposita aliqua poli altitudine numquam ex horizonte emergunt. at Canis sidus usque ad circulum polarem fere, qui Romae est, ut ueteres definiunt, quamquam ex ambiguo oculorum iudicio extenditur'* || 10 qui australis uocatur *V* quod notium (nocium *P*) uocatur *C* || quae — dicitur (dicur *B*) *deleui* || 15 qua *scripsi* aliqua *C* || laporem *P*¹ || ei *B* || 16 figientem *B* || 17 eique *ex Hygino Breysigius* isque *C* || praeter cetera *ex Hygino Breysigius* propter (praeter *B*) lepora *C* || 18 *excidisse* alios parere *significauit Breysigius* ut alios *Bp* ut lios *P* || 19 oportere *del. Breysigius* ||

tamque magnum uenatorem, de quo ante in scorpione diximus signo et postea in ipsius figura dicemus, oportere *fingi* leporem uenari. Callimachum quoque accusari quod cum Dianae scriberet laudes, eam leporino sanguine gaudere et eos uenari dixerit. itaque Oriona cum tauro decertantem fecerunt, leporis autem hanc historiam memoriae prodiderunt. apud antiquos insula Lero nullum leporem fuisse sed ex eorum ciuitate aduIescentulum quendam studio Veneris *inductum* ab exterae gentis finibus leporem feminam praegnantem *adtulisse* et ad eius partum diligentissime quae opus essent administrasse. itaque cum peperisset, compluris eius ciuitatis ad studium incidisse et partem pretio *partem* beneficio mercatos [esse] omnes lepores alere coepisse. ita non longo interuallo tantam magnitudinem leporum procreatam, ut insula ab eis occupata uideretur. quibus cum nihil uacaretur, in semine eorum inpetu facto insulam calamitas adflixit. totius consilium ciuitatis fuit ut [ex] eos ex insula abigerent. itaque postea leporis figuram in astris contulissent ut homines meminissent nihil *esse tam* his exoptandum in uita, *quin* si
81B insolenter utantur, plus doloris *ex eo* quam laetitiae

---

1 magnum *B* magnam *p* magne *P* || de *om.* *P* || scorpionē *P* || 2 dicimus *P* et *corr. in* dicemus *B* || oportere *corr. in* oportare *B* || 3 fingi *ex Hygino add. Breys.* || callimacum *p* callimatum *P* || accusari *Schaub.* accusare *P* accussare *B* || 4 scribet *B* || eius *P* eum *B corr. uulgo* || leporine P^1 || gauderi *P* || 5 eos *scripsi* deos *C* || 6 memoria *P* storiam *P* || 7 aput *B* || 8 aduliscentulum *B* || 9 Veneris *scripsi* generis *C* || inductum *ex Hygino add. Breys.* || exteris *C corr. Breysigius* || 10 pregnantem *B* || adtulisse *ex Hygino add. Breys.* || 13 partem pretio benefitio (beneficio *B*) *C* partim precio partim beneficio *V* || esse *deleui* || lacbores *corr. ex* labores *B* || 14 coepisse *Breys.* cepisset *P* coepisset *B* || tamtam *P* || 15 leborum *B* || ut *P* ita *B* || 16 uacaretur *scripsi* daretur *C* || 17 impetu *corr. in* impetus *B* || adfu̅ P^1 || 18 fuit ut eos ex insula *scripsi* uti ex eos ex (ex *add. pr. m. sup. lin. in P*) singula *C* uti uix eos ex insula *Breys.* || 19 constituisse *Breys. ex Hygino* || 20 esse tam *et* quin *et* ex eo *add. ex Hygino Breys.* || 21 plus *Breys. ex Hygino* ius *C* ||

capere posterius cogantur. ⟨stellas habet in oculis singulas, in corpore II⟩ in extrema cauda I ⟨in posterioribus pedibus singulis singulas. fiunt VII.⟩

Vt cum decurrens] *u. 347*

⟨Haec beneficio Mineruae astris inlata quaeque prima nauis ab ea fabricata dicitur et uocalis fuisse exemplar posteris nauibus futura. quam non totam caelo figurauit sed *a* gubernaculis usque ad malum animi aequitatem nautis factura. habet stellas XXVI, in puppe IIII, in cata- *82B*
stroma V, in malo summo III, sub carina V, summa XVII.⟩

Diuerso posita] *u. 359*

⟨Haec est cui Andromeda proposita erat. quam Perseus interfecit. cuius ut memoria actus maneret ab Ioue astris inlatus. habet stellas XIII. in cauda claras duas, et *83B*
a cauda usque ad flexus eius V, sub uentre VI. fiunt XIII.⟩

Planxere ignotis] *u. 366*

⟨Huius initium ad pedem Orionis sinistrum est, qui κατ' Ἄρατον ERIDANVS uocatur sed nullum exemplum praeuertens. aliis placet aequius istum NILVM appellari. *84B*
piscium unus a meridie fuit et subest etiam eius stella, quae CANOPVS appellatur. qui contingit gubernaculis Argo, qua nullum sidus inferius reparet. ob quod terre-

---

5 Catast. p. 262, 21—263, 6 || 12 Catast. p. 263, 7—14 || 17 Catast. p. 263, 15—25

---

1 oculis] ὠτίων *Catast.* || ἐπὶ τοῦ cώματοc γ' *Catast.* || 3 singulas *a pr. m. corr. in* singulis *in P* || 5 quaequae *B* || 6 fribricata *ante corr. pr. m. P* || 7 futuram *P* || 8 a *add. Breysigius* || animi aequitatem nautis factura *Breysigius* animi aequitas nauis futura *C* || 9 *numerus contra sequentia ex Catast. desumptus, qui tamen* κζ' || ἐφ' ἑνὶ πηδαλίῳ ε' καὶ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ δ' *add. Catast.* || catasrema *P* catasroma *B* || 12 praeposita *P* || quem *C quod correxi* || 14 XIIII *P* || caudali *B* || claras ∗ II *B* || β' ἀμαυρούc *Catast.* || ἀπὸ δὲ τῆc οὐρᾶc τοῦ κυρτώματοc ἕωc τοῦ κενεῶνοc ε' *Catast.* || 15 XIIII *P* || 17 pedem *scripsi ex Cat.* tede *C* || 18 cata Aratum *C* || heridanus *P* || 18 οὐδεμίαν δὲ ἀπόδειξιν περὶ αὐτοῦ φέρει || 19 aequius istum *scripsi* aequi usum *C* || 20 piscium unus *scripsi* piscem (piceni *B*) munus *C* || etiam *scripsi* enim *C* || stelt *P* || 21 canobus *B* || contigit *P* || 22 qua *scripsi* quod *C* || sydus *P* ||

stris uocatur. habet stellas primo flexu III, secundo III, in tertio suque ad nouissimum septem, quae dicuntur ora Nili. summa stellae tredecim.⟩

Infimus Hydrochoeus] *u. 382*

⟨Hic est qui MAIOR *PISCIS* uocatur, quem dicunt
85 B Aquarii fusionem urna ebibere. hic prima memoria κατὰ Βαμβύκην fuisse fertur, *in quod Derceto decidens in piscem* est transfigurata. quam Syriam deam nominauerunt. huius dicuntur et priores pisces duo ex genere esse. quos omnes ob eam quod Veneris esset filia honorauerunt et in caelum retulerunt eaque regione pisces religose colunt, aureos argenteosque sacrant in templis. habet stellas XII.⟩ [haec sunt astra siue signa quae planetae appellantur.]

Oceanum occasu] *u. 396*

⟨Hoc est, in quo dei primum coniurationem fecerunt, cum Iouis contra Saturnum fecit. quod memo-
86 B riae non solum astris inlatum, sed etiam hominibus hoc habere instituerunt, quod et in agonibus [sed] et in ludis quinquennalibus coronae habetur ut foederis testem adhiberent, itemque uates per hoc per ignem futura responderent, et in symposiis domibusque consecrarunt. habet stellas IIII, duas in carbonibus et in base II.⟩

5 Catast. p. 263, 26—264, 6 || 15 Catast. p. 264, 8—15

1 ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α′ *add. Catast.* || 3 stelt *P* || 5 PISCIS *ex Cat. addidi* || 6 urnae *B* || KATA:CANBICI infuisse *C corr. ex Cat. Schaub.* || 7 in quod Derceto decidens in piscem *partim uulgo partim Schaub.* quod faceus *C* || 8 quam *V* quem *C* || Syriam deam *Heynius ex Cat.* Syri deum *C* || 10 honorauerunt *scripsi* honorati erunt *C* || ea quae *B* || 11 colunt aureos *scripsi* coluntur eos *C* || 12 sacrant in *scripsi* sacrantis *C* || XXII *P* || 13 haec — appellantur *del. Schaub.* || quae planta appellantur *Grotius* || 15 dii *V* diei *C* || cum iurationem *P* || fecer *B* || 16 ἐcτράτευcεν *Catast.* feit *P* fecit *B* bellum fecit *Schaubachius* || 18 in *add. pr. m. in P* || sed *deleui* || 19 quinq. malibus *P* quinqueniunalibus *B* || cornae *b* || federis *C* || 20 hoc *Breys.* quos *C* || futura *V* fura *C* || 21 simposis *P* symposis *B* || domibusquae *B* || consacrarunt *B* || 22 auasin *B* || *Breys. ex scholio quodam Arateis Latinis in codicibus Paris. et Brux. addito (uid. progr. Posnan. 1865 p. 10) ita totum locum restitebat* quod memoriae causa non

Inde per ingentes] *u. 417*

⟨Hic est CHIRON. qui dicitur Saturni et Philyrae *87 B* filius. habitauit Pelium montem. inter homines aequissimus. magister Aesculapii et Achillis aliorumque heroum. cuius hospitio Hercules usus ex pharetra delapsa sagitta Chironis pedem uulnerauit, quo exutus inmortalitate ab Ioue astris inlatus. in manu fert quod ΘΗΡΙΟΝ appellatur. situs contra Argo. habet stellas CENTAVRVS in singulis umeris singulas, et in cubitis singulas, in pectore IIII, in reliquo corpore X, in pedibus II, in ueste VI, in thyrso IIII, in bestiola quam tenet in manu X, in capite V, ipsius in manu II: fiunt LIII.⟩ *88 B*

Hic primos ortus] *u. 429*

⟨Hoc signum commune est quod est factum ἐναργές. oratus est autem coruus ab Apolline sacrificium facturo deis reddendam aquam adferre de lacu quodam, quod fuit castum, antequam uinum ostenderetur. qui cum uidisset [et] ad fontem ficus grossos arbores habentes, uolans consedit in eis donec maturae fierent. post paucos dies peracto sacro ille ficus comedit. cum sensisset se peccasse,

---

2 Catast. p. 264, 16—265, 17 || 14 Catast. p. 265, 18—266, 15

---

solum astris inlatum sed etiam homines hoc in symposiis domibusque habere instituerunt et consecrarunt quod et in agonibus [id est in ludis quinquennalibus] qui coronas tribuunt ut foederis testem adhibent. itemque uates in hoc per ignem iurantes responsa dant || 2 phylyrae *B* phylirae *P* || 4 aescolapii *P* || aliorumque heroum *scripsi cl. p. 410, 21* auctorque eorum *C* || 5 hospicio *P* || pheretra *PB*[1] || 6 exueus *P* || immortalitatis *P* || 7 therion *C* || 8 setus *P* || *aliter stellae enumerantur in Cat.* || singulis *om. B* || 9 humeris *P* || in cubitis binas *B* || 10 uesti *B* || 11 thyso *P* || IIII orion bestolo quem *B* || 12 *immo* XXXXVII || 14 ἐναργές *ex Cat. scripsi* arcis *C* (quod est fictum ἄκυρον *Merkelius l. l. p. LXXXX*) || 15 oratus *Merkelius* honoratus *C* || Apollini *C* || sacrificium facturo *Merkelius* sacrificio facto *C* || 16 deis reddendam aquam *Merkelius* de his respondenda (respendenda *ante corr. pr. m. P*) *C* || 17 castuni *P* || 18 et *deleuit Merkelius* || mature *B* || 19 peracto sacro *Merkelius* peractos agro et *C* ||

eripit ex eo fonte anguem. attulit cum ipso cratere dicens ebibisse quae fuerit in fontem aquam. re cognita Apollo coruo inter homines poenam ad paucum tempus dedit sitim, ut Aristoteles dicit in eo libro qui de bestiis scribitur⟩ item Isidorus in naturalibus id est physicis memoriae tradidit ⟨ut ipse peccatis poenas daret. quem postea astris intulit. cratera autem cum qua medio posuit angue, caudam autem anguis in medio coruum rostro adpetentem
89B neque posse iuxta ascendere ut bibat. habet ANGVIS stellas in rostro III, claras in prima flexura VI, una obscura. ex eis ad ultimum in secunda flexura III, in tertia IIII, in quarta II, in quinta usque ad caudam VIII claras: fiunt XXVII. CORVI in cauda I spectans occasus. qui habet in acie stellam I claram, in pennis II, in cauda II, in pedibus singulas, ad ungues *II*, fiunt VIII. paulum ultra prima flexura crater situs est inclinatus ad genua VIRGINIS. habet in labris stellas, obscuras duas in medio III, in fundo II, fiunt X. stellas *in* angulis XII. Coruus autem, qui est ad ultimam eius caudam spectans occasum, habet stellas IIII. Crater⟩ in primo Coruus et Anguis ⟨positus ad genu Virginis habet stellas X.⟩

Sub gemmis Procyon fulgenti sidere lucet] *u. 433*

⟨Hic PRIOR dicitur. qui oritur *prius*quam MAIOR

---

23 Catast. p. 266, 16—25

---

1 erepit *B* || fonte anguem *Merkelius* fontem (fonte *B*) aquam *C* || dicent *B*[1] || 2 ebibisse quae fuerit in fontem aquam *scripsi ex Catast.* excidisse quod fuerit in fontem aqua *C* excidisse quod fuerit in fontem anguis *Merkelius* || 3 *pro* inter homines (hominibus *B*) *Merk. coni.* in certo mense *sed scholiasta hac catasterismi uerba expressit* τῷ μὲν κόρακι ἐν τοῖϲ ἀνθρώποιϲ ἐπιτίμιον ἔθηκεν ἱκανόν ... || 4 (aristotiles *P*) *G. Rosii Aristotelis pseud. p. 338 sq. et p. 345 sq.* || besteis *B* || 5 idem *P* || phisicis *C* || 6 paenas *P* || 7 cetera *P* || 8 in medio *om. B* || coruo *P* || 9 accedere *corr. in* accendere *B* || 13 corui in cauda I *scripsi* coruus in cauda *C* || 14 stelt *P* || aciem *B* || claras *B* || pinnas *B* || 15 singulis *P* || unguis *B* || II *addidi* || 17 II *om. B* || 18 in *add. uulgo* || 19 cauda *B* || 20 IIII *P* ·UII· *B* || *an* in imo ? || 23 dicitur *om. B* || prius *addidi* ||

CANIS, qui ORIONIS CANIS dicitur eique tributum quod studio uenandi est deditus, ob quod ursa ei proxime apparet et aliae bestiae. habet stellas III. cuius prior est et eidem paret ut CANIS MAIOR. ideo et PROCYON uocatur quod ante maiorem oriatur. haec quae sunt [stellae] duodecim signa Sol circulo, quarum † sola appellatur, in XII mensibus *** quod et ipsae duodecim sint.〉

Quique aliae stellae diuersa lege curantur
et proprio motu mundo contraria uolunt
curriculo exceduntque loco et uestigia mutant] *u. 437 sq.*

〈De quinque stellis quas PLANETAS uocant ob adsiduos earum motus *** quinque deis adsignauerunt.〉 de his hae non quae Heraclides Ponticus refert Prometheo pulcherrimum fictum hominem. quem cum occulisset ** ****** et cupido et uitia. ut indicasset misit Mercurium qui eum tamquam ad inmortalitatem uocaret, qui non ante adnuit quam potione accepta caelo receptus honoratus. 〈Iouis est stella Phaenon, secundus Phaethon, qui cognominatus dicitur ab Solis filio〉 Phaethonte *qui* post fulminis ictum caelo receptus. hanc stellam quidam Saturni dicunt. 〈tertium sidus Martis, qui Pyrois uocatur.〉 nam *propter* maximum ignem caloremque putatur iuxta Vene-

---

11 Catast. p. 267, 1—14

---

2 studium *B* || est *scripsi* et *C* || ei proxime apparet *scripsi* et proxima paret *C* || 3 aliae bestia *B* alia bestia *P correxit Schaub.* || priorem et *B* || 4 pares *C* || prochyon *C* || 5 maiorem oriatur *scripsi* maiorem oria *C* || stellae *om. P* || XII *scripsi* ab *b* ob *BP* || 6 signa sol *scripsi* signorum *C* || circula *P*^{1} || *an* qui ζωδιακόϲ appellatur *?* || 7 *uidetur excidisse* percurrit || ipse XII *P* || 11 quae *C quod correxi* || 12 *lacunam indicaui: in Cat. idem fecit Heynius* || deis *scripsi* dies *C* || 13 *an* Eratosthenes *pro* hae non *scribendum?* || 14 factum *ante corr. B* || 15 *excidere poterant* Iuppiter uirginem fingi iussit quae hominibus afferret thecam in qua inerant || uitia *scripsi* uitio *C* || 17 annuit *P* || 18 stelt *B* || phenon *C* || secundum *P* || ph&ton *P* phethon *B* || cognominatur *P* || 19 phethone *B* phetone *P* || qui *addidi* || fluminis *P* || 21 sydus *P* || pirois *P* || nam propter maximum *scripsi* nomnaximum *P* non maximum *B* || 22 caloremque *scripsi* còlòri qui *B* colorique *P* ||

rem situs. hac ex causa petisse, quod Venerem ipse [Vulcanus] haberet uxorem, missi de sideribus ei esset iunctus. Pyrois dicitur a suo feruore et celeritate. ⟨quartum sidus Veneris, Phosphoros colore aureo, maior omnibus sideribus. quem Hesperum et Phosphorum esse dicunt.⟩ est autem pes † et caput. ob amorem ex † apice rapuit et cum eo concubuit. ex hoc caelo honoratus ex utrisque eius partibus PHOSPHORVS et HESPERVS uocatur. ⟨quintum sidus MERCVRIVS (uocatur Stilbon) est quidem pusillum sed clarum: Mercurio adtributum quod is prius constituit orbem caeli et stellarum et horarum. Stilbo uocatur hac ex causa.

Ostenditur autem inter circulos caeli unus qui lacteus uocatur, quod albis nubibus [uocatur] denotetur circuitus eius, quod Iuno *lac* effudisse dicitur cum audisset Herculem filium suum non esse.⟩ alii dicunt per Saturnum factum cum *** [in] lapidem ei pro Ioue attulit dicens hoc esse [et] quod peperisset, quem *cum* ob naturam Saturnus non crederet eam peperisse, mamillis elatis expressisse et ostendisse lactem iratam: effusum est lacte: facta est circuli albi species.

---

12 Catast. p. 267, 15—23

---

1 ficus *P* || Vulcanus *deleui* || 2 *pro* missi *requiritur* ut || 3 phyrois *deleta* h *B* || quartus *P* || sydus *P* || 4 Cosphoros *P* || aureo *scripsi* auro *P* iro *corr. in* airo *B* || syderibus *P* || 5 Cosphorum *P* || *tale aliquid uidetur subesse* est Aurorae et Cephali filius. ob amorem Aphrodite rapuit *aliter narrat Hyginus p. 417* || 6 pes *om. P* || capud *B* || apyceranuit et *B* || 7 honoratus caelo *B* || eius *scripsi* eis *B om. P* || 8 phosphoros *B* Cosphoros *P* || sydus *P* || uocatur stilboni uocatur quem *P* || 9 quidem pusillum *scripsi* quem post illum *C* || 10 attributum *P* || his *P* || 12 ostenditur autem *usque ad finem bis posita in C* || circulos *om. priore loco C* || 13 nibibus *pr. l. P*[1] || uocatur *om. posteriore loco C* || 14 circulus *pr. l. B* || lac *addidi* || effusisse *pr. l. C* || dicatur *B* || circum audisse *pr. l.* cun audisset *post. l. B* || 15 suum filium *utroque l. B* || per Saturnum *post. l. C* ope saturno *pr. l. P* opem saturno *pr. l. B* || 16 in *om. post. l. C* || ei] *post. l.* orso *P* ors *B* || 17 esse *post. l. P* ea se *post. l. B* est *pr. l. C* || et *om. post. l. C* || quem cum *scripsi* qui *C* || ob *pr. l. C* or *post. l. C* || 18 iam perisse *pr. l. P* iam peperisse *pr. l. B* || elatus *pr. l. C* || 19 lactem iratam *scripsi* lacte mirate *C* (mirata *post. l.* miratae *pr. l. B*) || 20 lacte facta est *om. P et pr. l. B* || circulis *pr. l. B* ||

INDEX

RERVM ET NOMIMVM

28*

INDEX GRAECVS IN MARTIANVM

INDEX AVCTORVM

INDEX

IN SCHOLIASTEN GERMANICI

TABVLA

AVCTORVM A SCHOLIASTA EXCERPTORVM

I

Catasterismorum	*Scholiorum*
239, 1—8	381, 8—12
239, 8 — 240, 3	381, 16—22
240, 4 — 241, 5	381, 23 — 382, 19
241, 6—16	382, 21 — 383, 11
241, 22 — 242, 15	383, 13 — 384, 6
242, 16—26	384, 7—20
242, 27 — 243, 13	384, 22 — 385, 15
243, 14 — 244, 2	385, 16—22. 386, 16—23
244, 3—20	387, 1—8. 13—19
244, 16 — 245, 8	387, 21 — 388, 8. 389, 20 — 390, 3
245, 10 *et* 13—21	390, 5—6 *et* 8—9 *et* 11—19
245, 22 — 246, 6	392, 5—13
246, 6—20	392, 25 — 393, 15
246, 21 — 247, 10	393, 16—20. 394, 7—15
247, 11 — 248, 29	394, 17 — 395, 15 *et* 19—22
249, 5—18	396, 7—8. 397, 18 — 398, 5
249, 19 — 250, 10	398, 7—17
250, 11—21	398, 20 — 399, 7
250, 22 — 251, 7	399, 9—19
251, 8 — 252, 2	399, 21 — 400, 15
252, 3—17	400, 17 — 401, 6 *et* 19—22
252, 18 — 253, 3	401, 25 — 402, 3
253, 4—12	402, 5—12
253, 13 — 254, 13	403, 4 — 404, 2
254, 14—27	404, 4—11
255, 1—25	404, 13—19 *et* 21 — 405, 7
256, 1—14	405, 9—17
256, 15 — 257, 10	405, 19 — 406, 1. 407, 3—8
257, 11 — 258, 2	407, 9—17. 409, 16—20

Catasterismorum	*Scholiorum*
258, 3—28	410, 2—14. 411, 2—8
259, 1—13	411, 10—15
259, 14 — 260, 2	411, 16—23
260, 3—19	412, 2—14
260, 23 — 261, 22	412, 16 — 413, 9 *et* 19 — 414, 1
261, 23 — 262, 12	414, 6 — 13. 415, 2—9
	415, 13 *et* 16—18. 417, 1—3
262, 21 — 263, 6	417, 6—10
263, 7—14	417, 12—15
263, 15—25	417, 17 — 418, 3
263, 26 — 264, 6	418, 5—12
264, 8—15	418, 15—22
264, 16 — 265, 17	419, 2—12
265, 18 — 266, 15	419, 14 — 420, 4 *et* 6—21
266, 16—25	420, 23 — 421, 7
267, 1—14	421, 11—12 *et* 18 *et* 21
	422, 3—5 *et* 8—11
267, 15—23	422, 12—20

II

Nigidii haec sunt (cf. Breysigius de N. F. Berol. 1854)

385, 22 — 386, 16
388, 8—18 possedit
390, 20 sed in medio —, 391 14 exhibeant
393, 20 — 394, 7
395, 24 — 396, 7
401, 6—19
402, 12 — 403, 2
406, 1 — 407, 3
407, 17 — 409, 16
410, 14 — 411, 2 relatus

III

Ex Hygini auctore excerpsit haec

Hygini poet. Astron.	*Scholiorum*
II, 1 *p.* 356 *Munck.* sed ut ait Amphis — 357 eam Diana conuertit	381, 12—16
357 non nulli etiam dixerunt — in ursam eam convertisse	381, 22 Ovidius — scribit

Hygini poet. Astron.	*Scholiorum*
361 non nulli etiam — 362 ad sidera perlatum	383, 6—9
II, 6 *p.* 369 de hoc etiam Panyasis in Heraclea dicit	383, 15 ut refert Panyasis Heraclea
II, 5 *p.* 367 sed ut ait qui Cretica *seq.*	384, 11—14 dedisse *et* 16—17
II, 4 *p.* 362 non nulli hunc — 365 et ipsos morbo affectos	388, 19 sunt qui aliter — 389, 20 portat
II, 24 *p.* 400 Eratosthenes *seq.*	394, 14—15
II, 21 *p.* 394 quod eius prior pars — 397 habent honorem	396, 8 — 397, 17
II, 34 *p.* 407 Aristomachus *seq.*	413, 11 Aristomachus — 16 appellauerunt
II, 33 *p.* 406—407	415, 13 — 417, 1 *(cf. Breysigius l. l. p. 8)*

IIII

De prooemio scholiorum (380, 2 — 381, 6) *ex scholiis Arateis (p.* 49 *Bekk.) et capitulo* περὶ ἐξηγήσεως *uitae Arati (Vranolog. Petauii p.* 271 *et Arat. ed. Buhle* II *p.* 433) *excerpto accurate dixit Breysigius (progr. schol. Posnaniense* 1865, *p.* 1 *sq.)*

V

Ipsius scholiastae haec uidentur

382, 19—20
383, 16 magnitudinis — fuisse
387, 23—24
? 387, 25 — 388, 2
390, 19 duodecim autem signa haec sunt
392, 12 Graeci — dicunt
? 399, 1
399, 22
404, 20—21
413, 9 quorum — 10 proferunt
420, 5
420, 20

VI

Praeter minores aliquot particulas (413, 17 inlationem — 19 figuratus VIII; 415, 9—11) *supersunt quae aut egregie fallor aut ipsi quoque Nigidio debentur haec*

387, 8—13
390, 5. 6—8. 9—11
391, 14 sunt qui dicunt — 392, 4
392, 13—25
414, 13 — 415, 2
415, 18 — 417, 1
421, 13—17
421, 21 nam — 422, 3
422, 5 est — 8 uocatur
422, 16 alii — 22

BIBLIOTHECA GRAECA

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET VAL. CH. FR. ROST.

Erschienen sind bis jetzt: Thlr. Ngr.

Aeschinis oratio in Ctesiphontem, notis instr. I. H. Bremi. 8. mai. 1826 . . . . — 7½

Aeschyli Agamemno, illustr. R. H. Klausen. Ed. II. ed. R. Enger. 8. mai. 1863 . . . . 1 7½

—— Choephorae, illustr. R. H. Klausen. 8. mai. 1835 — 22½

Anacreontis carmina, **Sapphus** et **Erinnae** fragmenta, annotatt. illustr. E. A. Moebius. 8. mai. 1826 . . . . — 6

Aristophanis Nubes. Ed. illustr. praef. est W. S. Teuffel. Ed. II. 8. mai. 1863 . . . . — 12

Delectus epigrammatum Graecorum, novo ordine conc. et comment. instr. Fr. Jacobs. 8. mai. 1826 . . . . — 18

Demosthenis conciones, rec. et explic. H. Sauppe. Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845 . . . . — 10

Euripidis tragoediae, ed. Pflugk et Klotz. Vol. I, II et III. Sect. I—III. 4 27

Einzeln:

Medea. Ed. II. 15 ngr — Hecuba. Ed. II. 12 ngr Andromacha. Ed. II. 12 ngr Heraclidae. Ed. II. 12 ngr Helena. Ed. II. 12 ngr — Alcestis. Ed. II. 12 ngr Hercules furens. 18 ngr — Phoenissae. 18 ngr — Orestes. 12 ngr — Iphigenia Taurica 12 ngr — Iphigenia quae est Aulide. 12 ngr

Hesiodi carmina, recens. et illustr. C. Goettling. Ed. II. 8. mai. 1843 . . . . 1 —

Einzeln:

Theogonia. 7½ ngr — Scutum Herculis. 5 ngr — Opera et dies. 10 ngr — Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi. 15 ngr

Homeri Ilias, varietat. lect. adi. Spitzner. Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36 . . . . 1 15

Einzeln:

Sect. I. lib. 1—6. 9 ngr — Sect. II. lib. 7—12. 9 ngr Sect. III. lib. 13—18. 13½ ngr — Sect. IV. lib. 19—24. 13½ ngr

Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält.

Lysiae et **Aeschinis** orationes selectae, ed. I. H. Bremi. 8. mai. 1826 . . . . — 15

Lysiae orationes selectae, ed. I. H. Bremi. 8. mai. 1826 — 9

Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. L. Dissen. Ed. II. cur. F. G. Schneidewin. Vol. I. 1843 . . . . 1 9

—— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 Ngr.) . . . . 1 —

Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit G. Stallbaum. X Voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—65. compl. 21 15

Platonis opera omnia. Einzeln: Thlr Ngr.

Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858. 24 Ngr — Phaedo. Ed. III. 1850, 22½ Ngr — Symposium c. ind. Ed. III. 1852. 22½ Ngr — Gorgias. Ed. III. 1861. 24 Ngr Protagoras. Ed. III. c. ind. 1865. 18 Ngr — Politia sive de republica libri decem. 2 Voll. Ed. II. 2 Thlr 15 Ngr Einzeln: Vol. I. Lib. I—V. 1858. 1 Thlr 12 Ngr, Vol. II. Lib. VI—X. 1859. 1 Thlr 3 Ngr — Phaedrus. Ed. II. 1857. 24 Ngr — Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857. 27 Ngr — Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857. 27 Ngr — Cratylus cum ind. 1835. 27 Ngr — Euthydemus. 1836. 21 Ngr — Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. 1836. 1 Thlr 12 Ngr — Timaeus et Critias. 1838. 1 Thlr 24 Ngr — Theaetetus. 1839. 1 Thlr 12 Ngr — Sophista. 1840. 27 Ngr — Politicus et incerti auctoris Minos. 1841. 27 Ngr — Philebus. 1842. 27 Ngr — Leges. Vol. I. Lib. I—IV. 1858. 1 Thlr 6 Ngr, Vol. II. Lib. V—VIII. 1859. 1 Thlr 6 Ngr, Vol. III. Lib. IX—XII. et Epinomis. 1860. 1 Thlr 6 Ngr

Sophoclis tragoediae, rec. et explan. E. Wunderus. 2 Voll. 8. mai. 1847—57 . . . . 3 —

Einzeln:

Philoctetes. Ed. III. 12 Ngr — Oedipus tyrannus. Ed. IV. 12 Ngr — Oedipus Coloneus. Ed. III. 18 Ngr — Antigona. Ed. IV. 12 Ngr — Electra. Ed. III. 12 Ngr — Aiax. Ed. III. 12 Ngr — Trachiniae. Ed. II. 12 Ngr

Thucydidis de bello Peloponesiaco libri VIII, explan. E. F. Poppo. 4 Voll. 8. mai. 1843—1856 . . . . 4 —

Einzeln:

Lib. I. 18 Ngr — Lib. II. 18 Ngr — Lib. III. 18 Ngr — Lib. IV. 15 Ngr — Lib. V. 15 Ngr — Lib. VI. 18 Ngr — Lib. VII. 15 Ngr — Lib. VIII. 15 Ngr — Indices et de historia Thucydidea commentatio. 20 Ngr

Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. F. A. Bornemann. 8. mai. 1838 . . . . — 15

—— Memorabilia (Commentarii), illustr. R. Kühner. 8. mai. 1858. Ed. II. . . . . — 26

—— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. R. Kühner. 1852. 1 7

Einzeln à 18 Ngr:

Sect. I. Lib. I—IV. Sect. II. Lib. V—VIII.

—— Oeconomicus, rec. et explan. L. Breitenbach. 8. mai. 1841. . . . . — 15

—— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843 . . . . — 12

—— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844. . . . . — 7½

—— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853. — 12

—— —— Sect. II. (lib. III—VII.) ex ead. rec. 8. mai. 1863. 1 18

Unter der Presse befindet sich:

Pindari carmina edd. L. Dissen et F. W. Schneidewin. Sect. II. Fasc. III.: Commentarius in Carmina Nemea et Isthmia nec non in fragmenta ab E. de Leutsch confectus.

	ℳ ₰
Homeri Ilias, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.25
—— —— ed. *Hentze*. 2 voll. . . . à	
—— Odyssea, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.25
—— carmina, I. 1 (Ilias I)	—.75
—— —— I. 2 (Ilias II)	—.75
—— —— II. 1 (Odyssea I)	—.75
—— —— II. 2 (Odyssea II)	—.75
Horatius ed. *Müller*. Ed. maior	1.—
—— —— Ed. minor	—.75
Hygini Gromatici liber ed. *Gemoll*	—.75
Hymni Homerici ed. *Baumeister*	—.75
Hyperides ed. *Blaſs*. Ed. II	1.35
Iliadis carmina ed. *Koechly*	3.—
Incerti auctoris lib. de Constantino Magno ed. *Heydenreich*	—.60
Josephus, Flavius, ed. *Bekker*. 6 voll.	12.60
Isaeus ed. *Scheibe*	1.20
Isocrates edd. *Benseler* et *Blaſs*. 2 voll.	2.70
Iuliani imp. op. ed. *Hertlein*. 2 voll.	6.75
Iurisprudent. anteiust. reliquiae ed. *Huschke*. Editio IV	6.75
—— —— —— Indices ed. *Fabricius*	1.80
—— Suppl. Bruchstücke a. Schriften röm. Juristen. Von *Huschke*	—.75
Iustiniani inst. ed. *Huschke*	1.—
—— Novellae ed. *Zachariae*. 2 voll.	10.50
Iustinus ed. *Jeep*. Editio maior	2.70
—— —— Editio minor	—.90
Iuvenalis ed. *Hermann*	—.45
Livius ed. *Weiſsenborn*. 6 voll.	6.—
Vol. I—III auch in Heften . . à	—.60
Vol. I pars I lib. I—III	
—— pars II lib. IV—VI	
Vol. II pars I lib. VII—X	
—— pars II lib. XXI—XXIII	
Vol. III pars I lib. XXIV—XXVI	
—— pars II lib. XXVII—XXX	
Ferner einzeln: lib. I et II.	—.45
Lucian ed. *Jacobitz*. 3 voll.	6.30
—— —— Auch in 6 partes, à pars	1.05
Lucretius ed. *Bernays*	1.50
Lycophron ed. *Kinkel*	1.80
Lycurgus ed. *Scheibe*	—.60
Lydus ed. *Wachsmuth*	2.70
Lysias ed. *Scheibe*	1.20
Macrobius ed. *Eyſsenhardt*	5.40
Manethon ed. *Koechly*	1.50
Martialis ed. *Schneidewin*	1.50
Martianus Capella ed. *Eyſsenhardt*	4.50
Maximus et Ammon. ed. *Ludwich*	1.80
Metrolog. script. ed. *Hultsch*. 2 voll.	5.10
Muretus ed. *Frey*. Vol. I et II.	2.40
Nicephori opuscula historica ed. *de Boor*	3.30
Nicomachus ed. *Hoche*	1.80
Nonnus ed. *Koechly*. 2 voll. . . à	4.50
—— paraphrasis ed. *Scheindler*	4.50
Onosander ed. *Koechly*	1.20
Ovidii opera ed. *Merkel*. 3 voll.	2.90
—— —— tristia	—.45
—— —— fasti	—.60
—— —— met. delectus ed. *Merkel*	—.60
Panegyrici latini XII ed. *Baehrens*	3.60

	ℳ ₰
Pausanias ed. *Schubart*. 2 voll.	3.60
Persius ed. *Hermann*	—.30
Phaedrus ed. *Müller*	—.30
Philodemi de musica librorum ed. *Kemke*	1.50
Philostratus ed. *Kayser*. 2 voll.	8.25
Pindarus ed. *Christ*	1.—
Plato ed. *Hermann* et *Wohlrab*. 6 voll.	10.50
[Auch in 15 einzelnen Heften.]	
Plautus ed. *Fleckeisen*. Vol. I. II.	2.70
—— —— einzelne Stücke . . . à	—.45
Plini epistolae ed. *Keil*	1.20
—— natur. historia ed. *Jan*. 6 voll.	13.20
Plinius et Gargilius Mart. ed. *Rose*	2.70
Plotinus ed. *Volkmann*. 2 voll.	9.—
Plutarchus ed. *Sintenis*. 5 voll.	8.40
[Auch in 14 einzelnen Heften.]	
—— moralia ed. *Hercher*. Vol. I.	1.80
Poetae latini min. ed. *Baehrens*. 5 voll.	15.90
Polemon ed. *Hinck*	1.—
Polyaenus ed. *Woelfflin*	4.50
Polybius ed. *Dindorf* 4 voll.	11.70
Pomponii Melae de chorographia libri tres rec. *Frick*	1.20
Porphyrion ed. *Meyer*	4.20
Porphyrius ed. *Nauck*	1.80
Proclus ed. *Friedlein*	6.75
Propertius ed. *Müller*	—.60
Quintilian ed. *Bonnell*. 2 voll.	2.40
—— —— lib. X ed. *Halm*	—.30
—— declamationes ed. *Ritter*	4.80
Quintus Smyrnaeus ed. *Koechly*	1.50
Rerum naturalium script. Graeci ed. *Keller*. Vol. I	2.70
Rhetores Graeci ed. *Spengel*. 3 voll.	9.—
Ruhnkenii elogium Hemsterhusii ed. *Frey*	—.45
Rutilius Namatianus ed. *Müller*	—.75
Sallustius ed. *Dietsch*. Ed. IV	—.45
Script. histor. Augustae. 2 voll.	7.50
Script. metrici Graeci ed. *Westphal*. Vol. I	2.70
Seneca ed. *Haase*. 3 voll.	7.80
—— tragoediae ed. *Peiper* et *Richter*	4.50
Seneca rhetor ed. *Kieſsling*	4.50
Simeo Sethus ed. *Langkavel*	1.80
Sophocles ed. *Dindorf-Mekler*. Ed. VI	1.50
—— —— einzelne Stücke . . . à	—.30
Soranus ed. *Rose*	4.80
Statius Vol. I Silvae ed. *Baehrens*.	1.80
—— Vol. II Fasc. I. Achilleis ed. *Kohlmann*	—.75
—— Vol. II Fasc. II. Thebais ed. *Kohlmann*	4.80
Stobaei florilegium ed. *Meineke*. 4 voll.	9.60
Stobaei eclogae ed. *Meineke*. 2 voll.	6.—
Strabo ed. *Meineke*. 3 voll.	6.—
Suetonius ed. *Roth*	1.50
Tacitus ed. *Halm*. 2 voll.	2.40
Vol. I. auch in 2 Fasc.:	
I. Annales, lib. I—VI	—.75
II. „ lib. XI—XVI	—.75
—— Germania, Agricola et dialogus ed. *Halm*	—.45
Terentius ed. *Fleckeisen*	1.20

	ℳ ₰
Testamentum, novum, Graece ed. *Buttmann*	2.25
Themistius ed. *Spengel.* 2 voll.	6.—
Theodorus Prodromus ed. *Hercher*	—.50
Theon Smyrnaeus ed. *Hiller*	3.—
Theophrastus ed. *Wimmer.* 3 voll.	6.60
Theophrasti char. ed. *Foß*	1.20
Thucydides ed. *Boehme.* 2 voll.	2.40
Tibullus ed. *Müller*	—.30
Ulpian ed. *Huschke.* Ed. II.	—.75
Valerius Flaccus ed. *Baehrens*	1.50
Valerius Maximus ed. *Halm*	3.75
Vegetius ed. *Lang*	
Velleius Paterculus ed. *Haase*	—.60
—— —— ed. *Halm*	1.—
Vergili opera ed. *Ribbeck*	1.35
—— Bucolica et Georgica	—.45
—— Aeneis	—.90
Xenophontis expeditio ed. *Hug*	—.75
Xenoph. exped. ed. *Hug.* Ed. maior	1.20
—— —— —— ed. *Dindorf*	—.75
—— —— historia Gr. ed. *Dindorf*	—.90
—— —— institutio Cyri ed. *Hug.* Ed. maior	1.20
—— —— —— Ed. minor	—.90
—— —— —— ed. *Dindorf*	—.90
—— —— commentarii	—.45
—— —— scripta minora	—.90
Zonaras ed. *Dindorf.* 6 vol.	12.50

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.